HOMERI

POETARVM PRINCIPIS, CVM ILIADOS, TVM ODYSSEAE Libri XLVIII. *Laurentio Vallen. &*
Raphaele V*olaterrano interpr.*


His recens accessere
Ausonij P*oëtæ in singulos libros argumenta.*

Item βατραχομυομαχία, *id est,* R*anarum & Murium pugna,* ALDO
Ma. R*o. interprete*

Item Deorum hymni XXXII. *Iodoco* V*elareo.*
V*erbrokano. interpr. hactenus neq;*
uersi neq; usquam impressi.

Item H*omeri uita per* D*ionem* P*hilosophum, eodem interprete.*

1528



Typographus candido Lectori S.

EN tibi candide Lector, Homeri Poëtarum oīm longe principis, cum Iliados tum Odyssææ libri XLVIII. his nostris typis Laurentio Vallen. & Raphaele Volaterrano interpretibus, latine, idq; castigatissime excusi, infinitis nimirum mendis quibus antea (præsertim in proprijs tum hoīm tum locorum noībus) undiq; scatebant, ad græcam orthographiam passim repurgatis, quod tibi intuenti, & cū alijs exemplaribus diligenter conferenti, deprehensu erit facile: Porrò quædam quæ neq; græcis consonare, neq; sensui admodum quadrare uidebantur, ea interpretum autoritati, doctiq; Lectoris iudicio cōmittentes, arrogāter mutare noluimus. Cæterū cū hactenus diuini huius Poëtæ opera uel partim diuisimq; impressa, uel nedum integre translata sint, nos ut tandē simul oīa habeas, adiecimus his. XLVIII. Iliados & Odysseæ libris, τὴν βατραχομυομαχίαν, Aldo Manutio Romano interprete, ad uerbum ferè translatam: Deinde XXXII. Deorum hymnos, ab Iodoco Velareo, homine græce pariter ac latine eruditissimo, nobis & familiaritate & amicitia coniunctissimo, ad Laurentij imitationem, prosa oratione tersissime uersos, atq; à nobis iam primum excusos: Postremo ipsius Poëtæ uitam per Dionem philosophū, eodē interprete, ijsdē quoq; nostris typis iam recens æditam, Vale.

Mense Aprili Anno. M.D.XXVIII.



HOMERI

POETÆ ILIADOS LIBRI XXIIII. LAVRENTIO VALLEN. INTERPRETE.

AVSONII POETÆ, IN PRImum Homeri Iliados Librum *Argumentum.*

IRam diua refer nati Peleos Achillei
Pestiferam, quæ mille dedit discrimina Achiuis.

¶ Chryses Apollinis sacerdos ob redimendam filiam cum Agamẽnoni supplicasset, & cõtumeliose repulsus Deũ precatur vltorem, insecuta subinde graui pestilentia, cum Græcorum exercitus interiret, cogit Achilles concilium, & ab eodẽ inuitus Calchas morbi causam compellitur indicare, qua cognita Agamemnon concitatur in Achillem, qui percitus iracundia etiam cædem regis audebat, nisi eum in vltimum furorem progredi Minerua vetuisset, a quo Briseis cõcubina in locũ Chryseidis, quæ patri reddebatur, abducta est. Inde Thetis mater ad cœlum lachrymas & contumeliam filij miserata proficiscit. Quæ fiducia defensi quondam cum Aegeone Iouis vltum iri affectanti iniuriam, obtestatur summum Deorum, vt Troianos in rebus belli superiores esse patiatur: Quibus Iuno compertis, iracunde aduersum coniugem commouetur, Sed gliscens iurgium per deridiculum ministrante Vulcano simul consilij specie intercedente lenitur.

SCRI*pturus ego quantam exercitibus Graijs cladem excitauerit Achillis furens indignatio, ita, ut passim aues feræq; cadaueribus heroum ac principum pascerentur: te Calliope, uosq; aliæ sorores sacer Musarum chorus, quarum hoc munus est proprium, & quæ uatibus præsidetis, inuoco: oroq;, ut hæc me edoceatis, quæ mox docere*

ipse alios possim. Primum, quænam origo indignationis ac materia fuit? Nempe Achillis controuersia cū summo Græcorū principe Agamemnone. Deinde, quis inter hos Deus cōtrouersiā excitauit? Apollo Iouis & Latonæ filius. Postremo quis Graios ipsos eo calamitatis ob hanc indignationem deuenire permisit? Iouis Deorum summi uoluntas atq; consilium. Hæc igitur, quomodo gesta sunt, latius exequamur. Controuersia autem inter Agamemnonem atq; Achillē, hinc originem sumpsit, Apolline præbente materiā. Erat eiusdē Dei sacerdos quidā ex Chrysa insula, & ipse Chryses nomine, unicæ iam adultæ pater: quam & patriæ & patris nomine, Chryseidam appellauit. Hanc Græci, cum Thebas euerterent, finitimaq; loca diriperent, captam, Agamemnoni, ut summo rege dignam, uel dono uel in suam portionē obtulerunt. Vbi autē ad Troiam redierant, non ita multo post, ecce pater Chryses cū ingentibus donis redimendæ filiæ gratia, præferens manu aureum sceptrum, coronis Phœbi uittisq; redimitum: adiensq; Græcos principes, præcipueq; Agamemnonem ac Menelaum, huiusmodi illos uerbis obsecrabat: Atride, uosq; alij Graij principes, Sic uobis Dij superi dent Troiam (ut optatis) euertere, & domū uoti cōpotes redire. Filiam unicā solū patris miseri solatium mihi reddite, accipientes hæc pro eius redemptione precia: exhibituri quoq; honorē ipsi Apollini, cuius ego sacerdos sum, cuiusq; hæc sunt (quæ gero) ornamenta. Ad has preces uniuersi proceres moti, iubent pa

Chryseis capitur.

bent pa

bent patri reddi puellam: Æquum enim esse, ac pium, tanta pro redemptione dona afferentē audiri, nec sacerdotem Apollinis despectū dimitti. Vnus autē Agamemnon longe secus & sensit & dixit: conturbatus etiam tum sacerdotis oratione, tum cæterorū assensu. Itaq; tibi uero (inquit) dico senex, ac prædico, ne committas ut aut nunc iterū, aut post hac alias, te apud has naues obuiū habeam: alioqui parū tibi proderunt sceptra ista, Deiq; laureolæ. Hanc ego, ne erres, nō prius à me distraham, quā procul hinc à sua in mea patria apud Argos, ac domi meæ senuerit, texendæ telæ incūbens, & in meo thoro cubans. Abi igitur hinc q̃primū à conspectu meo: nec me, si redire incolumis uis, irritare pergas. Hæc cum audisset senex, nō mediocriter conterritus est: protinusq; à castris se recepit taciturnus ac mœstus, Deinde cum procul à nauibus abisset luctu grauis, Apollinē his uocibus cōprecatus est: Apollo Iouis ac Latonæ clara progenies, Apollo Smyntheu, Apollo quem argenteo arcu præpotentē colunt, qui Chrysam, qui Cillam, q Tenedum incolunt: si quādo grata iucundaq; fuere mea ædificia, mea fasta, mea solēnia: tauris caprisq; rite immolatis: audi nunc precantem sacerdotem tuum: misero patri gratificare, qđ postulat. Immitte tua tæla in Graios exercitus, ut luāt mihi pœnas pro tot lachrymis tātisq; mœroribus, quos mihi inuexerunt. Hunc ita orantē Apollo audit, propereq; ab alto cœlo delapsus plenus irarū, noctiq; ipsi assimilis, resultantibus ob celeritatem descendētis cum

Chryses ad Apollinem

Peste labo- rāt Græci

sono sagittis atq; arcu, quos ad tergū suspensos in pha retra gestabat: ad naues & castra se contulit: atq; ab illis seorsum residens per nouem dies, totidemq; noctes horrendo cum sono sagittas emittens: primum iumen ta canesq; percussit, deinde & hoīes: atq; ita pcussit, ut quotidie cateruatim in orgijs defunctorū corpora cremarentur. Decimo autem die, cum tantam cladem Pallas animaduerteret: miserta talis conditionis eo rum, quos singulari sollicitudine prosequeretur, Achil li dedit hanc mentem, ut de ea re ad senatum atq; ad omne concilium Græcorum referret. Igitur huius uocatu, principum populiq; cœtu coacto ac sedente, Achilles surgens hanc habuit orationē: Agamēnon, infecta re, quantum uideo, nos hinc frustrati spe do mum reuertemur: si modo reuerti datum est morte ui tata. Nam uniuersos prope Graios iam, partim bel lum, partim pestilentia absumit. Quare consulen dum censeo augurem quempiam, aut haruspicem, aut somniorum interpretem (siquidem ipsa quoque ab Io ue ostenduntur insomnia) qui nobis denūciet, tum cau sas irarum, quas in nos Phœbus tantopere exercet, seu quæ indigne ferat uota sibi non persoluta, siue sa crificia non rite facta, seu quid aliud: tum qua expia tione, num agnorum caprarumque sacrificijs ipsum placare possimus, ut à nobis, quam iniecit pestilentiā tollat. Hæc cum Achilles dixisset, resedissetq;, tum Calchas Thestoris filius surrexit, Vir longe omnium hariolandi peritia, quam ab ipso Apolline didicerat,

Calchas uates.

præstan

præstantissimus, atq; oîa cognita habens, quæ fuerunt quæ sunt, quæ erũt: quẽq; unum Græci *ad* Troiam *ue nientes dignũ putarũt, cuius diuinationẽ suæ nauiga tionis ducẽ haberent.* Hic igitur, *ut erat prudens, in hunc modũ ad illos uerba fecit:* Iubes *Iouis amice* A*chilles hic pro cõcione causam irarum* Apollinis *pro mere.* Ego *uero promã illam quidẽ, ac tibi parebo.* Sed *tu mihi spõde uicissim, iurans sanctissimũ iusiurandũ, te neq; lingua, neq; manibus, si ob hoc ipsum in pericu lum uocer, mihi defuturũ. Certum enĩ habeo, maiorem in modũ aduersus me indignaturũ esse eũ, cuius cæte ri Græci & cõsilio acquiescunt, & imperio parent.* Neque *uero mihi satis fuerit* Achilles, *si me hodie ab hoc discrimine uindices, nisi feceris id etiã deinceps.* Nã *iratus in inferiorem princeps, & si continet se in præsentiarũ, dissimulata ad tempus indignatione, ta men offensæ meminit, quærens assidue occasionẽ, do nec animo suo satisfiat, sumpto de homine supplicio.* Quo *circa* Achilles, *si me proloqui diuinationẽ uis, responde an uelis possisq;* Calchantem, *& nunc, & in posterũ incolumem reddere. Cui respõdens* Achil*les:* Noli, *inquit, uereri* Calchas. Quicquid *diuinatio nis aĩo tenes, profer in mediũ.* Iuro *tibi per* Phœbum Apollinẽ, *cuius oraculum dicturus es,* Nemo *me uiuo, quoad supra terras cõspiciar, tibi apud has naues ob hãc causam iniuriosas afferet manus.* Nemo *inquã* Græ*corum oĩm, ne ipse quidẽ (si forte de eo locuturus es)* Agamemnon, *principum* q *hic assunt, multo eminen* Achilles Calchãti

 tissimus

tissimus. Tum eximius augur Calchas timore deposito, Nil horum, inquit, quæ enumerata sunt, nobis Apollo succenset, sed Chrysen sacerdotē suum iniuria contumeliaq; esse ab Agamemnone affectum, cui filia reddita nō est, præsertim precium pro redemptione offerenti. Eoq; cladē hanc in nos immisit, immissurus etiā maiorem, nec antea finem mali facturus, q̃ patri filia reddatur, & reddatur sine precio, quoniā redemptionem accipere noluimus: & ad eum cum donis eatur, quibus sacrificium fiat, quia cum donis huc uenientē repulimus. Ibi tum nostra expiatione, tū Chrysæ precibus Phœbi pacem consequemur. His dictis Calchas resedit. Tum Agamemnon surgens, ipso ore atq; uultu æstum iratum declarante, toruos atq; ignibus similes in Calchantem primum intendens oculos: O uates, inquit, ominose mihi semper. Nunquā bona, nunquam fausta Agamemnoni uaticinabere? quasi iuuet aduersa mihi denūciare, & acerba, ut tui sis similis: ais mea causa Phœbum hanc in Græcos cladē excitasse, quod munera pro redemptione accipere, filiāq; reddere patri excusaui. Nec seorsum me admones, sed palā in cōcione in inuidiam meā peroras. Equidē, ut ad uos reuertar Græcorum principes cæteriq; milites, fateor, amore puellæ captus sum, unà cum illa domi uitā agere decreueram: utpote digniore, quæ mecum cubet, q̃ Clytemnestra uxor: quod facie, quod membris, quod ingenio ac moribus, quod deniq; muliebribus officijs, atq; operibus antecellit. Verumtamen si ita res postulat, præ

Agamēnonis indignātis uerba.

lat, præstatq; patri puellam reddi, reddatur. Neque enim is ego sum, qui malim populum perire dum animo meo obsequar, q̃ incolumem esse. Sed uestra inuicem interest prouidere: ut hæc mihi iactura aliunde resarciatur atq; pensetur: ne, quod indignum est atq; iniquum, solus ego ex omnibus (taceo quantus sum) fraudatus sim honore meo, sublata puella (ut uidetis) quæ mihi ex præda cesserat in portionem. Tum Achilles excepit: *Et quo tandem pacto maxime ac potentissime Agamemnon fieri potest, ut proceres Græcorum sarciant honorem tuum atq; compensent? Nam nec aliquid est, quod commune omnium sit: unde munerare te atque honorare ualeamus. Et quæ ex direptionibus urbium inter duces militesq; distributa sunt absurdum uidetur retractari, & à singulis in medium collata iterum ad distributionem uocari. Cæterũ restitue tu quidem nunc istam Deo puellam, quam ille restitui imperat: nos uero cæteri postea reddituros tibi: si Iuppiter annuat nostris manibus euerti Troiam, triplum & quadruplũ pollicemur.* Cui respondẽs Agamemnon: *Noli, inquit, quãuis tam præstans sis fortissime, atq; istud quod ais persuadere. Siccine iubes me hanc patri reddere, ut tu honore tuo fruaris, ego sim fraudatus meo? Omnino nunc honorem meum Græci instaurabunt, inuenientes, quod plane iacturam meam emendet. Quod si isti grauabuntur, aut different, ego ipse per me id agam: accedensq; ad quemcunq; mihi libuerit, eripiam ab eo quæcunque mihi libuerit, siue*

Achilles Agamemnoni.

Agamẽnon

Vlysses ille, siue Aiax, siue tu, siue alius quisquam sit. Certe quisquis erit, is stomachabitur sane scio, et licet stomachetur, Sed hoc postea uiderimus. Nunc autem deducatur festinanter biremis, impositisq; idoneis in ea remigibus atque hostijs, Chryseidam remittamus. Delecto insuper ex primoribus aliquo, cui cõmode hoc officium delegemus, aut Aiace, aut Idomeneo, aut Vlysse, aut te Achilles inter omnes immanißime, qui Apollinem in Græcos pestilentia grassantem, precibus, sacrificijsq; exores. Ad hunc Achilles truculento intuens aspectu. O uir, inquit, ex dolo totus atq; impudentia factus ac genitus, & quis tibi Græcorum posthac libens pareat, alacerque aut in expeditiones eat, aut prelium capeßat? Neq; uero ipse priuato in Troianos odio huc profectus sum, pugnaturus in ultionẽ illatæ mihi ab illis iniuriæ, quod uel agros meos uastauerint: uel boum equorumq; armẽta regno abegerint: cum tantum maris atq; terrarum inter Phthiam Troiamq; interiectum sit. Tua tantum causa impudentissime mortalium huc nauigauimus, quicunq; tecum huc nauigauimus, ut tibi gratificaremur, ut communem iniuriam ulcisceremur, Menelai pariter & tuam. Horum tu canino uir aspectu, horũ nullam rationẽ habebis, eosq; pro nihilo putabis? Et quod p ærumnas belli manus meæ emeruerunt (nam in euertendis Troianorum oppidis, plus ego q̃ cæteri, & operæ & operis præstiti) quodq; mihi ab omnibus tributũ est: id tu mihi te p te erepturum minaberis, cũ tu semper multo plu

Achilles

ra q̃ ego ex diuiſione prædarum manubiarumq́; ſortiaris? Quippe maxima quæq; portio ex omni prædæ partitione tua eſt, mea uero exigua, quod nihil à quoq̃ pro laboribus meis extorqueo, nihil ſurripio, nihil exigo. Sed quantulumcunq; à cæteris ultro libẽterq; defertur, eo contentus ſum. Quapropter quandoquidem ita agere inſtituis: en domũ atq; in Phthiam, quod multo mihi conducibilius eſt q̃ hic manere, abeo. Neq; uero opinor me ob denegatum honorẽ, hinc profecto magnas à te opes, ác diuitias adepturũ. Tunc Agamemnon, abi hinc, inquit, q̃ maturrime, ſi tua uoluntas fert Nec enim, ut mea cauſa remaneas, orabo, Ne hoc expectes. Non eris mecum tu. Erunt alij complures, qui mihi, non uti tu facis, reuerentiam præſtabunt. Erit certe, quod uidelicet præcipuũ eſt Iuppiter optimus maximus. Tu uero, ut ſcias, inter oẽs reges mihi es maxime inuiſus, quẽ nihil iuuat niſi pugna, niſi rixæ, niſi bella. Quod autem ſingulari præter cæteros robore præditus es, id uero nõ tu tibi, ſed dij dederũt. Abi igitur in patriam cũ ſocijs, atq; ibi inter tuos Myrmidonas, ſi uis, imperium exerce. Nam te id facere inter alios atq; hoc loci nõ licebit: ubi ego, qua ſum dignitate atq; imperio, te nihilifacio, prorſus contemno. Ideoq; iratũ te, nec rogo ut maneas, nec taceo. Illud tamẽ minitans prædixiſſe uolo: quemadmodũ mihi Apollo aufert eam, quæ mihi ſorte obtigerat: ſic ego eam, quæ tibi ſorte obtigit, auferã. Et ut Chryſeidã à tabernaculo meo eductam ad patrẽ nunc remittã, ſic Briſeidam

Agamẽnon

à tuo tabernaculo abducam, in meoq; collocabo, & ut tu intelligas, quantopere ego te antecello: & cæteri posthac pari fronte mecum colloqui reformident, ac meis uel dictis uel factis se opponere. Hæc Agamēnon

Achilles Quibus Achilles auditis excandescens, hæsitabat aio utrum districto, quē ad latus habebat, gladio irruens, terrefacto perturbatoq; consessu, Agamemnonē trucidaret: an iracundiam cohiberet, dolorīq; imperaret. Iamq; dum secum deliberat, gladium eduxerat. sed Pallas protinus cœlo delapsa, præsto fuit (adierat namq; ipsam Iuno, utq; huic rei opem ferret orauerat: siquidem ambos pari sollicitudine ac charitate prosequebatur) Hæc igitur, ubi à tergo iuueni astitit, nulli alij conspicienda, q̃ illi, rutilam eius comam manu prehendit. Ad cuius tactū aspectumq; expauescēs Achilles, cū respexißet, in deamq; oculos horribili quodā ardore suffusos intendißet, Pallada cōfestim esse cognouit atq; ipsam cōpellans ita inquit: Quid tandē huc magno Ioue sata uenisti? an ut ignominiā Agamemnonis conspicias, quā hoc ferro accepturus est, pro ea, quam ego ab ipso accepi? Insolentissima enim huius supbia facit, ut ei statim offeram mortē, quā nequaq̃ poterit

Pallas Achilli effugere: ita in ipsum iracūdia incensus sum. Cui Pallas respondēs: Non ueni, inquit, à cœlo Achilles: ut te iratum in ultionē iniuriæ acceptæ erumpere uideam, sed ut iracundiam tuam cōpescam. Nec hoc mea tantū sponte, uerumetiā Iunonis admonitu: quæ me, ut huc accurrerē, hortata est. Siquidē utrumq; pari sollicitudine

dine

dine ac charitate prosequitur. Quare acquiesce nostro consilio, cohibe impetũ animi, reconde gladium. Verbis tuã causam age, nõ ferro. Intra conuicia irascere, hactenus ultioni liceat. Atq; quo nobis facilius pareas furoremq; mitiges, attende qd dicam: Aderit tempus (crede Palladi affirmanti) quando ille ad leniendam hanc offensam, ultro tibi triplo plura ac triplo potiora deferet dona. Tũ Achilles haud illi aduersatus: Etsi, inquit, dea certũ iam mihi erat, de hoc hoĩe supplicium sumere: uobis tamẽ, q̃ affectibus obtẽperare, nõ modo decentius est, sed etiam utilius. Qui enim uoluntati deorũ paret hunc dij ipsi præcipue exaudiunt. Hæc dicens, ensem argenteo capulo in uaginam recõdidit: Pallas uero ipsa in cœlestes domos ad Iouẽ atq; ad alios dæmones se recepit. Nihilo tamen minus Achilles Agamemnonẽ, non sedato iracundiæ feruore, rursus maledictis aggreditur. Vino madẽs: caninũ rictum, ceruinũ cor habens: cui nunq̃ tantũ animi fuit ut uel cũ toto exercitu armatus prælium inires, uel cũ strennuis loca insidijs apta obsideres. Et sapis, illud optimum factu putans, ad tentoria manere, ac spoliare socios portione sua, si qui tibi contradicere audeant: rex populi deuorator. Quod si hi qbus præsides aliqua essent indole Grecæ ac masculæ uirtutis, hodie profecto finẽ faceres, iniurias nobis ac cõtumelias cõponendi. Equidẽ testor tibi, & ut ne quid dubites, qđ est præcipuũ iusiurandũ interponam, per hoc sceptrũ Graiorum principũ in iure populis dicundo, & in custodien

Achilles Agamẽnoni.

stodiendis ex Ioue legibus insigne: quod quemadmodũ hoc postq̃ è sua arbore recisum, & manu artificis dolatum, ac fabrefactum est, nunq̃ ramos proferet, nunq̃ frondes emittet, nunq̃ postremo reuiuiscet: sic nunquã Achillẽ Graiorũ desideriũ capiet, nec ulla horum necessitas adducet, quo ipsos ab homicidæ Hectoris manibus confectos eripiam: ut tu tecum afflicteris, ꝙ nullam eis opem afferre possis, & tanto pœnitẽtiæ dolore rumparis, qui præstantissimũ inter omnes Græciæ uiros, pro nihilo habendũ tibi putasti. Hæc cũ dixisset, Sceptrum ipsum aureis clauis distinctũ humi abiecit, ac resedit. Agamemnone autẽ & ipso prose insanire

Nestoris oratio.

incipiente, surrexit Nestor, Pyliorũ & imperio & facundia longe princeps, cuius ex ore dulcior melle fluebat oratio, uir sapientia simul & annis grauis, siquidẽ tertiam iam ætatẽ hominũ uiuebat: & cum multis qui iam decesserant, unà floruerat. Hic itaq; ad illos, ut erat maturus, O indignũ facinus, inquit, quãto mœrore ac luctu omnis Græcia afficietur, quanto gaudio Priamus cum filijs reliquisq; Troianis, cum nuntiũ acceperint, uos qui & consilio & armis cæteros antecellitis, digladiari, atq; seditionibus intestinis laborare. Sed acquiescite quæso uterq; consilijs meis, qui utroq; uestrum natu sum grandior, cuius consilium nunquã à præstantioribus uiris q̃ uos estis, repudiatum est. Neq; enim tales uiros aut uidere mihi contigit, aut audire, quales illi fuerunt, cum quibus familiariter uixi, Pirithous, Dryas, Theseus, Cæneus, Exadius, Polyphe

mus, Dijs immortalibus comparandi, nedum omnium mortalium fortissimi, & qui cum fortissimis Centauris montium incolis acerrime belligerauerũt. Iis ergo procul usque à Pylo euocatus, auxilio ueni, cumq; ipsis in bello uersatus sum, ita ut corporis & animi uiribus egregiam operam nauauerim aduersus eos, cum quibus nemo horum qui nunc uiuunt, auderet conserere manus. Quod si fortiores uobis sæpe me consulebant, libenterq; consilijs obtemperabant meis, debetis & uos (erit enim ex amborum utilitate) admonenti mihi acquiescere. Igitur neq; tu Agamemnon potentia tua fretus, præripias huic puellam, quam Graij in honorẽ ei atq; in partem prædæ dederunt. Sed sine ipsum potiri, quod suum est. Neq; tu Achilles uelis ex æquo cũ rege contendere, cui ab ipso Ioue hæc, qualis nunquã alteri, collata dignatio est. Etsi tu corporis uiribus antestas, & dea matre es genitus, hic tamen potentior est, quia in plures imperiũ obtinet. Quare tu quidem Agamẽnon desine in hunc irasci, ego uero reconciliare ipsum precibus conabor, quippe qui maximus in prælijs est cæterorum Græcorum. Ad hunc respondens Agamemnon, Recte ista senex & uere cõmemoras. Cæterum hic uir inter cunctos ulterius excellere, omnes uincere, omnibus dominari, omnibus imperare uult: qua spe, ut reor, frustrabitur. Nam si ei Dij dederunt, ut omnibus in bello præstaret, num ideo ut omnibus probra ingerere posset, dederunt? Ad quem Achilles, interpellato illius sermone. An inquit,

Agamẽnon Nestori.

ita inquit: Ad Achillis tentoria ite, & formosissimam Bryseidam manu prehensam abducite: quā si tradere recusauerit, dicite illi meis uerbis, uenturum me cum ampliore manu, uiq; mulierem erepturum, cū ipsius in genti formidine. Hæc cū audissent præcones tā præ fracta mandata, haud libenter profecti sunt. Qui cū secundum littus ad tentoria nauesq; Myrmidonum uenissent, offenderunt Achillem ante nauem, taberna culumq; suum sedentem. Quibus inspectis, nec ille ho rum aduentu lætatus est, nec hi propius accedere, et exponere mandata, aut omnino hiscere ausi sunt. Sta bant itaq; cum reformidantes uultum turbati Regis, tum erubescentes tali apud eum fungi legatione. Hūc timorem & hanc uerecundiam loquēdi, id est aduen tus causam cum Achilles intellexisset, Saluete, inquit, præcones Iouis, atq; hominū angeli, accedite ꝓpius. Neq; enī uos mihi iniuriā facitis, iussi uenire: sed Aga memnon, q uobis necessitatē ueniendi imposuit, man dans ut Bryseidā à me abducatis. Agedū nobilis Pa trocle, educ ad hos puellā: eisq; trade ad Agamēnonē educendā. Hos aūt ipsos uolo mihi cum apud immor tales deos, mortalesq; homines, tū uero apud ipsum à quo missi sunt immanissimū Regem, testes fore, si qua necessitas ingruat cæteris, ut usus mei sit: quo eos pro tegam in ultimū discrimē adductos, quandoquidē tam ꝑdito consilio, ut præteritorū pariter & futurorū im memor, nō ꝓspiciat, qua ratione socij hic ad naues in bello nō occidant. Hæc Achilles. Patroclus aūt ami

Aufertur ab Achille Bryseis

B co ob

co obtemperans, eductam è conclaui puellã, præconibus tradit. Illi accipiẽtes ad naues Agamẽnonis deducebant inuitam, mœstam, & ire pene recusantem. At Achilles erumpentibus lachrymis deflectens ab aspectu cæterorũ, solus ad oram spumantis maris resedit: atq; in ipsum latefusum pelagus intuens, manusq; tendens, matrẽ sæpius compellabat: Mater, quæ me hoc fato genuisti, ut iuueni atq; in ipso sit ætatis flore moriendũ, spondebas tamẽ intra hoc breue tempus æui, Iouẽ mihi magnũ decus esse tributurũ. En nũc ne tantillũ quidẽ tribuere uoluit. Nam Atrides Agamemnõ ut me dedecoraret, quod mihi consensus Graiorũ honoris ac præmij causa donauerat, id ipse à me præripuit. Talia deflentẽ cum lachrymis, ex imo maris, ubi cum sene patre erat, mater exaudiens, protinus exilijt, & instar nebulæ ex aquis pdiens, accedẽsq; filio assedit, blandaq; illũ manu prehẽdens, Quid fles inqt fili? quis tantus dolor tãtusq; mœror pectus inuadit? profer matri omnia, nec me quicquã fili celes, ut tecum ego quale sit istud uulnus intelligam. Cui Achilles alte ducens cum gemitu suspiriũ: Tute inquit, mater p te ipsa scis. Quid tibi opus est à me cuncta exponi? Dum Thebas oĩbus cũ copijs adijssemus, tandẽq; expugnatas euertissemus, oẽm prædã huc cõueximus. Eam uictores rite, et more inter se partiti sunt. Agamẽnoni autẽ Chryseidã, ut dignũ illo munus, donauerunt. At nõ ita multo post, Ecce pater Chryses cũ ingentibus donis redimendæ filiæ gratia præferens munus au

Achilles matri

Thetis Achilli.

Achilles matri.

nus aureum sceptrum, coronis Phœbi uittisq; redimitum, adiensq; Græcos principes, præcipueq; Agamēnonē ac Menelaū, precibus obsecrabat. Ad quas preces uniuersi pceres moti, iubent patri reddi puellā. Æquū enī esse ac pium, tanta p redemptione dona afferentē audiri, nec sacerdotē Appollinis despectū dimitti. Vnus aūt Agamemnō, cui res hæc minime placeret, increpitum, minisq; perterritū abire iussit. Cuius ubi recessit luctu irarūq; pleni, Appollo cū misereretur orantis, (Est enī illi inprimis amicus) pestilentiā in exercitus Græcorū iniecit tam sæuam, ut frequentes homines diuinis confecti telis pcumberent, ac passim expirarent. Peritus autē quidam augur, ob iram Appollinis dicebat hoc fieri. Tunc ego primus oīm in concilio suasi placandū esse deū, paceq; ab eo petendā. Qua ex re in me Agamemnō uehemēter incensus, surrexit ad loquendū, minatusq; mihi est, atq; ut minatus, ita re effecit. Remissa enī ad patris domū cū donis Chryseida, statim ad me præcones misit, q à ab Achille me Bryseidā à Græcis cæteris mihi dono datā abducerent, quā & abduxerūt. Quare mater, si qd potes, ut certe potes, auxiliare filio tuo: qđ facies, si cœlū petens cū Ioue agere uoles, cuius animū deuinctū tenes, conciliatū tibi meritis tū uerborū tum operū tuorū. Etenī memoria teneo, te in domo patris mei audiente me solitam gloriari, cp diceres te unam ab impendēti indignæ mortis periculo Iouem uindicaße: cum in eū Neptunus, Iuno, Pallas, aliiq; dij coniurati impetum

Aufertur Bryseis.

Thetis Iouē a morte liberat.

facerent: comprehendere uolentes uinculisq; constrin gere, ac postremo necare. Nā tu tali in tempore adue niens, miserata uicem Iouis in periculo positi, ꝓtinus adisti Centimanū, quē dij Briareū, homines Egeonem uocant: exoratumq; in cœlum perduxisti. Quem postq̄ patria uirtute confisum, & hoc honore subnixum, ad esse Ioui atq; assidere uiderunt, cæteri dij timore per culsi, ab audaci conatu destiterunt. Nunc igitur ma ter accede ad Iouem: & aduoluta genibus, commemo ra illi tua in se beneficia: si fieri potest, ut tibi hoc mea causa inuicem indulgeat, Troianis faueat, gratifice turq;, Achiuos autem in fugam uertat, fundat, occi dat, donec intra ipsas naues, atq; usq; ad mare pauo re redigat, ut & cæteri ob regis meritum plectantur,

Thetis filio

& ipse agnoscat se sibi causam fuisse horū malorū, q Achiuorum præstantissimū floccifecit. Hac filij ora tione Thetis audita, tota in lachrymas resoluta: Ad quid te fili mi miserū misera genui? quod utinā hoc tibi paruulū æui (nam nō sera mors, sed uicina te ma net) liceret sine lachrymis ac sine offensione cōsume re. Nunc autem uita es inter oēs principes, q̄ breuissi ma, tam acerbissima futurus. Ob hoc ego te fili domi nostræ genui misera mater, & educaui? Exequar ta men tua mandata, adiboq; Iouē, si forte, quod poscis, concessurus est. Verum undecim diebus est expectan dus, dum ab Oceano ē cōuiuio Æthiopum, ad quod he sterno die cum reliquis dijs se contulit, redeat in cœ lum: In quod ego conscendens ubi primū redijsse co gno-

Iupiter in conuiuio Æthiopū

gnouero, ita obsecrabo, ut confidã me illũ exoraturã. Tu uero interea, neq; in pugnã, nec in concionẽ prodeas, significans grauiter in uniuersos Achiuos esse iratum. Hæc *ubi dixit, à filio abijt, duabus se molestiæ causis affligante, tum in* Agamemnonem *indignatione, tum suorum amorum desiderio.*

Dum autẽ ad naues hæc aguntur, Vlysses in Chrysam pfectus cum cæteris applicuit. Atq; ubi in portũ introgreßi sunt, primum ilico uela deducunt, contrahunt, reponunt, deinde malũ rudentibus, quibus erat intentus, submittũt, & in sua collocant teca, tum sumptis remis, nauim ad statione telluri contiguam ppellunt, postremo iactis anchoris, alligataq; ad orã puppi, in terram descendunt, uictimas exponunt, Chryseis pgreditur: quã Vlysses ipse deducens ad templũ, aramq; Apollinis, in manus tradidit patri, dicens: Chryse, huc me ut uenirẽ Agamemnon iußit Græcorum *exercituũ princeps, ut tibi filiam reportarẽ cum uictimis: quarũ immolatione placemus* Phœbũ *in nos iratum, ac dire sæuientẽ. Ille uero auide recepta filia, imperat alios mature uictimas ad aram, quam egregie exornauerat, statuere.* Quod *cum fecissent, manusq; abluissent, & placentas ordeaceas ptulissent: supinis ipse in cœlum manibus, sublataq; uoce, cunctis audientibus ita* Appollinem *obsecrabat:* Appollo *argenteo arcu præpotens, q* Chrysæ, *q* Cyllæ, *q* Tenedo *præsides, si aliàs unquam audisti, nunc audi me orantẽ, honoreq; decora uatem tuum.* Si *quando meas preces au*

Redditur Chryseis patri.

Chryses ad Appollinem.

disti: & in honorē mei pestilētia punitus es Græcos, nunc quæso ad meas preces graßantē in eos pestilentiam submoue. Cum eū orantem Phœbus audijt, à quo postq̄ supplicatū est, placentæq; iniectæ, hostias ad altare ꝑtractas occidunt, pelles detrahunt, fœmora amputant, & in duo frusta concidunt: aruinaq; operientes, desuꝑ illa componunt, in qua senex summißo igne libatoq; atro uino sacrificium adolet: stantibus iuxta adolescentibus ministris, quinquifida uerua manu tenentibus. Vbi uero fœmora hostiarū exusta sunt, primū uiscera super prunā assa cōmuniter ꝑ ientaculo comedebant, tum reliquarū hostiarū membra minutatim concisa, ac uerubus infixa, torrent scienter, & cū diligentia: qbus decoctis, ad mensamq; appositis, discūbentes ex ordine uescuntur. Postremo saturatis ac refectis, pincernæ repletis uino poculis, hoc est coronatis, uina gradatim ꝓpinarunt. At Vlysses cum socijs omnē illum diem, quantus fuit, cantando traduxerūt: Phœbum hymnis, Phœbum cantibus, Phœbū laudibus celebrantes. Phœbus hæc audiens, tacitam apud se capiebat uoluptatem. Aduentantibus aūt tenebris, inter ipsos rudētes stratim ad ortū usque Auroræ dormierunt. Tū euigilātes & ꝑ transtra distributi, ad castra uersus remigare cœperunt. Mox Appolline uentū inspirāte, à puppi malū statuūt, ac uelo faciētes iter, sonātes ꝑscindēte prora fluctus, ad exercitū breui peruenīūt. Ibi cū descēdissent, biremē subducūt, porrectāq; ut prius fuerat, ac suffulta, ad sua tentoria recipiunt.

Achil-

Achilles per eos interim dies, non in prælium, non in consilium, nõ ad cuiusq̃ principis statione͂ egressus est: sed in suis tabernaculis residens, mœrore consenescebat, cupiens q̃ primum audire tumultũ uociferationeq; prælij ad naues, & periclitantiũ uidere discursum. At cum duodecimus illuxit dies, Iuppiter *cæteris dijs comitātibus ab* Oceano et *Æthiopũ cõuiuio rediјt.* Thetis *nõ immemor filij mãdatorũ, e mari emergens ad* Ioue͂ *matutina conscendit, nactaq; in sublimi cœli parte sine ullo deorum cœtu sedente͂, coram assedit, sinistraq; genua illius amplecte͂s, dextra uero mentũ, his uerbis obsecrauit:* Iuppiter *pater, si qd ego inter deos uel uoce uel facto de te ꝑmerita sum, gratificare mihi, quod mater ꝓ filio postulo, infœlix ꝓ infœlicissimo. Nã inter oe͂s* Græcos *principes tã breuissimum q̃ acerbissimã sortitus est uitam.* Hunc Agame͂nõ *puella, qua filium meum cæteri* Graij *donantes honorauerant, per insignem iniuriam contumeliãq; spoliauit.* Tu *ergo pater sic inhonoratum ulciscere, præstans tam diu fauore͂* Troianis, *donec* Graij *iniuriam agnoscentes, restituant ereptum honore͂, & restituant cumulatum, atque cum fœnore.* Hæc *cum dixisset* Thetis, *nihilq; ei* Iuppiter *resꝑõderet, sed aliquãdiu in eodem silentio perstaret, complexa adhuc illum uehementius, sic iterum prolocuta est:* Omnino *aut annues; ingenue ꝑmittens te facturum esse qd̃ postulo, aut abnues.* Alioqui *te nõ dimittam.* Nec *enim aliqd impedimento est, quo minus ingenue resꝑõdeas.* Equidem

Thetis Ioui

dem intelligere cupio, q̃ ego apud te, inter cæterosue deos dignitatem teneam. Ad hanc Iupiter *graui quadam sollicitudinis mole æstuans: q̃ duram inquit, mihi* Thetis *imponis conditionẽ uitæ, quæ me iubes in odia* Iunonis *incurrere.* Etenim *si quotidie me incusat, & assiduis exagitat querimonijs, ꝙ dicat me propensiorem in* Troianos *esse q̃ in* Græcos, *quid tandem nunc factura est; cum me propitium* Troianis, *& infestum plane* Græcis *factum esse uiderit?* Verum *tu abi hinc, ne te forte uenisse rescifcat illa.* Istud *autem quod petis, mihi curæ erit, ut uoto tuo satisfaciam.* Atque *ut meliorem spem concipias implendi promißi, annuam capite, quod peculiare mihi spondendi signũ est inter deos, quod nunq̃ reuocari, nunq̃ conuelli, nunq̃ irritum fieri potest.* Atque *hæc locutus, superciliis nubilum quiddam ducentibus annuit.* Ad *quem nutum cœlum omne contremuit, & ambrosiæ diuini uerticis comæ odorem spirauere.* His *itaq; dictis, actisq;, inter* Iouẽ *&* Thetidem, *alter ab altero digressus est: & hæc quidem in profundum mare delapsa est, ille uero ad ædes suas perrexit.* Quo *uenicte, nemo deorum sustinuit. nec sedere, nec eodẽ in loco manere: sed uniuersi ex sua quisq; sella assurgẽtes, uenienti patri se obuiã tulerũt.* Hic *ubi se in throno suo collocauit, statim accedens* Iuno *(uiderat nãq;* Thetidẽ *cum illo sermones cõferentẽ) acerbioribus eum affata est uerbis.* Quos *tandem sermones habuit tecum illa dearum dolosissima?* Et *te quoq; iuuat seorsum semper à me rerũ gerenda*

Iupiter Thetidi.

Iuno cum Ioue

rendarum agitare consilia, nec mecum communicare quippiã eorum, quæ aio destinaueris. Cui respondens pater deorũ atq; hoĩm Iuppiter: Noli, inqt, tibi Iuno psuadere, sciturã te esse oĩa mea consilia, meosq; sermones, aut scire debere. Difficile enim tibi erit, & si uxor mea es, illa noscere, At quæ te æquũ est ex marito audire, ea pfecto prior te nemo, nec deorũ, nec hominũ ex me audiet. Quod si qd de proposito animi cæteros deos uolo esse cælatos, id tu nõ debes interrogare, & curiosa inquirere. Tunc Iuno: Seuerissime, inqt Iuppiter, quodnã prolocutus es uerbũ? Neq; enim unq̃ ego te interrogare soleo, nec qd alijs dixeris curiosa inquirere. Sed tu semp taciturnus quæcunq; acturus es, nunq̃ me consilijs adhibita, deliberas. Quo maiorẽ in modũ nũc sollicita sum, ne Thetis, quæ prima luce te adijt, cõplexaq; est, exorauerit: quantũ suspicor, ulciscaris læsam Achillis dignitatẽ, fuga Græcorum, ac plurima inter ipsas etiã naues strage. Ad hæc Iuppiter. O dæmonia, semp suspicaris, & nescio quomodo unq̃ ego latere te possum. Verũtamen in cassum laboras, & ista improbitate nõ tam me à proposito reuocas, q̃ inducis, ut tibi, quod facio magis doleat. Quod si ita se res habet, ut suspicaris, qd tum? Sic enĩ mihi est cordi. Quãobrẽ obmutesce, & sede, nec uelis aduersus imperiũ meũ contumax esse, ne si hinc me moueo, ita in te iratas injciã manus, ut cæteri dij nequeãt oẽs tibi præsidio esse. His uerbis Iuno cõterrita, deposita animi audacia, cũ silentio resedit, reliquis dijs ob hanc

Vulcanus cũ Iunone.

rem ingemiſcentibus. Tunc Vulcanus mulciber pietate in matrem motus, eam molli alloquio affatus eſt: Mater, ne hæc res longius procedat uereor, & in ultimã uſque perniciem, ſi immortales uos propter mortales inuicem litigetis, cæteroſq; deos in tumulum uocantes, iocunditate nos tam lauti conuiuij fraudetis. Nam in contentiõibus ſemper peiora uincunt. Quo magis mater, quanq̃ per te ſapis, hortor, ut nõ contumacem, ſed obnoxiam patri te exhibeas: ne ob hoc ille ſtomachatus tibi contumacia exprobrata, perturbatáq; cœna, alios omnes, ut eſt prævalidus, à ſedibus ſuis ſurgere, atque recedere compellat. Hunc igitur placido alloquere ſermone. Ita enĩ nobis placidus benignuſq; reddetur. Sic locutus, cælatum mira arte poculum matri porrexit, hæc addens: Fer mater patienter, & licet cauſam dolendi habeas, æquanimiter tolera imperium Iouis, ut ne forte cogar cum mœſtitia tantarum adeſſe teſtis plagarum, quas tibi ille imponeret, nec dulciſſimæ matri opitulari queam aduerſus hunc deorum multo acerrimũ: id quod expertus ſum, & quidem malo meo, & nunc tibi timeo. Siquidẽ cum te aliquãdo ab illius uerberantis manibus eripere conarer, ipſe abs te in auxiliantem uerſus, per pedem me prehendit, rotatũq; è cœlo deiecit in terrã. Erat autem tunc ſolis ortus, à qua hora per totum illum diem uſque ad tenebras per inane aëris labens, in Lemno inſula alliſus ſum. Ibi me pene exanimem indigenæ protinus accurrentes, ſuſceperunt, ac focillarunt

Vulcanus è cœlo deiectus.

runt

runt. Hæc audiens Iuno, æquanimior facta, atq; subridens, poculũ de manu filij accepit. Quæ ubi ex nectare delibauit, Vulcanus cæteris dijs deinceps propinauit, pincernæ officio fungens. Et cũ ultro citroq; frequenter cõmearet, ad deformitatẽ claudicantis ingentes risus ab alijs toto cõuiuij tempore excitabantur. Exactum est aũt conuiuiũ ad solis occasum, Apolline pulsante citharam auro gemmisq; distinctam, & musis suauissima uoce per uices modulantibus. Postq̃ uero cibo oẽs, potuq;, atq; cantu satiati sunt, sub ipsum crepusculum suas se domos petendi somni gratia recipiũt. Habent enĩ proprias singuli dij domos, quas eis optimus opifex Vulcanus architectatus est. Iuppiter aũt in dormitoriũ cubiculum suũ ingressus, in cõsueto se toro locauit, Iunoq; ꝑpter recubuit.

FINIS PRIMI.

¶ Ausonij poetæ, in secundũ Homeri Iliad. lib. argumentũ.

Coelestes, hominumq; genus superabile curis
Tranquilla obscuri carpebant munera somni.
At non peruigilem nox irrequieta tonantem
Lenijt, immodicos voluentem corde paratus
Cædibus vt graium læsum vlciscatur Achillem.

¶ Iuppiter Agamemnonẽ somno monet prælij faciendi tempus adesse, ne contetur dimicare. Tum ille in concilium proceribus aduocatis, mandatum Iouis & speciem nocturnæ quietis explanat. Mox in contione multitudine congregata, pertentat militũ voluntatẽ, atq; deposito bello ad sua quiq; redeant cohortatur. Iamq; oĩbus nauigationem adhortãtibus, fœda discessio ab Vlysse cohibetur, a quo etiã Thersites deformis & loquax & in Heroum contumelias verborũ licentia promptus, cũ acerba obiurgatione pulsatur, ipse Mineruæ monitu cunctos a profectiõe deterret. Sumpto deinde cibo armatur exercitus. Neq; secius a Troianis instructa acies, Iride ita monẽte, producitur. Sequitur enumeratio copiarum viritim, vt per catalogi seriem milites, naues, duces, patriæ retexantur.

CVM

ILIADOS HOMERICÆ

Liber Secundus.



Vm cæteri dij in cœlo, & hoīes qui militiam exercent in terris, alto somno p totam illam noctē tenerentur, unus Iuppiter somnū capere nō poterat, consultans secū atq; agitans, quonā modo Achillē, quē honestatū ac dignitate auctum uolebat, Agamēnoni cæterisque Graijs redderet desideratū: & tandē uelut unicam salutē fugatis ad naues ac profligatis auxilio mitteret. Itaque ille ad se uocato: Vade inquit, somnium infœlix ad castra Græcorū, ingressumq; Agamēnonis Augustale, refer illi accurate nostra mandata: Iube uniuersas, quæ sub eius auspicijs sunt militū copias armari: nunc eni insignē Troiæ urbem esse euersurum, Nam ita dij oēs decreuerūt fore, Nec de ultima Troianorū pernicie inter se ut prius dissentiunt: quippe à Iunone exorati. Hæc Iuppiter. Quibus somniū auditis, ad Græcorū se castra contulit: ingressumq; Augustale inuenit Agamemnonē leni quiete soporatū, ad cuius caput astans, induta sibi effigie Nestoris, q præcipua inter principes erat autoritate, ueneratione, dignitate, sic inquit: Dormis Atrei solertissimi strēnuissimiq; imperatoris Nate? Haud decet uirū primariū, cuius tutelæ populi cōmissi sunt, & in cuius cura pendent rerum tanta momenta, solidā dormire noctē. Ausculta igitur propere, quē tibi ego à Ioue nunciū affero:

Somniū ad Agamēnonē mittitur

Principis cura

q li-

q licet absens, præsentem tamen curam tui gerit, tuorumq; laborũ miseretur: Iube uniuersas, quæ sub tuis auspicijs sunt, militum copias armari, insignẽ Troiæ *urbẽ euersurus.* Nã *ita dij oẽs decreuerunt fore: nec de ultima* Troianorũ *pernicie inter se, ut prius, dissentiunt, quippe à* Iunone *exorati,* Ioue *quoq; ipso approbante.* Atq; *hæc, quæ dico, trade memoriæ, ne forte tibi cum euigilabis, mandata* Iouis *exciderint.* Hæc *cum dixisset, & ex oculis imago illa abire uisa est,* Agamemnonẽ *somnus reliquit.* Experrectus *itaq; repetebat apud se somniũ suum, ac tempus aduenisse credebat, quo aliquãdo* Troia *caperetur, infœlix atq; inscius consiliorũ* Dei *& quẽ longe hæc fallebat opinio, cum sibi tunc cæterisq;* Græcis *atq;* Troianis *intolerabiles belli ærumnas, innumerosq; gemitus* Iuppiter *immittere destinasset.* Ergo *à lecto surgens, ac residens, iã toto animo spem finiendorũ laborũ, iam cupiditatẽ diripiendæ urbis, iam immortalẽ tantæ uictoriæ famam cõcœperat,* Regales *sibi uestes, tunicam, ac palliũ, regaliaq; induit calciamenta, dextro deinde humero ensem argenteis clauis distinctum appendit, sumptoq; manu incorruptibili illo paterno sceptro tẽdit ad naues,* Aurora, *quæ* Ioui *reliquisq; dijs solem aductare denunciat, iam exorta.* Eo *cũ uenisset, p præcones iubet aduocari concionẽ.* His *ita agentibus, & populis ad concionẽ confluentibus, primum conuocauit concilium pcerum seorsum apud regis* Nestoris *naues, quibus considentibus magna cum expectatione, prompsit pruden*

prudentissimã animi sui consultationẽ. Audite pceres somnium, quod nocte ac diuinitus mihi demißum est. Visus est mihi quidam inter quietem adesse, atque ad caput stare, optimo huic Nestori simillimus, eadem statura, eodem habitu, uultusq; atq; membrorum, hisq; me alloqui: Dormis, Atrei solertissimi strenuissimiq; Imperatoris nate? Haud decet uirum primarium, cuius tutelæ populi commissi sunt, & in cuius cura pendent rerum tanta momenta, solidam dormire noctem. Ausculta ocyus, quem tibi ego ab Ioue nuncium adfero: qui licet absens, præsentem tamẽ tui curam gerit, tuorumq; laborum miseretur. Iube uniuersas, quæ sub auspicijs tuis sunt, militũ copias armari, insignẽ Troiæ urbem euersurus. Nam ita dij omnes decreuerunt fore, nec de ultima Troianorũ pernicie inter se, ut prius dissentiunt, quippe à Iunone exorati, Ioue quoq; ipso approbante. Atq; hæc, quæ dico, trade memoriæ. Hæc cũ dixisset, ex oculis euanuit, reliquitq; somniũ. Nũc aũt quod reliquum est, ita censeo faciendũ: quia ægre forsan milites adducerẽtur ad sumẽda arma, murosq; expugnandos, ego primus pro meo more orationẽ ad eos habebo, adhortans ad redeundũ in patriam. Cui si ut opinio mea fert, acquiuerint, maluerintq; redire q̃ pugnare, tunc uos p se quisq; alius alios ab huiusmodi sententia dehortãtes, reuocabitis, atq; hoc pacto, ut mihi quidẽ uidetur, præcipue, & quales habeant animos, præuidebimus: & si quid titubauerint, ad capessendũ præliũ inducemus. His dictis, Agamemnon resedit

Agamemnon somnium suum exponit.

ſedit: tum ſenex ille ſapientiſſimus ſurrexit, atq; ita profatus eſt: Si quis proceres ac Græciæ ſenatores alius è Graijs ſomnium hoc ad nos referret, fortiter affirmarem eum falli, & cum ſuo ſibi ſomnio futili relinquendũ. Nunc autẽ ꝓ uero habendũ ſomniũ, quod ſummo princip i uiſum eſt. Ergo agite. ſi efficere poſſumus, armatas copias in expeditionẽ educamus. Hæc locutus, è procerũ concilio digreditur, & primus ut ſe ducem alij ſequerẽtur ad conſtitutũ concionis locũ ꝓceſſit. Tunc cæteri quoq; ſurgentes, probata illius ſententia, & ipſi prodeunt. ſubſequẽtibus eos turbis, quæ à ſua quæq; ſtatione ſe effundebãt in morẽ apũ, quæ per examina ſubinde è cauis egreſſæ petris, hic atq; illic uernis floribus circũfunduntur. Hos aũt cateruatim à nauibus atq; tentorijs ſecundũ littus euntes, Fama Iouis nuncia ꝑ mediũ uolitans, nulli tamẽ uiſa nec audita, ut maturarẽt iter, urgebat. Adeo ad uocem ſtrepitũq; feſtinantiũ, tellus mirum in modũ inſonabat, Qui ubi cõuenerunt, ingens erat de loco tumultuatio, ingens coarctatio, cunctis ad mediũ ſeſe intrudentibus. Præcones autem ad ſedandum tumultum ac murmur, ut concionaturis regibus audientiã facerẽt, nouies exclamauerunt. Tandẽ, accepto quiſque quem poterat loco, præconibus obtemperantes, quiete, tacita attentaq; cum expectatione reſederunt. Hinc princeps Agamemnon in loco ſuperiore ſtetit, tenens manu ſceptrum, quod optimus artifex Vulcanus fabrefecerat, Iouiq; dederat. Iuppiter poſtea Mercurio,

Neſtoris oratio.

Sceptrum Agamemnonis.

Mercurius Pelopi, Pelops Atreo, Atreus morte relinquerat Thyesti, Thyestes uero Agamenoni: ut insigne eius regis foret, q in Argo suisq; insulis ditionē teneret. Huic Agamēnon sceptro regaliter innixus, ita exorsus est: Graui me, ut uidere uideor, errore, socij uiriq; fortißimi, atq; indigno uulnere Iuppiter afflixit: q cum prius mihi spem faceret, ac plane pollicere tur, Troia nostris manibus euersa, me domū esse rediturum: nunc contra mutato cōsilio, ut appareat ab eo nos esse deceptos, iubet reuerti Argos, cum meo summo dedecore, nō modo ob rem infectam, sed etiam ob amißos tot milites. Sic enim illi placet, penes quē oīm rerū arbitriū est, q plurimas maximasq; urbes euertit iam, & cum uolet euertet. Et nobis quidē fateor deforme & esse uiuentibus, & fore uita defunctis apud posteros, Troia nō expugnata, atq; omnino re infecta reuersos in patriā, præsertim cum totius hic Græciæ florē ac robur adesse uideo, uicißimq; tantulas Troianorū copias, quas si cum nostris uelimus hoc modo comparare, ut inito inter nos fœdere, singuli eorū singulis nostrū pincernarētur: pfecto nō decimo cuique pincerna eßet, & complures decades pincernā desiderarent. Ita multis, ut sentio, copijs militum illis antecellimus, duntaxat oriundis ē Troia. Nunc auxilia sociorum, totq; populi, q illis subsidio ueniunt, uehementer me terrent, & à concepta ac prope certa spe expugnandæ Troiæ in desperationē deijciunt. Etenī si nouem annis, ex quo huc appulimus, nihil egimus, qd

Agamemnon militibus

tandem

tandem, si diutius immoremur, speremus nos esse facturos? En materia nauiũ iam cõputruit, iam rudẽtes corrupti, ipsæ quoq; uxores ac liberi quotidie desiderio nostri cõtabescunt, nostrũq; auide regressum quã celerrime expectãt, nos tamẽ desidemus in militia bellum gerentes, cuius gratia huc nauigauimus: cuiusq; finẽ, sicut nullũ adhuc habuimus, ita nullũ sumus habituri. Quare sequimini oẽs sententiam meam, quando quidem Troianos *nobis muros dijs uolentibus capere denegatum est, conscendamus quãprimum naues, & ad dulces patriæ oras reuertamur.* Ad hanc orationẽ *omnis concio præter eos, qui priori concilio affuerãt, non aliter cõmota est, q̃ ad impetum* Euri *atq;* Austri *ex cœlestibus nubibus erumpentiũ solet* Icarium *mare cieri, & in sonoras undas tolli, aut grauida in spatioso aruo messis ad ualidiorẽ* Zephyrum *inflecti, & spicis inuicem se collidentibus late sibilare. Soluto igitur consilio, atq; in tumultũ conuerso, pro se quisq; ad naues ire contendunt.* Ferebatur *aũt in cœlum tũ puluis tot hominum pedibus excitatus, certatim ad naues, id est, ad patriam recurrentiũ: tum eorum fremitus promiscue se adhortantiũ, alius alij ut nauẽ una prehenderet, alius ut una deduceret, alius ut naualia repurgaret, uiãq; muniret nauibus deducendis, alius ut phalangas ac fulcimenta tolleret clamitabat.* Et *iam hæc oĩa, quæ erat quisq; auiditate, confici cœperãt, actũq; iam multis fatis de reuocatione erat, nisi propere* Iuno Mineruam *adisset.* O *indignum facinus, inquiens,*

Iouis filia Síccine Græci in patriã fugient, relictá hic apud Priamũ Troianosq; raptores & gloria & Helena, cuius recuperãdæ causa tot Græci occubuerũt, longeq; à domo sepulti sunt? adi ergo illos protinus, tuaq; suaui eloquẽtia dissuade singulis, ne mare intrẽt. ac ꝑsuade, ut malint expectare, q̃ reuerti in patriam. Pallas autẽ dicto audiẽs, repẽte ab alto cœlo in Achiuorum castra deuolauit, & primũ conuenit Vlyssem, nõ deducentẽ naues suas, sed stantẽ, & graui dolore confectũ ex aliorũ facto, quos uidebat apparare ꝑfectionẽ. Atq; huic proxime accedẽs. Siccine inquit solertissime Vlysses ingrediẽtes mare fugietis in patriã relicta hic apud Priamũ Troianosq; raptores & gloria & Helena, cuius recuperandæ gratia tot Græci occubuerũt, longeq; à domo sepulti sunt? Adi ergo illos protinus, nec cesses ire, tuaq; suaui eloquẽtia dissuade singulis, ne mare intrẽt: ac ꝑsuade, ut malint expectare, q̃ reuerti in patriam. Sic Pallas. Cuius ille agnita uoce, nihil cũctatus, illinc eo, quo iubebatur ire se proripit: atq; inter eundũ, ne festinãti esset impedimẽto palliũ reiecit ex humeris: qđ Eurybates Ithacus, quẽ præconẽ Vlysses semper habebat, ad manũ humo sublatũ, post eũ gerebat. Ipse se Agamẽnoni obuiũ ferens, sceptrũ qđ ille manu tenebat, prehẽdit: gestãsq; illud dextra, naues petit: & ut quẽq; obuiũ habebat regum procerũue, hunc mollibus uerbis à recedendo dehortabatur, dicẽs. Dæmonie, haud decet te, uelut unũ ẽ uulgo ac gregariũ militẽ, sic timidum belli, sed bono

Pallas Vlyssi

Vlyssis uerba ad Græcos.

animo

animo esse, sed manere, sed alios ad manendũ hortari. Nõ enim oẽs audiuimus in priore cõsilio, q̃ dixit Agamemnon. Tu uero nõ plane, ut uideo, q̃ illius sit mens intelligis. Tentat nũc populorũ aĩos, q̃ sit castigaturus mox eos, qui nõ ẽ dignitate reip. senserit. Non cõmittamus, *ut ille iratus nos male ob hoc mulctet.* Regum *magna est ira, regibus dignitas ab ipso* Ioue *tribuitur reges in beniuolẽtia* Iouis *sunt.* Agamẽnon *præcipue summus in his castris, & his exercitibus* Rex. *Atq; hæc quidẽ proceribus dicebat.* Ex *plebe autẽ cuiciũq; obuius erat, aut quẽ uociferantẽ uidebat, hunc adiens sceptro pcutiebat, increpãsq; dicebat.* Dæmonie *tace, ac sede, auditurus aliã orationẽ eorũ, q te sunt dignitate ac uirtute superiores.* Nã *tu fuisti semp imperitus rei militaris, intolerãs laborũ, ultimus ad pericula primus in fuga: segnis, hebes, cõtumax: nec bello unq̃, nec cõsilio utilis.* Ideoq; *nũc in patriã fugere festinas sed istuc tibi nõ licebit, neq; enĩ oẽs hic regnamus.* Neque *probãdus est plurium principatus.* Vnus *sit rex, unus princeps, atq; is demũ, quẽ* Iupiter *optimus maximus pro duce nobis, pro legũ latore, pro iudice dedit.* His *increpationibus* Vlysses *ac castigationibus p medios se ferens, coercebat singulos, inhibebatq;.* Illi *omisso incœpto, à nauibus redeunt in concionẽ, eo clamore ac sono, quo ppetua littora uehemẽtius percussa fluctibus gemere solẽt, & ipsa procul maria murmurare.* Et *cæteri quidẽ ad locũ concionis sessumq; se recipiũt, occupãtq; subsellia.* Vnus *autẽ* Thersites *eos*

pluribus uerbis conabatur a sedendo atq; ab audiendo prohibere, uir loquacissimus, qui nihil curæ haberet, q̃ recte aut quã apte, sed ut quamprimũ, & quã maxime ridicule loqueretur. Idem fœdissimus omnium, qui ad Troiam nauigauerãt, altero oculo strabone, altero pede claudo, angustissimis humeris & ad pectus usq; cõtractis, uertice acuminato, raro capillo, & eo impetigine astricto. Idem cum regibus contentiones assidue agere solebat, eosq; obiurgare: a nõ honestatis utilitatisue gratia, sed ut scurram ageret, Hoc enim sibi pulchrum uidebatur, & alijs risus iocosq; edicere. Sed Achilli præcipue atq; Vlyssi sese exhibebat infensum tum aũt Agamemnoni, in quẽ conuersus (quippe qui sciret cæteros tacite illi exprobrare iniuriã Achilli factã, eumq; odio habere) uasta ipsum uoce mordacique oratione compellabat. Agamemnon, quibus iã amplius rebus indiges? quid desideras? quid te quæso sollicitat? Tu referta æris tabernacula habes, tu plurimas in tẽtorijs fœminas possides, & quidẽ ex oĩbus præstantissimas, quas tibi nos expugnatis subinde urbibus, ut Græcorũ principi idoneas donauimus. Et cum tanta tibi sint, tamen aliorũ aurum ac fœminas concupiscis. Si quis enim Troianorũ, quem aut ego, aut alius Græcorum captiuũ duxit, aurũ pro redemptione attulerit, tu tibi id aurũ uendicas. Si qui itẽ per aliquem nostrum fœmina ex Troia capitur, forma atq; ætate bona, eam cõtinuo apud te relinqui iubes, cũ qua coeas, dominoq; ereptã clam in cubiculo tuo retineas. Neq; uero decet

Therstitæ importunitas ac loquacitas.

cum,

eum, qui princeps est, flagitiosorum hoim principem esse, & in nos tenere imperiū. O nos ignauos, & oi uituperatione dignos, ac uere Græcas, non Græcos: Quid expectamus? Ingrediamur naues, domūq; redeamus, relicto hic isto cū suo fastu: ut intelligat, simus ne sibi in bellis auxilio, an non: qui nos oēs pro nihilo habet, quiq; Achillē nuper, multo q̄ ipse est præstantiorem uirū, ignominia affecit, erepta illi puella, quā fuerat in honorē præmiumq; uirtutis donatus a cæteris. Verū tunc Achillē non cepit indignatio, sed lenitudo potius, quasi tali iactura nō moueretur. alioquin extremū tibi tunc fuisset Agamemnon istud, quod facis, fecere, alijs ignominiā referre. His uerbis Thersiten pastori populorū conuitia facientē Vlysses cū uidisset, statim adijt: truciq; aspectu intuēs, seuera oratione increpuit, inquiēs. Thersite loquacissime, q̄q̄ uocali ore sis, ac suauiloquētia polleas, retice tamen ac quiesce, nec uelis unus altercādo certare cū regibus: quē inter oēs, qui Agamemnonis secuti sunt auspicia, longe duco esse deterrimū, nulla alia ratione, nisi quia linguā habes loquacē, conuiciantēq; principibus. Exhortaris alios ad redeundū in patriā, cum nondū plane exploratū habeamus, utrū recte an non recte redituri remus. Insuper pastori populi maledicis, non ob aliud adductus, q̄ quod doles eū plurima possidere. data sibi, nō abs te tuisq; similibus (q̄q̄ nemo tibi similis, ita nullius momenti es) sed ab optimis quibusq; atq; fortissimis. Quare te præmoneo uesane: & quod dico, nisi re

Vlysses Thersite

perficiam, non stet caput super humeros Vlyssis, nec Thelemachi pater nuncupetur amplius: si offendero iterũ talia facientẽ, prehendã, & denudatũ oĩbus uestibus, nõ modo lena ac tunica, sed etiam his quæ pudenda tegunt, cædam uirgis in concione, atq; ita cædã ut flens ad naues usq; reuertare. Atq; hæc dicẽs, percussit sceptro illo terga humerosq; Thersitæ tã uehementer, ut liuidi ac sanguinantes uibices extrinsecus prodirent. Ille præ dolore acceptæ plagæ sese cõtorquebat, uim lachrymarũ profundens. Et cũ resedisset formidine pluriũ uerberũ in suo se dolore cõtinebat: ac ne cernere prouidereq; uolenti officerent lachrymæ, eas manu siccabat. Quod inspectantes cæteri, & si erant aĩo exulcerati, hilares tñ cachinnos sustulerunt. Inter quos fuerũt, qui cõuersi ad socios dicerẽt, O dij boni, uidetis q̃ præclara q̃q; infinita Vlysses facinora fecit? Idẽ in cõsilijs maximus, idẽ in acie inter paucos fortis & strennuus. Nunq̃ tamen tantũ quantũ hodie effecit, q̃ hũc dicacẽ ac maledicũ à linguæ petulãtia coercuit. Neq; enĩ reor posthac regibus maledicere cõuiciariq; ausurũ. Hic populi inter se colloquẽtis sermo erat. Tunc Vlysses surrexit, stetitq; tenens manu illud aureũ Agamemnonis sceptrũ. Iuxta eũ autẽ erat Minerua sub præconis imagine, iubẽs populum silere, ut tã postremi q̃ proximi uocẽ cõcionantis exaudirent, & orationẽ intelligerẽt. Quibus silentium tenentibus, Vlysses, ut erat prudens, sic exorsus est. Milites tui Rex Agamemnon, quantũ in ipsis est


Vlysses Græcis

priuare

priuare te apud omnes gẽtes gloria uolunt, æternoq́ afficere dedecore: qui ſponſionẽ, quã tibi fecerunt, cũ è patria profecti huc ſumus, ſe nõ niſi Troia *deleta reuerſuros eſſe, nũc reſcindunt, ritu puerorũ uiduarumq́ ſeſe affliƈtantes reuiſendæ patriæ deſiderio: cũ illud ſit potius affliƈtatione dignũ, nos domũ cum turpitudine redire.* At *enim aliquis mare ingreſſus, ſi procellis ac tẽpeſtatibus unũ menſem interpelletur, ne ad uxorẽ domũq́ reuerti queat, cõtriſtatur, mœrore q́ cõtrahitur.* Quid *mirũ, ſi idẽ hoc nobis accidat, qui nouẽ annos peregre cõſumpſimus?* Ideoq́ *ſi à me quæritis, minime uobis ego quidẽ ſuccenſeo, ꝙ deſiderio teneamini ad penates reuertẽdi.* Verũ *deforme ſane eſt, cũ tamdiu tardaueritis, re infeƈta in patriã redire.* Quare *ſocij tolerate quæſo paulisper ad deſtinatũ uſq́ tempus, ut ſciamus an uera* Calchas *an falſa uaticinatus ſit nobis in* Aulide, *cũ domo huc ueniebamus ad perniciẽ* Priami *ac* Troianorũ, *quemadmodum probe reminiſci uos arbitror.* Oẽs *enim illic affuiſtis, qui hic adeſtis, præter illos, qui proximis diebus iã diem ſuũ obierunt.* Forte *nos ibi ad aram ſub opaca platano poſitã, unde riuus gelidæ aquæ oriebatur, dijs immortalibus hoſtias feriebamus. cũ ecce ibi monſtrũ horrendum ingensq́, draco diſtinƈto maculis tergo, ab ipſius aræ imo proſilijt.* (Ita *nanq́* Iouis *imperium ferebat) & in cacumen uſq́ platani cõſurrexit, ubi oƈto paſſerculi uno partu æditi, ſubter frõdes exultabant: quos cum ſingulos matrem implorantes immi*

Portentum Græciæ uiſum in Aulide.

nos minæ? Omnia euanuerunt, omnia exciderunt. Cu*ius rei causa est (mihi crede* Agamemnon*) ꝙ cessantes & ocio marcentes, nõ rebus cum hostibus, sed uerbis inter nos decertamus.* Et *tanto iam tempore excogitare non possumus, quonam modo hostes aliquando perdomemus.* Itaque *summe princeps, cũ & prius & nunc tot pignoribus obstrictos tibi habeas* Græcos*, educ eos in aciẽ, exerce in prælijs, fungere tuo in eos imperatorio munere.* V*num aut alterũ, cuius cõsilia à nostris abhorrent, mißum fac, eumq; sine cõtabescere.* Neq; *enim fas est re infecta domũ redire: & priusquã cognouerimus an* Iouis *sponsio uerax sit, an fallax. Sponsio nãq; illa signum manifestæ (ut mihi persuadeo) uictoriæ fuit,* Quo *die ad hoc bellũ nauigantibus nobis à dextra* Iuppiter *immensa luce fulgurauit.* Quocirca *nemo uestrũ de reditu ad penates cogitet, priusquã in ultionẽ iniuriarum pœnarumq;* He*lenæ, cum aliqua coterit ex uxoribus* Troianorum.
Quod *si quis proterue domũ reuerti uoluerit, eat, cõtingat suas naues, ut primus oĩm oppetat mortẽ.* Tu *uero* Imperator *debes prudens consiliũ & alijs dare, & ipse ab altero, si quis te recte admonet, libẽter accipere.* Nam *hoc quod dabo, minime est tibi repudiandum.* Secerne *oẽs has generatim copias: ut qui sunt eiusdẽ gentis ac tribus, stent eodem in loco seorsum: qui uero alterius, altero: quiq; cõiuncti neceßitudine sunt, in eadẽ cohorte ordinentur:* Ita *ciuis ciui, gentilis gentili, tribulis tribuli, necessarius necessario, erit*



auxilio. Qua in re, si & tu mihi admonenti, & milites tibi iubenti obtēperauerint, duo hæc planè intelliges: unum, qualis quisq; in bello dux, qualis miles, qualis cohors, bonamq; an malam operā edat: nam per se singulæ separatimq; pugnabunt: Alterū p aduersam uoluntatē deorū stet, an ne per imbelles atq; instrenuas tuorū militū copias, Troia capiatur. Ad quem re-

Agamēnon Nestori. spondens Agamemnon: Enimuero, inquit, uenerande senex, oēs sine controuersia Græcos senatores uincis in dicēda sentētia, Atq; utinā fecisses pater Iupiter,

Decē Nesto res optat Agamemnon. tuq; Minerua, & tu Apollo, ut decem mihi ex oībus A Græcis forēt tanto consilio uiri. Breui profectò Troia nostris manibus capta deleretur. Sed Iupiter ipse magnā mihi materiā doloris inuexit: qui me ad decertandū cum Achille iurgijs & cōuitijs cōpulit, puellæ gratia, cuius ego certationis (ut uerū fatear) extiti caput. Quod si unq̄ in mutuam gratiam redibimus, nulla tunc dilatio, ne minimi quidem tēporis Troianis erit, quin corruant. Nunc ad prandium omnes concedite, ut secundum illud in expeditionem prodeatis: memores tamen, quæ opus ad prelium sunt, præparare, bene aptare spicula, bene munire scuta, bene cibare equos, bene curare currus, ut totum hunc diem bene possimus sub armis & sub duce Marte consumere. Nulli enim requiescendi spatium, immo nec respirandi dabitur. Tamdiu pugnabitur, quoad noctis interuentu prælium dirimatur. Necesse est, ut sudore pectoris madescat baltheus, clypei dextra telo exer-

cendo defessa sit, equi etiam, qui carrum trahunt, sudoribus madeant. Quod si quem detrectantē prælium abesse ab acie, aut ad naues restitisse uidero, non poterit ullo pacto effugere, quin corpore suo, & canes pascat & alites. Hæc Agamemnon: Illi uero in assensus testificationē una simul uoce succlamauerunt: ut solent undæ, diuersis impulsæ uentis eodē tempore, ad excurrētis in mare scopuli latera illisæ, hinc atq; hinc ingenti fragore crepare. Ergo dispersi ad sua quisq; tentoria prandiū parant, dijsq; immortalibus alius aliam pecudē immolant: orantes sibi singuli, ut mortem ut uulnera, ut cæteros mortis labores daretur euadere. Agamemnon autē immolato Ioui quinquenni opimo boue, summos Græcorū proceres in conuiuiū uocat. Primum quidē Nestorem, secundo loco Idomeneum, inde duos Aiaces Thelamoniū atq; Oileium, quintum Diomedem, sextū Vlyssem. Quibus accedēs Menelaus octauum conuiuam sua sponte se fecit, quod uideret sua causa tā strenuā fratris operam, ac tā mirificum studiū. Quibus in orbē hostiæ circumstantibus, cū placentas ordeaceas protulissent, Agamemnon Iouem ita orauit. Iupiter deorū maxime & augustissime, moderator nubiū atq; in æthere habitans, da hodie mihi antequàm sol occidat incendere portas Troianas, ac totā urbem in ruinam cineremq; conuertere, ipsumq; illud Hectoris pectus cū suis armis, meo ferro confodere, permultis eius socijs circa illum occūbentibus, atq; humū prono ore mandentibus. Hanc Agamemnonis

memnonis precationem tantum abest, ut exaudierit Iuppiter, ut multis eum erumnis cumulauerit. Postq̄ uero precationes finierunt, placentasq; ordeaceas iniecerunt, hostiã ad aram trahũt, mactant, pellẽ detrahunt, femora amputant, & in duo frusta cõcidunt, aruinaq; operientes desuper illa cõponunt, ignẽq; subijciunt. Vbi uero femora hostiarũ exusta sunt, primũ uiscera super prunã assa cõmuniter pro ientaculo comedunt. Tũ reliqua hostiæ mẽbra minutatim cõcisa, ac uerubus infixa, torrẽt scienter & cum diligentia. Quibus ubi pcocta sunt, allatis in mensam discũbunt: epulisq; ac uino quantũ cuiusq; cupiditas fert uescũtur. Fine aũt edendi bibendiq; facto, Nestor ita locutus est. Agamemnon princeps, nõ teramus etiã super mensam tempus sermonibus, nec differamus exequi opus, cuius se autorẽ deus ipse pollicetur. Iube statim præcones per castra denũciare, ut undiq; cõueniant copiæ. Nos uero cæteri abeamus, ut q̄primum oĩs exercitus nostro urgente imperio in aciem educatur.

Nestor Agamẽnoni.

Atq; hæc dicens una cũ alijs abijt. Agamemnon uero consilio parens, statim iussit præcones ad pugnã milites cõuocare. Quibus proclamantibus, breui ad imperatorem oẽs, alij post alios cõueniunt. Circa quem cæteri reges, suas quisq; copias, quemadmodũ præceperat Nestor, secernũt. Pallas aũt ferens Iouis Ægida preciosissimam, inuiolabilẽ & immortalẽ, centum bullis aureis retinaculisq; suspensam, cõcinnatamq;, ut singulæ centũ bobus extimarentur, per mediũ illorum uo

Græci ad pugnam se parant.

rum uo

rum uolitabat, exhortans ut ire maturaret, ingerensque pectoribus pugnæ ardorē, iam ipso in patriam reditu dulcioris. Tantus erat armatorum militū in medium prodeuntium splendor, ut quemadmodum syluestris montis undiq; ardentis claritas solet longe lateq; re lucere. Sic uibrantium armorū lux in cœlū usq; ferebatur. Tantus etiam sonus in Scamandri campo festinantium, quantū clangorem reddunt plurima gruum, cygnorum, anserumq; agmina, ultro citroq; uolitantia, ac modo se demittētia, modo subuolantia, ad Cay stri fluenta inter consitas arboribus ripas petant, lauandoq; gestiunt: circūiunctis pratis ad multiplicem uocē resultantibus. Ipsa quoq; tellus hoīm equorumq; pulsata pedibus, horrēdo quodam strepitu mugiebat. Tantus deniq; hoīm numerus, quantus florum in his campis foliorumq;. Et sicut densa muscarum examina, sub ueris tempore in pastorali tugurio ad plena lactis mulctra circumfluunt, sic Danaorum frequentes cateruæ, ad depugnandū accinctæ in medio stabant. Quos non aliter ipsi duces secernebant, & in suas quosq; phalanges ordinabant: ac solent opiliones caprariue, confusos ac promiscuos in pascendo omniū greges distinguere, & ad suas quanq; pecudē socias referre. At Agamēnon inter alios uadens, tanquam in toto armento eminentissimus taurus, ac cæteris bobus imperans, cōspiciebatur: oculis quidē atq; capite Ioui, pectore uero Neptuno, cinctura aūt atq; ilibus Marti æquandus. Ita illo die libuit Ioui Agamemnonem ir.

nem inter illos heroas conspicuum facere. Hoc autē loco uos musæ Iouis magni filiæ in auxiliū inuoco, musæ domicilium cœleste incolentes. Vos enim deæ estis uos affuistis, uos oīa meministis. Nos quidem ad quos tenuis tantū famæ aura peruenit, incognitū habemus qui reges ducesq; fuerint illius classis, quæ ad Troiā nauigauit: nam plebē ipsam uiritim recensere nō possem, nec si decē mihi ora cū totidē linguis essent, indefatigabilis uox. ferreáq; præcordia, nisi uos deæ uatē edoceretis. Verū sat erit principū tantū noīatim numerumq; nauiū recensuisse. Bœotiorū principes quin q́ fuerunt, Peneleus, Leitus, Arcesilaus, Prothenor, & Clonius. Bœotiæ autē populi sunt, q incolunt Hyrien, q petrosam aulida, Schenon, q Scholen, q Eteonon, qui Thespian, Græan, lateq; diffusam Mychalesson, qui Harma, qui Lesion, Erythras, Eleon, Hylen, Peteona, Ocalen, & insigne oppidum Medeona, qui Copas, Eutresin, & abundantem palumbis Thisben, qui Choroneam, herbosamq; Haliarton, qui Platæam Glissanta, Thebarumq; nobilis oppidi fines, Onchestonon & amœnum lucum Possideion, & uberem uinis Arnen, Midean, Nissanq; oppidū mirum, & ultimam Anthedona: Harum urbium populi quinquaginta nauibus aduecti sunt, in singulis centeni ac uiceni uiri. Qui colūt Aspledona, & uberē ouibus Minyeum, triginta nauibus aduecti sunt, ducibus eorum fratribus geminis, scilicet Aschalapho & Ialmeno, Martis & Astyoches filijs. Hæc cum adhuc uirgo in paterna do

Catalogus Græcorum Bœotij.

mo Actoris Azidæ in cœnaculum ascendisset, clā ibi à Marte cōpressa est, Phocensiū duces fuerūt Schedi us et Epistrophus, magnanimo Hiphito Naubolide ge niti. Sub Phocensibus autē hi populi cēsentur, q habi tant Cyparisson, et petrosam Pythona, Crissamq; insi gnē, Daulida, Panopea, Anemoriam, Hiam. Quique accolūt Cephison flumen, & Lilæam fontē caputq; Cephisi. Omnes quadraginta nauibus aduecti, qui Bo etijs quasi confœderatione quadam semper ad sinistrā aderant. Locrensium qui trans Euboiam incolūt, qua draginta nauiū dux fuit Aiax Oilei filius in currēdo pernix, cognomine minor, quia non tantus, quantus Aiax Thelamonis filius erat, sed multo minor et mem bris & uiribus: uerum peritia uibrandæ utendæq; lan ceæ inter omnes Græcos facile princeps. Locrenses hi sunt, q incolunt Cion, Opoenta, Calliaron, Bessan Scarphen, amœnasq; Augias, Tarphen, Thronion, et q accolunt Boagrij fluenta. Qui uero habitant Eu boiā, uiri magnos spiritus gerētes, quiq; sunt ex Chal cide, Iretria, et uitibus opulenta Histiæa, maritimaq; Cerintho, et Dioalto oppido, Carysthoq;, ac Syra qua draginta nauibus uecti, auspicia Elephenoris Calcho dontiadæ secuti sunt, ducis imprimis strenui, & ipsi omnes bellatores, omnes in pugna iaculandi peritissi mi. Athenienses cum quadraginta nauibus uene runt, populus magnanimi Erechthei, quem Minerua è rure, ubi natus erat, suscepit, educauit, & Athe niensi populo pro Rege tradidit.

Phocenses

Locrenses.

Euboi

Athenīēses

Ideoq;

Ideoque annua solennia Athenie̅ses in ea insigni ur be agunt, tauroru̅ agnorumq; sacrificijs. Huic popu lo tunc dux fuit Mnestheus, Petei filius, cu̅ quo nemo mortaliu̅ certare poterat industria, tam instructus ar matusque, & milites & equos ducendi in acie̅. Vnus tantu̅ Nestor cum illo de hac laude certabat, prælon ga ætate, plurimisque experime̅tis scie̅tissimus. Aiax aute̅ Thelamonius, duodecim Salaminioru̅ naues age bat. Qui uero incolunt Argos, Tiryntha mœnibus in signe̅, Hermionen, Asinen in reducto admodu̅ sino po sitam, Trizen, Eionas, Epidauron uinetis frequentem Ægina̅, ac Maseta, cum octoginta nauibus duces habe bant Diomede̅ & Sthenelum clarissimi gloria Capa nei filiu̅, & eximiæ uirtutis Euryalum Mecistei Tha laonidæ principis natum. Sed cæteris fortissimus Dio medes imperabat. Eorum q urbe̅ egregiam Micænas incolunt, diuite̅q; Corinthon, & pulchram urbe̅ Cle onas, Orniasque, et amœna̅ Aræthyrea̅, ac Sicyona, in qua quondam Adrastus regnauerat, Hyperesien et edito loco posita̅ Gonoessam, Pelléne̅, Ægion, ora̅que maritimam Peloponesi, & ampla̅ Amphelicen, ce̅tum naues fuerunt, qbus magnus Agame̅non Atrei filius præerat, que̅ ob eximiam in bellis fortitudine̅ militia̅ que, egregij populi sequebantur. Ita ut nullum alium principe̅ plures, que̅q; ob singulare̅ uirtute̅ ipsi Prin cipes atq; Heroes sibi duce̅ delegerant, cuius fratre̅ Menelaum & ipsum forte̅ ac stre̅nuum sequebantur sexaginta, instructæ sane atque ornatæ naues, eorum qui pi-

Salaminij

Argiui

Micænei

qui piscosam incolunt Lacedæmona, Pharin, Sparten & uberē palumbis Messen, Amyclas, Helon, Laan, Tylon, Brysias, festiuasq; Augias. Hic est Menelaus belli autor, q cæteros Reges ira ac dolore stimulāte exhortatus est, & q auidissime oīm molestias mœroresq; Helenæ uxoris ulcisci uolebat. Senex aūt Nestor equorū domitor, nonaginta duxit naues eorū, qui incolunt Pylon, amœnāq; Arenen iuxta Thryon, q in Alphæū decurrit, qui bene muratū Æpy, q Cyparissεenta, qui Amphigeniā, qui Pteleon, qui Helos, q Dorion, Quo in loco musæ aliquādo Thamyrin Thracē cantandi usu priuauerūt, Siquidē ab Euryto Oechalæo ex urbe Oechalæa hic forte rediēs, cum musas habuisset obuias, adeo scientiā cantandi gloriabūdus sibi uendicauit, ut se illas affirmaret superaturū, si cum ipso de musica certare auderēt, Ad quā ita insolentē uocem illæ Iouis filiæ stomachatæ, & modulationem qua præditus erat, & pulsandæ citharæ peritiā, & oīno communem hoīs sensum abstulerunt. Arcadum uero qui incolunt altū Cyllenes montē, iuxta sublime bustū, ubi bellatores uiri sunt siti, qui incolunt Pheneonta, qui Orchomenon pecoribus optimū, q Rhipen, qui Stratien, q uentosam Enispen, qui Gean, qui amœnam Mantineā, q Stymphelon atq; Parrhasiam: princeps fuit Agapenor Angæi filius, cū sexaginta nauibus, uirorū quidē pugnātiū instructissimis, sed quas à principe exercitus acceperat, ꝙ ipsius ciuitates, ut q̄ in mediterraneis locis habitāt, a studio absunt rerum

Thamyris fabula.

Arcades.

Epæi. maritimarum. Populi autem Epæi, qui ex urbe Bupraſio ſunt, & qui ex dia Elide, Hyrmine, atq; ultimo Myrſino uſq; ad Petrã, Oleniam & Aliſion iacent, cũ quadraginta plenis nauibus quattuor duces ſequebantur, ſingulos denis præpoſitos nauibus, Amphimachum, Thalpiũq;: illũ quidẽ Cteati, hunc uero Euryti Actorionis filiũ: & fortẽ Diorẽ, atq; excellenti corporis pulchritudine Polyxenũ, alterum præſtrennui Augæi filiũ. Qui ex Dulichio erãt, ſacriſq; Echinis

Dulichij. inſulis, quæ procul in mari Elidi reſpondent. horum princeps cũ quadraginta nauibus fuit Meges, Marti ipſi in prælio par, patre Phyleo equorũ domitore, auo Ioue: qui aliquãdo in patrẽ indignatus, Dulichiũ cõmigrauit.

Vlyſſes Vlyſſes autẽ conſilij præſtãtia Ioui æquandus, dux fuit Cephalenorũ, cum duodecim rubricata prora nauibus eorũ, qui incolunt Ithacã, Neritonq; frondoſam, & Croylia lapidoſam Æglipa, Zacynthon, & Samon.

Ætoli. Ætolorũ naues fuerunt quadraginta, ducẽ ſecutæ Thoantẽ Andræmonis filiũ, incolentes Pleurona, Olenon, Pylenen, & maritimã Chalcida, Calidonaq; inditam petris. In hunc iccirco imperium Ætholorũ reciderat, quod & Oeneus ipſe, & dius eius filius Meleager deceſſerant, nec alia proles regia ſupererat. Idomeneus autẽ bello inclytus cum

Cretenſes. octoginta Cretẽſiũ nauibus uenit, eorũ, qui incolũt Gnoſonta, Cortynamq; pulchris muris cinctã, qui Lyctõn, Mileton, Licaſton, Phæſton, Rhipion: aliiq; populi, qui Creten centũ urbibus atq; incolis frequentẽ habitant.

habitant. His unà cũ Idomeneo praeerat auriga eius Meriones, ipsi Marti, Martis arbitrio cõparandus, clarus rebus bellicis. Tlepolemus longo latoq; corpore cum nouẽ nauibus fortium Rhodiorũ, & capilli studiosorum, ex ipsa Rhodo uenit, eorũ qui ẽ Rhodo sunt, ex Lyndo, ex Ielysso, ex Camiro. Hũc Astyoche ex Hercule genuit, quã ille ex cognatis cõpluribus oppidis ab Ephyre & fluuio Selleente abduxerat. Verũ simul ac in domo paterna in iuuenilem aetatem adoleuit, Licymnion patris germanum olim bello eximium, tunc autẽ iam aetate prouectũ interimit. Sed cũ caeteri Herculis filij nepotesq; ultionẽ interfecti minarẽtur, cõparata ingenti comitum manu, classiq; : quam festinanter aedificauerat, imposita, profugit. Tandẽ uarijs agitatus casibus, Rhodũ peruenit. Ibiq; imperiũ Rhodiorum, qui in partes diuisi erant, adeptus est. Ita enim Iuppiter deorũ ac hoĩm princeps huic apud illos beniuolentiã conciliauerat: suppeditauitq; eisdẽ ob hunc eundẽ, mirificas opes, affluentesq; diuitias. Nireus ex Syme cũ tribus tantum nauibus uenit. Nireus Charopei & Aglees filius, Nireus oĩm quidem Graecorũ, qui ad Troiã nauigauerũt speciosissimus, infra tñ Achillẽ. Sed quia imbellis, pauci eũ sequebãtur. Eorum autẽ qui colunt Misyron, Crapathon, Cason, & Con. Euripili urbẽ, Calydnas insulas, cũ triginta nauibus, duces duo fuerũt, Herculis nepotes Thessali filij, Phidippus & Antiphus. q colũt Argos Pelasgicũ, et Alõ, et Alopẽ, et Trechina, et Phthien,

Rhodij.

Nireus Graecorum formosissimus.

& Hellada speciosis fœminis præditam. Quos uocant Myrmidones, *&* Hellenes, *&* Achæos, *Achilles hos regebat, quinquaginta nauibus aduectos.* Sed *is tūc mœrore ereptæ* Bryseidis *(quam cū multis erūnis in euertēda* Lyrnesso, *euertēdis* Thebis, *mactandisq; fortissimis iuuenibus* Euenei *principis filijs* My*nete &* Epistropho, *illinc deportauerat) in tentorijs se tenebat, mox tñ in bellum ipse proditurus. Cuius tunc milites, q nullum ducē haberent, in aciē nō exierant. Qui incolunt phylacen,* Pyrrhasonq; *floridam & matrem ouium* Itona, *& maritimam* Anchialon, *& petrosam* Pteleon: *horū dum ad* Troiam *cum quadraginta nauibus nauigauerunt, dux fuerat* Protesilaus. Nam *nunc sub terra nō superat, quē ex cunctis* Græcis *primū ē naui in littus incidentē, uir* Dardanus *interemerat. Cuius mors magnum* Amphidryphæ *uxori, magnum desolatæ domui, magnum etiam bellacibus socijs, desiderium reliquit.* Non *tñ his tunc ad bellum dux deerat. Delegerant enī sibi* Podarcem *opulenti* Iphicli *filium, bello quidē insignē, sed* Protesilao *fratre, ut natu minorē, ita etiā uirtute. Qui incolunt* Pheras, *oramq;* stagni Bœbeidos, *q* Bœben, *q* Glaphyras, *atq; eximijs mōtibus* Iaolcon: *his præerat cum undecim nauibus* Eumelus Admeto *genitus, &* Alcesti *filiarum* Peliæ *formosissima. Qui incolunt* Methonen, Thaumacien, Meliboeam, *& salebrosam* Olizona: *horum dux erat* Philoctetes, *sagittandi peritißimus, comites habēs & ipsos sane spectatos sagittarios,*

Philoctetes

gittarios, in singulis nauibus, quæ septem erant, quinquagenos. Verum tunc aberat in Lemno, ubi eũ Græci reliquerant, uitã inuisam per cruciatus trahẽs, ex Hydræ lethifero ulcere: cuius uitam neglecti, breui post alia necessitate docente, memores erant futuri. Eius certe comites, cum semp aliàs, tum uero illo die maiorẽ in modum suum ducẽ requirebant, licet ipsis dux nõ deesset, substituto in Philoctetis locum Medone Oilei filio, nato ex matre Rhena. Qui incolunt Triccen, & montuosam Ithomen, Oecalienq; urbem Euriti Oecalei: horum triginta naues erant, duces uero duo, atq; ijdẽ fratres, ijdẽ arte medicinæ insignes, ijdẽ Æsculapio geniti, Podalirius & Machaon. Podalirius. Machaon *Qui incolũt Ormenion, & q iuxta fontẽ Hyperian, q Asterion, albosq; Tetani uertices: his præerat cũ quadraginta nauibus egregius Euæmonis filius Eurypilus. Qui incolũt Argissam, Gyrtonen, Orthen, Elonen, & Polinta usquequaq; candentẽ: horũ princeps erat clarus factis Meneptolemus Pyrithoi Ioue geniti filius, & Hippodamiæ, ea die cõceptus, quo pater cũ hirsutis centauris depugnauit, eosq; ex Pelio fugauit atq; afflixit. Neq; uero solus erat horũ princeps Meneptolemus, sed cũ eximio bellatore Leonteo, magnanimi Coroni filio: quorũ amborũ naues quadraginta fuerunt: Guneus aũt præfuit duabus & uiginti nauibus ex Cypho cũ bellacibus Peræbois atq; Enienibus, q circa Dodonẽ frigidissimis in locis habitant, quiq; amœnũ Titaresion accolũt, q in liquidũ & qua-*

 si argen-

ſi argenteũ Penei amnem influens, illius tñ aquis nõ cõfunditur, ſed inſtar olei innatãs excurrit. Manat enĩ ab ipſa inferna Styge, cuius fluuij apud deos ſanctiſſimũ iuſiurandũ eſt. Magnetũ autẽ princeps erat Prothous Terthrydõis filius, Qui uero ad Peneon, et ad frondoſam Pelion habitãt, his præerat alius Prothous, bellator imprimis ſtrenuus, quorũ amborũ quadraginta naues fuerũt. Atq; hi quidẽ ſunt Græcorũ duces. Nũc autẽ muſa dic tuo uati, quis inter oẽs qui Agamẽnonẽ Menelaũq; ſecuti ſunt, præſtitit, aut inter uiros uir, aut inter equos equus. Et equorũ quidẽ Eumeli iugales. fœminæ ambæ, ambæ unius æui, ambæ in cæteris unà innitẽtes, multo erãt præſtãtiſſimæ Ita ueloces, ut cũ alitibus poſſẽt contẽdere, honorẽq; martiũ præ ſe ferẽtes, quas Apollo ipſe, cũ paſtoriciã, apud Pieriã degeret uitã, pauerat, talesq; reddiderat, Ex uiris aũt Aiax Thelamonius lõge præcipuus, ex his dũtaxat, q in aciẽ deſcẽderant, Nã Achilles, q bello ob indignationẽ abſtinebat, multo Græcorũ fortiſſimus erat. Cuius etiam equis dabatur præ cæteris palma: & ipſe quidẽ aſſidue intra tabernaculũ ſe cõtinebat. Comites uero eius: alligatis ad plena Lothi atq; Apij preſepia equis, iuxtáq; poſitis curribus, ſolebãt ſeſe præter orã maris uario ludẽdi genere exercere, aut iaciẽdo diſco, aut uibrãdo tælo, aut ſagittando, cũ bella inire fortiſſimũ imperatorẽ deſiderãtibus nõ liceret, tantũ huc atq; illuc p caſtra quocũq; ferebat ũolũtas, uagabãtur. Igitur Græci oĩbus rebus inſtructi,

Magnetes.

structi, atq; in acies distributi, Troiam uersus pleno celeriq; gradu p medios euntes cāpos speciē exhibebant, tū propter armorū lucē, longe lateq; oīa deuastantis incēdij, tū propter pedū armorūq; sonitū, pertinacis cuiusdā tonitrui. Quale solet esse, cū Iuppiter Typhoeū, cuius cubile Inarime esse fertur, crebris ab alto fulminibus euerberat. Itaq; momēto illam oēm planiciē trāsmiserūt, At Troiani pceres, Politæ Priami filio, quē donis onerauerant iā antea misso ad explorandū de summo tumulo Æsye renūciandūq; Græcorū aduentū. Tunc frequētes ante Priami fores de cōibus rebus cōsultabāt, seniores pariter ac iuuenes Cū ecce Iris imperio Iouis cœlo delapsa, imagine Politæ, uoceq; sibi assumpta cū attonito nuncio uenit, propiusq; accedēs, Semp inquit te senex iuuat totos dies, ut pacis tēpore solebas: cōsumere sermonibus, cū res ipsa ad ultimū discrimen spectet. Et tibi bellū ingruit, aduentātq; hostiū copiæ tales, tantæq;, quales, quātasq; nō uidimus, nō numero hoim, sed foliorū harenarūq; cōparandæ. Sed qd ego hūc? Hector te ego iubeo negociū suscipias. Agedū cū præsto tibi sint intra muros tot linguarū nationūq; auxilia, præcipe, ut suis ducū qsq; popularibus det belli signū, eosq; armari imperet, & suas tecum copias in aciē reducat. hæc Iris. Hector aūt cognita deæ uoce ptinus cōsiliū soluit, et ad arma cōcursū ē. Patefactisq; oīb. portis ingēti tumultu eqtes, peditesq; sub armis muros egressi sunt. Est aūt ī ipso cōspectu, atq; ī ipsa planicie ppe

 urbem

urbem tumulus, utrinq; lata circumiecta uia, quē tumulum hoīes Batiæam, dij aūt sepulchrum Mirēnes appellant. Hic Troiani ac socij inter se copias suas, q̄ illuc promiscue uenerant, secernunt, suasq; principū quisq; in aciē instruit. Et Troianorū quidē dux erat magnus Hector Priami filius, hostiū terror. Cuius auspicia plurimi populi, ac strennuissimus quisq; sequebatur. Dardanis aūt præerat formosus Anchisæ filius Æneas, quē dea Venus in nemorosis Idæ collibus & cōcepit & peperit. Nec solus his præerat Æneas sed unà duo Antenoris filij Archelochus & Achamas, rei militaris peritissimi. Qui aūt populi ad radicem Idæ & ad profundū Asopi flumen accedūt diuitijs affluētes: horū imperator erat insignis Pandarus Lycaonis filius, quē arcu Apollo decorauerat. Qui Adrestiā, & urbē Apæsi, & Pityæam, & excelsum Teries montē incolunt, his præerat Adrestus & Amphius, uterq; Percosij filius, Percosij longe oīm doctissimi scientia diuinandi futura. Verū neq; admiranda doctrina, neq; paterna sollicitudo subtrahere à morte filios potuit, cū eos retinere conaretur, ne ad bellum, ubi perituri erant proficiscerentur. Illi enim euntes (sic misera necessitas fati trahebat) nec parere imperio, nec credere cōsilio senis toties monentis uoluerunt. Qui Percoten incolunt, qui Praction, q̄ Seston, qui Abydon, qui diā Arisben, horū princeps erat uir eximius Hyrtacides asius, ex Arisbe equis aduectus, fortuna cursuq; præstantibus, erant enim à flumine

flumine Selleente, Hippothous aũt fortes Pelaſgorũ cohortes ex ampliuaga Lariſſa adduxerat. Quibus ipſe, Pyleusq́; frater bellator egregius præerat, filij læti Teutamidæ, Acamas uero & Pirous cum copijs Thracum uenerant, eisq́; trans Helleſpontum accolentiũ. Euphemus aũt maximi Troezeni filius, Ceadæ nepos, dux erat Ciconũ bellatorum. Pyrechmes uero Peonum, reflexos arcus geſtantiũ: gentes procul ab Amydone patria profectæ, atq; ab Axio flumine, licet ſpatioſo, tamen ad imum uſq; lucidiſſimo, ut nullum in toto orbe terrarũ ſpecioſius. Paphlagonũ ſolertiſſimus, Pylemenus ab Enetis ueniens, ubi genus malorũ agreſtium eſt. Paphlagones hi ſunt, qui, Cytoron incolunt, qui Seſamon, & quorum egregias urbes alluit Parthenij fluuius, & q Cromnam, q Ægialon, & qui editos Erythines colles habitant. At Haliſonum Hodius & Epiſtrophus duces longe ex Alyba, ubi argentifodinæ ſunt, uenerant. Myſiorũ principes erant Chromis & Ennomus ſcientia augurali peritus, ſed qua mortẽ aufugere nõ potuit, apud flumen, ubi eum ueločiſſimus Achilles cũ ingenti Troianorum cæde trucidauit. Phrygiorũ principes, erant Phorcus, & ſingulari forma Aſcanius, uſq; ab Aſcania amore pugnãdi profecti. Mæonijs, q Tmolon incolunt, præerant Meſthles Anthiphusq́; fratres, patre Pylæmeneo, matre Gigæa geniti. Carijs barbarum quiddam in loquendo ſonantibus, qui Mileton incolunt, nemoroſumq́; Phthironta montẽ, q fluenta

Meandri accolunt, quiq; Mycales montana inhabitāt Nastes & Amphimachus præerant fratres, Nomionis filij, uterq; laude insignis, sed Amphimachus ritu puellæ comptus, & totus auro exornatus, quasi uero aurum ad uictoriam faceret, & ad subtrahendum neci denique pertineret, id quod ipsi usu uenit, insipienti simul & infœlici: namq; hunc Achilles in flumine, primum uita, dehinc cultu aureo priuauit. Sarpedon autem, & præstans Glaucus usque à Xanthi flexibus cum Lyciorum copijs aduenerunt.

Iliados libri secundi finis.

¶ Ausonij poetæ, in Tertiū Homeri Iliad. lib. argumentū.

ARgiuos sua quenq; acies in bella sequuntur
Dispositi in turmas equitum cuneosq; pedestres
Turbida clangentes confundunt agmina Troes.

¶ Instructum prælio exercitum (priusq̄ feriret acies) Priamus spectat e muris, & monstratu Helenæ de viris insignibus edocetur. Dehinc Menelaus ad singulare certamen ab Alexandro prouocatur. Qui frustra Agamemnone dehŏrtante congreditur. Facta inter vtrosq; populos sponsione & fœdere per sacra firmato sub ea conditione, vt victorem Helena cum dote sequeretur, sed superatus Paris, regressusq; ad vrbē iurgio vxoris excipitur, ab Agamēnone fœderis pacta repetuntur.

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Tertius.

POſtquàm igitur omnes copiæ ſub ſuo quæq; Imperatore digeſtæ ſunt, atq; in acies inſtructæ, aduentantibus iam Græcis obuiam tendunt, clamore ac clangore ſublato, Non ſecus ac grues ſolent, dum ſidus Hybernum, fugientes matutino tempore ingenti clangore cateruatim cœlo feruntur, ad oceanumq; ſe conferũt, Illaturæ dirum Pigmeis, ac mortiferum bellum, Græci uero clamore non reddito, ſed tacita apud ſeipſos ira frementes, uenire maturabant, id preſſantes animo, quomodo & hoſtem uincerent, & ſe ſuoſque tutarentur. Ad quorum properantem aduentum ac penè curſum, tantus puluis, præſertim uento adiuuante, excitatus eſt, ut ad ſimilitudinem inuiſæ paſtoribus, amicæ nocturnis furibus nebulæ, quam Auſter iugis montium infudit, uiſum adimeret, nec extra iactum lapidis proſpicere ſineret. Vbi uero proximi facti ſunt, & iam iam conflicturi eſſent, ſingulari Alexander pulchritudine ante omnes Troianorum acies grandioribus Paridis te paſſibus uadebat, prouocans ad certamen fortiſſimum meritas quemq; Græcorum. Gerebat autem pro paludamento pardi pellem, arcumq; cum pharetra, & gladium, manu uero duo fulgentibus ſpiculis iacula. Quem cum bellator Menelaus uidiſſet, audiſſetq;, eo modo gauiſus eſt, quo eſuriens leo, cum in grandem ſeruum,

ibicem

ibicemue incidit: quē canes uenatoresq; insequuntur. Ita cupiditate ac spe ulciscendæ iniuriæ, cōfestim (ut erat armatus) è curru desiliyt, seseq; illi in conspectū dedit, & cū infesto gradu pergit. At uero Alexāder uiso Menelao obuiū ueniente, subito timore pculsus, represso relatoq; pede, ad suos sese recipiebat. Qualis is qui per montanū callem transiens ex improuiso prope se dracone cōspecto turbatur, pallescit, tremit, & præ formidine collabens retrofugit. Ad cuius rei spectaculū Hector excandescēs, ignominiosis in fratrem inuectus est uerbis. Dispàris uere, nō Paris: forma insignis, sed amore in mulieres perdito: uerbis audax, rebus ignauus: quanto satius fuißet, atq; utinam fuißet, ut aut nunq̄ genitus fores, aut ineunte ætate mortē obijsses, potius q̄ tantum dedecus, & quidē sub oculis oīm admitteres? En uides quantū ex tuo facto cincinnatim Græci cepere lætitiæ? quippe q opinabātur, te, ut inter cæteros pulcherrimū, ita strenuißimū eße. Nunc intelligūt, ꝙ multo sis pulchrior q̄ fortior: nam decor membrorū tibi superest, uires aūt corporis & animi præstantia deest. Et tn̄ cum talis sis, ausus es cū delectis sodalibus, instructa ornataq; classe, pfectus ad extremū regnum, cū aliena uxore cōcumbere, cuius mira specie captus esses, eamq; ex Peloponeso huc asportare: cum maritum haberet bellatorē, in perniciē patris, ciuiū, regni, nominisq; Troiani, & in inimicorum gaudiū, tuamq; ipsius extremā infamiam O dedecus. Nō sustinuisti congredi cum Menelao? Quid

Timor Paridis.

Hector in Paridem.

Quid ita? Quia nosti qualis bello uir, quantusq; sit ille, cui coniugē ademisti? At enī in hoc belli puluere nihil ad uictoriā faciunt cithara, cantus, dignitas formæ, cōpti capilli, Veneris dona, cæteraq; hmōi. Itaq; si nescis, ecce oēs Troiani, qui tuorū scelerum defendendorū gratia arma sumpserunt, ex tuo timore, & ipsi territi sunt ad pugnandum. Ad quē respondens Alexander. Pro modo (inquit) exprobrare mihi ignauiam Hector, non supra modū uisus esse debes. Nam tuum cor animusq; nō magis fatigatur, nec magis ad cuiusquā trepidat occursum, q̄ robusta quædā securis quā faber lignarius in scindenda materia exercet. Cuius etiā penetranti ac durabili acumine ad continuandū magis opus mutatur. Neq; mihi uituperationis loco obijcias Veneris dona. Nam munera, quæ in nos Dij contulerunt, ea nec obijci debent, nec ad arbitrium hoīs, sed ad ipsius dei collata sunt. Quod si me singulari prælio cū Menelao certare uis, iube Troianos oēs atq; Græcos cessare, ac circūsidere certaminis nostri testes, quod nos duo in medio cōmittemus, quorū uter uicerit, eius sit cum oī gaza Helena uxor, pro qua hoc conflatū est bellū. Cæteri aūt cum certissimo iureiurando feriant fœdus, se postea domū reuersuros, Troianos in Troiā, illos in Græciam. Hæc cum audisset Hector, mirū in modū lætatus, protinus processit in mediū inter utrunq; exercitū, & uoce ac lancea, quā manu mediā tenebat, suas cateruas gradū sistere iubebat. Et Troiani quidē statim imperata fecerunt.

Paris Hectori.

Singulare certamen Paridis cū Menelao

cerunt. Graeci autem pro se quisq; in unum sic inter ambulandum & sagittas & iacula & saxa iaciebāt Quam rē intuens Agamemnon, ad suos: Desinite, inquit Argiui, continete manus, inhibete ictus. Aliquid enim (ut uideo) nobiscum tractaturus est Hector. Ad quam uocem continuo Graeci destiterūt, taciti q; quantum fieri poterat, strepitu sedato, attenti ad audiendum manserunt. Tunc Hector in medio stans, Audite, inquit, Troiani pariter & Graeci, ꝑ me quid loquatur Alexander, cuius causa bellū conflatum inter nos est, iubet Troianos Graecosque depositis humi armis adesse spectaculo, solos autem se ac Meneláū in medio uiribus armisq; decernere, quorū uter uicerit, sua sit cū omni gaaza Helena uxor: caeteri autē cū sanctissimo iureiurādo feriāt foedus, se postea domos reuersuros, Troianos in Troiā, Graecos in Graeciā. Sic Hector: Tūc alijs mutuū silentiū tenētibus, egregius Menelaus sic inuicē ad uniuersos prolocutus est: Audite uicissim me Graeci Troianiq;, cui praecipuus inter oēs dolor necessitatē imponit, ut potissimum respondeā. Placet mihi, & rite fieri sentio, ut aliquādo ab erumnis, quas tot tantasq; uos Graeci, mea, uos Troiani, Alexandri causa ꝑtulistis, per hanc transactionē discedatis, ut uter nostrū in singulari certamine occumbet, occubuerit: reliqui uero mox domū suam sine praelio redeant. Afferte igitur huc agnum agnamq;, illum albū, hanc atram: Marem, q Soli, Foeminā, quae Telluri immoletur. Tertiū afferemus quo Ioui litemus

Et an

Et ante omnia sistite hic Priamum, qui fœdera ipse feriat, ne quis forte malus dolus filiorũ, ut sunt uentosi & perfidi, hæc oĩa faciat irrita. Semper enim ingenia iuuenũ sunt instabilia, Nunc autẽ si senior his fœderibus affuerit, atq; adeo præfuerit: profecto respiciẽs præterita, ac futura prospiciẽs, curabit, ut rata sint, & q̃primũ inter ambos exercitus, quod sane ambobus expedit, pax fiat. Hæc Menelaus cũ dixisset tam Græci q̃ Troiani exultauere lætitia, sperantes iam se mortifero bello qeturòs. Igitur uterq; exiguo inter se diuisi interuallo, dispositis in continuã seriẽ equis, descendũt à curribus, exuentesq; sibi arma humi deponũt. Hector uero propere duos præcones in urbẽ, Agamemnon autem Taltybium ad naues ire iubet: hic ut unus, ille ut duo agni ferãtur. Præterea, ut Priamus ad exercitus fœdera pcußurus accersatur. Præconibus itaq;, quo modo imperatũ erat, ire festinantibus, Iris ad Helenam domi suæ manentẽ uenit, nunciatura certamẽ, quod erat cõmittendum. Induerat autem sibi speciem Laodices, filiarum Priami formosißimæ, uxorisq; inclyti Helicaonis filij Antenoris Texebat autẽ tunc Helena purpuream telam, suam uidelicet pallam, spaciosam sane & amplam, in qua pleraq; iam propter se ad Troiam gesta, textilibus picturis descripserat. Ad hanc Iris accedẽs: Veni, inquit sponsa dulcissima, mirificã rẽ uisura, quæ nunc inter Troianos agitur, et Græcos. Qui enim in cãpis prius mutuæ necis auidissime cõcurrebant, in ijs nunc

Iris ad Helenam.

omisso

assìde, ut spectes pristinum uirum, pristinosq; affines atq; amicos. Neq; enī putes me tibi hoc bellū referre acceptum, & tantam mihi lachrymarum causam: sed Dijs ipsis qui me his cladibus uexandū censuerunt. Asside filia, ut indices quoq; mihi. Quis ille ex Graecis est, uir tā cōspicuus, celso corpore, & amplo? Etsi nonnulli alij statura eum superant, tamen nullum unq̄ uidisse uideor, nec ita decorū, nec ita uenerandum. Adeo regiā quandā inter caeteros praefert dignitatē: Cui dea mulierū Helena respondens, Pudori inquit dulcissime socer, ac timori, tuus uel sermo uel aspectus semp est mihi, Vtinā q; eo tēpore tetrā mortē oppetijssem, qn̄ filium tuū secuta sum, deserēs coniugē, deserēs necessarios, coaetaneasq;, deserens unicā natam meā. Neq; enī tot mala accidisset, neq; ego me fletu luctuq; macerassem. Sed ut ad interrogata respondeam: id quod cupis nosse, hic est Atrides ille Agamēnon, duplici laude eximius, q & fortissimus bellator est, & optimus imperator, meus quondā leuir, si tn̄ mihi infelici leuir fuit. Tū senior miratus, O felicissime inquit Agamēnon, & diuino quodā fato praedite, ita ne tot Achiuae gētes auspicia sequūtur? utiq; plures opinione mea, Et quidē quo die bellatrices ac masculae amazones uenerūt, dū in Phrygiā auxilio uenissē Otreo & diuino Migdoni: cūq; his apud Sāgarim amnem illis castris praeessem, conspexi tunc ibi plurimas Phrygū copias, plurimosq; populos ab his regibus belli gratia euocatos: tn̄ nequaq̄ tātus ille exercitus erat

quantus hic est. Intuens deinde Priamus Vlyssem. Indica mihi, inquit, iterum dulcissima filia. Quis ille est, Agamemnone quidē statura minus procera, sed pectore humerisq; latioribus, qui armis humi depositis, ut uillosus ille dux gregis (nam ei similis mihi uidetur) copiosusq;, candidas oues, sic ipse cateruas obambulat. Ad quē Iouis filia Helena respondens. Ille, inquit, est Laertiades Vlysses, q̄q̄ in Ithaca montana quadam educatus, uir tamen ad oēs dolos, & ad omne consilium uel excogitandū, uel explicandum prudentissimus, ac mirus artifex. Tum maturus Antenor, ita res habent inquit mulier, ut locuta es. Etenim eo tempore, quo Vlysses te repetitum huc cum Menelao uenisset, ambos ego hospitio accepi, amiceq; tractaui. Ita utriusq; & corporis dignitatē & animi consiliū & loquendi qualitatē adnotaui. Cum erant ambo in Troianorum frequentia cōmixti, celsioribus humeris Menelaus eminebat, At cum sedebant, uenerabiliori Vlysses aspectu uidebatur. Vbi uero tempus affuit exponendæ in cōtione legatiōis, Menelaus celeri quidē & breui oratione (erat enī natura breuiloquus) usus est, sed ualde suaui, & in qua licet Vlysse minor natu esset, nihil reprehenderes. At postq̄ Vlyssis partes loquendi fuerunt, stetit aliquādiu oculis in terrā defixis immoto sceptro, uerecundo hoī atq; imperito similis, Dixisses eum iratū quendā ac dementē. At post orationē illam uerborū, tanq̄ hybernarū niuium, quā increbrescentē magna uoce ædidit, intellexi cū illo neminem, ne

Menelai & Vlyssis oratio qualis

Vlyssis oratio qualis

nem, ne

nem, neq; posse eloquio, neq; audere contendere, quo minus aspectum eius admirabatur, Ita sumus admirati eloquentiam. Priamus autẽ tertio cum Aiacẽ conspicatus esset, interrogat Helenam. Et ille alius quisnam Græcorũ est, super oẽs capite extans, omnesq; latitudine humerorũ superans? Cui Helena: Hic, inquit, est Aiax maximus, magnus Achiuorum murus. Qui uero ad latus eius stat, is est Idomeneus, quem Cretenses ut deum habent, quẽq; cæteri eiusdẽ insulæ principes sequuntur. Hunc frequenter Menelaus Creta profectum in domũ nostram hospicio excepit. Sed cũ omnes alios Græcorum principes recognoscamus, quos uel nominatim queã recensere, duos tamen desidero tantũ, Castorẽ equorum domitorẽ, & Pollucem strenuũ cæstibus, germanos meos. Eos arbitror aut nõ profectos huc esse cũ cæteris: aut si huc uenerunt, Lacedæmona reuertisse, ne in re militari diutius uersarentur, erubescentes tantum dedecus, tantamq; ignominiã, in qua ego sum posita. Et Helena quidẽ sic loquebatur. Illi autẽ procul ab eo loco erãt in patria Lacedæmone sepulti. Dum hi apud Priamũ sermones haberentur: interim præcones in urbem iam uenerant, & quæ ad feriendum fœdus iussi erant ferre, iam sumpserant, duos agnos, ac uinum, quod caprino utre portabant. Quorum Idæus auream pateram, aureosq; calices gestans, Priamum adijt, defertque mandata his uerbis. Surge rex, & ueni festinus in campum, ubi principes Troianorum atque Græ-

corum, iusso me uenire accitum te, expectant, ut inter eos, sed nō sine te, fœdera facta feriantur. Pepigerūt enī, ut Alexāder ac Menelaus in medio utriusq; exercitus decernant ferro, utri eorū (qui uicerit) Helena uxor cum oī gaza addicatur. Cæteri autem percusso fœdere pacificati, nos Troiā incolamus, illi in Græciā reuertantur. His auditis, senex perturbatus sane aio, iussit comites iungere sibi currum, quo ueheretur ubi expectabatur. Eo cōfestim iuncto & regaliter strato, conscendit, habenasq; cepit. Cui Antenor in currum & ipse ascendēs comitē se præstitit, amboq; porta Scæa egressi, in campū, ubi uterq; exercitus erat, perueniunt. Ibi à uehiculo descendentes, in medium suorū atq; hostiū iuncti procedunt. Tunc Agamemnon atq; Vlysses, conspectis senibus, ipsi quoq; prodeunt: simulq; præcones pro more ornati, illatis quæ ad feriendū fœdus pertinent, adsunt. Principio uinū pateræ, postea aquā singulorum regū manibus infundunt. Hic Agamemnon educto cultro, qui ad uaginā ensis (ut mos est) insertus erat, è uertice utriusq; agni pilos desecuit, qbus p præcones inter maximos quosque Græcorum, Troianorūq; distributis, ipse supinas in cœlum manus tollens, in hunc modū, exaudientibus cunctis, precationū ac fœderis uerba concepit. Iuppiter pater, qui huic loco ob montē idæum præsides, cuius principatus præ cæteris plus dignatiōis ac iuris habet. Et tu Sol, qui uniuersa & uides & audis: uosq; flumina et tu Terra, ac uos inferi, qui post mortem fœ

Fœdus feritur.

tem fœdifragos hoies supplicio afficitis, testes inuoco horum fœderũ, oroq́;, ut ipsa uelitis esse sancta. Si Alexander Menelaũ in hodierno certamine uita priuauerit, ipsius sit cuncta cũ gaza Helena uxor, nosq́; ad penates nostros cũ classe redeamus: sin Menelaus Alexandrũ, reddãt Troiani Helenam cũ ipsa gaza: simulq́; remunerẽtur Græcos honorifico præmio, quale cõgruens esse iudicetur, quod in posteros etiam nostros transferatur. Quod præmium si donare nobis occiso Alexandro Priamus eiusq́; filij noluerint, iterum & eosdẽ deos testor, me in ultionẽ rupti fœderis perstiturũ: nec ante finẽ belli facturũ, q̃ aut à nobis aut ab illis fuerit debellatũ. His dictis agnũ agnãque iugulauit, atq; ita sanguinantes exanimesq́; humi deposuit. Alij mixtũ pateræ uinũ delibantes effuderunt, ac numinibus uota fecerunt. Eorũ erat, qui in cœlũ intuẽs ita precaretur. Iuppiter deorũ rex, oĩmq́; potẽtissime, reliquiq́; Cœlites, uelitis, ut per utros steterit, quo minus hæc fœdera sint rata. sicut uinũ in terram defluit. sic suorũ liberorũ. sic eorũ uxores conspiciantur. Ita ille orabat. Iuppiter tamen ad has preces nõ propicias, sed surdas aures habebat. Post hæc Priamus aduersus cœtũ, Audite me inquit Troiani, & Achiui, Eniuero nõ sustinent oculi dulcissimũ filium cũ Menelao inspectare depugnantẽ. Ideoq; ne intersim, hinc in urbẽ redeo, ipse quidẽ Iuppiter, aliĳq; Dĳ cognitum habent, uter sit neci destinatus. Atq; his dictis, impositisq́; uehiculo agnis, ascendit, habe-

 nasq́; ce-

nasq́; cepit. Antenor in uehiculum & ipse conscendens, se illi comitē præstitit. Quibus in urbē redeuntibus, Hector ante oīa atq; Vlysses idoneum pugnæ præfiniūt locū, Tum in galeā sortes, cui primus ictus deberetur, demittunt. Exercitus uero, q ad spectaculū aderant, solliciti euentorū, sublatis in altum manibus uota faciebāt. Quorū nonnulli tā ex his q̄ ex illis ita obsecrabant. Iuppiter pater, q Idæis montibus præsides, idemq́; deorū & dignatione & potētia maxime. uter horū autor & causa extitit tantarū utriq; gēti calamitatū, hunc uelis in hodierna pugna priuatū uita ad inferos præcipitē agi, nobis uero cæteris inuiolata fœdera seruari, fidāq́; amicitiā fieri: Hæc illi. Hector uero auerso uultu, galeā in qua sortes inerāt, quatiebat, neq; id diu, nam confestim sors Paridis qui prior lanceā iacularetur exiliјt. Tunc oēs eo ubi con stiterant loco, iuxta equos atq; arma, longo ordine re sederūt, Et Alexander sibi primū fidas ocreas, argentoq́; distinctas induit, Secundo loco thoracem, non suum, sed Lycaonis fratris, pectori tamen suo congruentem. Tum argenteis distinctum punctis gladiū à collo suspendit, Dehinc humeris scutum aptat, & ingens & ualidum. Tum galeam capiti imponit terribili ex echini setis crista, & ad motum ipsum quasi minanti. Postremo præfixum lucido spiculo pilum sumit, ualidumq́;, sed quo tamen in pugna commode uti posset, Menelaus diuersa ex parte simili armatura instruebatur, Qui postquam armati in de-

lectam certamini aream, hinc Troianis, hinc Graijs cingentibus, processerũt: atq; infestis armis, infestisq; passibus, ac trucibus oculis simul & animis alter in alterũ uadere cœperunt, magnus oĩbus, q spectaculo circũsidebant, pauor incessit. Illi uero propiores effecti, ad mediũ ipsum areæ tendentes, pila quatiũt, quo certiore manu in alterũ, ac ualidiore contorqueant. Et Alexander, cuius priores erant partes, prior uibrato in Menelaum telo, scutum illius ferit. Ad quẽ ictum magis spiculum replicatum est, q̃ chalybẽ, quo scutum uestiebatur, transigere quiuerit. Tum suo loco Menelaus in telum assurgens, hoc modo comprecatur. Da quæso Iuppiter rex, ut hic, qui mihi tanta immerito mala inuexit, meritas pœnas luat: & luat meis manibus uictus, meoq; confossus ferro: ut & qui nunc sunt, & omnis posteritas cum hæc audierit, hospitia ubi amice accipiuntur, polluere uereantur. Hæc dicens libratam aliquãdiu lanceam in Alexandrum emittit, quæ in medium illata scutum, non modo per illius chalybem, corium, lignumq; adacta est, uerum etiam per thoracem, & intimam usq; ad uestem, perforatura quoque ipsum pectus, nisi in latus hic obliquanti deflexisset, Ea missa & infixa, statim Menelaus educto ex argentata uagina ense, reductoque in altum, irruens cassidem Alexandri percussit, ita uehementer, ut in multa frusta dissiliẽs fugeret manum. Quod Menelaus cernens, ingemuit grauiter, suspiciensq; in cœlum: O Iuppiter pater

inquit, profecto te deorum est nemo malignior. Ego *cum te precarer, spem concipiebã* Alexandrum *meis manibus pœnas sceleratæ iniuriæ daturum:* Nunc *& gladius ad primum ictum diffractus est, & lancea in cassum excussa, cum nequaq̃ illius membra perstrinxe rim.* His Iouem *incusans, in casside hostis cristasq; inuadit, apprehensumq; ad socios trahere conatur, & pertraxisset, uictoriæ cõpos & gloriæ, eo quidẽ facilius, quod dũ ille per galeam traheretur, strangulabatur mollis iugulus catenoso loro, quo subter mentum galea ad fibulam substringitur, nisi subito* Iouis *filia* Venus *re animaduersa, lorũ dirupisset: ut uictor pro homine, uacua tantum casside potiretur.* Quod *& factum est.* Nãq; *dum abreptã illam conuersus ad suos recipiendam proijcit, ut receperũt festini & auidi, dum hastam colligit, dum reuerti in hostẽ parat,* Venus *utpote dea circũtectum aurea nebula* Alexandrũ *à pugna atq; ab oculis hoĩm eripuit, & in splendido auroque thalamo, ubi lectus genialis regaliter stratus erat, collocauit: atq; eo illic relicto, ad accersendã* Helenam *prodijt.* Eam *autẽ in editissima turri repperit inter ingentem frequentiam fœminarum.* Ad *quam accedens, uestem leniter, ut secum pergeret, manu traxit.* Desumpserat *autem sibi imaginem* Chreæ, *quæ* Helenam *è* Lacedæmone *secuta erat, grandis natu fœmina, lanificijq; doctissima, ac præter cæteras dominæ intima. Atque ita tenens uestem, agedum inquit, redi domum, ubi expectans* Ale-

Venus Alexandrum liberat.

xander uocari te iubet. Est enim in cubiculo iuxta le- ctum genialē fulgentē stragula ueste, optimisq; odo- ribus fragrantē, pulchrior ipse atq; radiantior, uel oris ac totius corporis decore, uel uestiū. Credas eum nō pugnasse cū Menelao, sed aut in choream iturum esse, aut à chorea modo cessasse, adhuc saltandi cupidū Hæc Venus. *Quæ audiens* Helena *apud se, at ubi tā suauē colli amœnitatē, tam amabilem pectoris gratiā tam insuetū oculorū fulgorē animaduertit, expauefa cta ait: Dæmonia, quid istis captas fallere me uerbis? Nunquid iterū abducere me procul uis in exteras ur bes, ac locupletes, aut in* Phrygiam, *aut in* Meoniam, *aut quo alio, ubi principē familiarem aliquē tibi ha- bes? Quoniam uicto* Paride Menelaus *me miseram est reportaturus ad lares, ideo tu, ideo falsa sub ima- gine uenisti, ut me deciperes ob tuam nimiam in* Pa- *ridem beneuolentiam:* Eo *dum illi ades, dū illi studes, dum pro illo satagis, dū illum obseruas atq; custodis, deorū commercium reliquisti, nec ad eos reuersura es amplius.* Adeo, *quantū suspicor, aut uxor eius effi cieris, aut ancilla.* Ego *quod ad me attinet, ire ad illū prorsus nolo, nec unq̄ in contuberniū eius redire cer tum est. Quid ni enim, si hoc faciam, digna sim, quam oēs uituperent?* Et *sane posthac uniuersæ me* Troia- *næ execrarentur, ac maledictis oībus & opprobrijs lacerarent, quæ ego cum audirē, nimio mecum dolore consumerer,* Tunc *irata in eam* Venus: Noli *me, inqt infœlix, noli irritare, & abs te alienare: nam si pergis*

tam me inimicam senties, quàm sensisti amicam, tantumq; Troianis pariter ac Græcis in te excitabo odium, ut teterrima pereas morte. Ad hanc orationē exterrita Helena, *uelato ueste capite, tacite à cœtu mulierum (Dæmonem enim sequebatur ducem) digressa est, & ad nitentē* Paridis *domum concessit.* Eo *ubi* ꝑ*uenit, ancillæ statim ad locum, opusq; quod reliquerant, redeunt,* Ipsa *cū dea in thalamum auratis laquearibus fulgentem euntes, ad* Paridem *intrant.* Vbi Venus *posita ante illum sella,* Helenam *iussit in ea sedere.* In *qua ubi resedit mulier, oculos à uultu* Alexādri *obliquans, loqui sic orsa est:* Rediisti *ne à pugna, ubi te interfectum iri sciebas nisi fugisses, iam superatus iam captus, à ualido hoste quondam meo marito? Atq; gloriari solebas, te Menelao antestare, tum uiribus corporis, tum dimicandi scientia.* I *nunc, & prouoca illum ad singulare certamen.* Quod *si me audies, Menelaum stulte prouocare desines, qui & illi in bello occurrere, ne forte si te compererit, pilo suo, gladioq; confodiat.* Cui *respondens* Paris: Noli, *inquit, quæso mulier tam molestis me incessere conuitijs.* Equidē *fateor nunc uicisse Menelaum Mineruæ beneficio, ego uicissim alias (nam & Dij mihi adsunt) illum ipse superabo.* Nunc *quod reliquum est, rei coniugali operam demus: nam ita in te nunc amoris ardor me tenet ut nunq̄ tenuerit uehementius, ne tunc quidē, cum ex Lacedæmone te rapui, impositaq; in nauē, & in arduam insulam ducta, tecum primum concubui.* Hæc *cum*

dixisset

dixiſſet, in ſtratum Regiæ genialem anteceſſit, eumq́ Helena ſecuta eſt. Quibus ita in apparatiſſimo cubili cum oblectatione cubantibus, Menelaus interea inſtar rabidæ feræ huc illucq́ uadebat, ſicubi Paridem adipiſcatur: neq́ erat ex Teucris ſocijsq́ Teucrorum quiſpiam, qui uiſum a ſe cum quæreretur, illi poſſet oſtendere, aut ubi foret indicare, neq́ enim fuiſſet diſſimulare auſus, uel propter fœderum religionem, uel quia a ſe in unum omnes mortem reijcere uolebant. Ad quos dehinc inquit Agamemnon: Audite Troes Dardanijq́, & qui iſtis auxilio ueniſtis: Victoria huius certaminis, ut agnoſcitis, penes Menelaum eſt, ueſtrum ergo nunc erit Helenam cum omni gaza exhibere, noſque remunerari honorifico premio, quale congruens eſſe iudicetur, quod in noſtros etiam poſteros transferatur. Hæc Agamemnon. Cuius orationem cæteri Græci maxima cum aſſenſione exceperunt.

Finis Libri Tertij.

¶ Auſonij poetæ, in Quartũ Homeri Iliados librũ Argumentum.

IVppiter interea cum dijs genitalibus vna
Concilium cogit ſuperum, de rebus achiuis.

¶ Ioui placet delere Troiam, ad quod pertinacia Iunonis vrgetur, cumq́ id fieri Minerua properaret diſſidium fœderis comminiſcitur, & Pandarum ſagittandi peritum aſtu ſuadentis aggreditur, vt clam vulnerato Menelao, belli cauſa crudeſcat, quo facto a Græcis prælium inſtauratur, congreſſiſq́ exercitibus mutua clade decernitur.

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Quartus.

INterea Dij Deæq; frequentes aureo in pauimento Ioui assidebant, in ipsos exercitus urbemq; Troianam intuentes, Quibus Hebe cum aureis poculis nectar pro suo ministerio miscebat. Illi sumpta pocula, gradatim sibi propinabant. Tunc Iuppiter p causam consultandi cum dijs nonnihil de Iunone iocatus est. Quam ut ad iram acueret atq; eliceret, obliqua ac faceta oratione perstringens, in hoc inquit singulari certamine Dij cœlites, duæ deæ sunt, quæ Menelao student: una quæ Paridi. Illæ quidē: Iuno & Minerua, quæ ut uidetis, nōnihil à cœtu nostro semotæ sedent, plenæ gaudij ex ipso rei gestæ spectaculo. Hæc autē Venus, quæ nunc abest, semp sollicita pro Paride quemq; nūc ab impendenti mortis periculo eripuit Etenim sine dubio penes Menelaū uictoria est. Nos tamē consultare decet, quidnā hoc loco faciendū putemus, utrū hos populos in atrox bellū, an in placidā concordiam dimittamus. Quod si in concordiam, nimirū res grata oībus iocundáq; continget. Et Menelaus recipiet Helenam suam, Troia uero à discrimine euersionis liberata, suisq; ciuibus frequens, perpetuo incolumis erit. Hæc Iupiter. Iuno autē ac Minerua, ut erant unà sedētes, ad hæc dicta tacito murmure subsannarūt (male enī Troianis cogitabant) Et Minerua quidē, q̄q̄ uehemētissima tum in patrē ira, tum

Iuppiter Dijs.

decepti

decepti uoti mœstitia angeretur, tamen se intra silentiũ tenuit, At Iuno erumpentẽ doloris impetũ compescere nõ sustinens: O seuerissime inquit Iupiter, qualẽ tu locutus es orationẽ? scilicet inefficaces inanesq; iubes esse labores, sudores, erumnas meas? quibus me & equos meos defatigaui huc illucq; discurrẽs, dum Græcos in arma sollicito, dũ mare intrare hortor, dũ ad Troiam perduco, quid petens? quo tendens? Nẽpe, ut Priamus cũ suis liberis ac ciuibus postrema pateretur, Nunc tu hæc oĩa irrita fieri uis. Verũ age, age ut libet, nõ tamẽ nos cæteri Dij isti tuæ sententiæ assentiemur, tuumq; mutabimus factum. Cui Iupiter ab alto pectore suspirijs ductis, Dæmonia, inquit, quid tibi tantũ Priamus mali fecit? quid eius filij? quid reliqui ciues? ut ita inexpiabili in eos odio debaccheris, ut ipsos oĩno destructos uelis, ut tã insignẽ urbẽ ab imo euersam cernere cupias? Equidẽ opinor, si liceret, in ipsam Priami domũ, deinde filiorũ ac ciuiũ rabida intrares, eosq; uiuẽtes adhuc dentibus lacerares, ac manderes, atque hac demũ medicina animi tui uulnus sauciatum iri existimares. Sed quid interest? facito ut uoluntas fert, nullũ per me passura impedimentũ. Certũ est enim mihi nequaq̃ in posterũ aduersari tibi, ut neq; tu à me propter hanc rẽ obiurgationis aliqd audias, neq; ego abs te. Cæterũ hoc quod dicam, reponas imis sensibus, & memori teneas mente. Cum & mibi quoq; infenso alicui dilectarũ tibi urbiũ, libuerit illã euertere, nihil esse ut iram meam reuocare tentes, aut

Iunonis cũ Ioue altercatio.

differre

differre. Obsequar enim animo meo, non precibus tuis: nam istud, quod tibi gratificor, sed nō libenter. Oīm qui sub sole ac stellifero cœlo sunt, urbium quidē insignis Troia. ciuitatum uero sapiens Priamus cū populo suo, præcipue mihi est cordi. Apud quos ad aram meam perpetuis adoletur odoribus, sacrificijs, libamētis. Ad hunc Iuno respondens: Tres inquit urbes sunt maxime mihi cordi, Argos, Sparte, & Mycenæ: Has tu cū infenso libuerit, non dico unamquamlibet, sed unamquamq; per me licet euertas: neq; ego tibi, quominus id facias, aut opera, aut uerbo reluctabor: q̄q̄ si reluctari conarer, nihil proficiam aduersus te, qui es & me & cæteris Dijs robustior. Verum enimuero indignū sit, ut tantam ego operam frustra consumpserim, quippe quæ, ut tu Deus, & ipsa Dea sum, eisdemq; genita parentibus, & quidē natu grandior, Postremo etiam uxor tua, qui sup uniuersos Deos imperiū obtines. Itaq; par est, uterq; inuicem gratificemur, ego tibi, & tu mihi, cæteris Dijs factū nostrū cōprobaturis, iube q̄ primū Pallada ad exercitus ire Græcorum ac Troianorū, introductur ā Troianos ad uiolanda fœdera, quæ cū Græcis sanctissime percusserūt. Hæc Iuno Quibus pater Deum atq; hoīm Iuppiter non abnuēs, Pallada sic allocutus est: Ito statim Pallas ad exercitum Græcorū ac Troianorum, inducitoq; Troianos ad uiolanda fœdera, quæ cū Græcis sanctissime percusserunt. Pallas uero iamdudū sua sponte ad hoc ꝑpensa, huiusmodi uerbis animosior facta, se protinus

ab Olym

ab Olympo demisit in terram. Et sicut Iupiter supne uibrato sidere cũ multa scintillanti face solet pectora nautarum exercituumq; terrere, futuri alicuius mali præsagio: sic ipsa eiusdem sideris specie in se suscepta, & cursum imitata, cũ in medium delapsa est, utrumq; exercitũ huius spectaculi pauore pcussit, inter quos fuerunt, qui tam ex his q̃ ex illis ad socios cõuersi dicerent, profecto Iupiter belli pacisq; arbiter, hoc portento significat, aut durũ asperũq; inter nos præliũ, aut concordiã, & pacificationẽ fore, atq; illi ita dicebant: Pallas uero iterũ transfigurata in formã strenui Laodoci Antenoris filij, intulit se in acies Troianorũ, perq; eas incedens, circuibat oculis, sicubi insignem Pandarũ inuenire posset: quẽ ubi uidit, inuenitq; inter suorũ militum cateruas stantẽ, propius accedẽs ita affata est: Pandare uir fortis ac strennue, si quam mihi consulenti fidẽ habendam putas, nunc profecto tibi opus est animo, ut in Menelaum sagittam immittas, consecuturus hoc pacto ab omnibus Troianis summam & gratiam, & gloriã, præcipueq; ab rege Alexandro, a quo etiam augeberis mirificis donis, si Menelaum tuo telo uiderit interceptum. Age igitur inuocato prius Apolline deo, & sagittandi peritissimo & tibi amico, nuncupatisq; illis uotis, si domũ redieris, sacrificiũ te sibi ex primigenis agnis esse facturũ, Menelaũ confodito. Hæc Pallas. Quibus stultus ille persuasus, arcum protinus ex coritho eduxit. Erat autem hic arcus mira arte uisendus, ex cornibus ibicis factus

Pallas suadet ruptionẽ fœderũ.

Pandarus fœdus uiolat.

factus, quam è rupe quadam prominenti Pandarus ex insidijs percusso sagitta pectore, praecipitem deiecit, eiusq; cornua ex octonis utrinq; ramis, ad fabrũ arcuariũ contulit, iussitq; arcũ ex illis q̃ optimũ & q̃ pulcherrimũ fieri, adiectis ex auro cuspidibus. Hũc igitur arcũ Pandarus eductum, recuruato osse cõtendit, humiq; deponit. Tum iussis socijs scuta opponere, ne forte praeuisa re Graeci prius excitato tumultu cõsurgerent, q̃ ipse ictum misisset, depromit sagittas è pharetra, ex hisq; unã elegit nunq̃ antea emissam, & inter oẽs pennis, hastili, ferro maxime habilẽ, & ad mortiferũ uulnus aptissimam. Quam ubi neruo imposuit, adaptauitq;, uota concepit, si domũ redierit, sacrificiũ se Apollini ex primigenis agnis esse facturum. Finita prece, prehensum (ut fit) cũ sagitta neruũ retro trahens, quasi orbe facto (nam neruus papillae, ferrũ uero arcui uicinum erat) neruũ sagittamq; dimisit, sibilante arcu, sed apertius sibilante neruo. Itaq; expulsa arcu sagitta, uolucri auras uolatu percurrens, Menelaũ petit, plagã inferre atq; exitiũ cupiens. Sed nõ immemores tui Menelae Dij fuerunt, ut te intercipi illo sinerẽt ictu, praecipueq; Pallas, quae a te ita prope aberat, ut mater ab infante suo, quẽ grato sopore perfusum ab improbo muscarũ incursu dextrae uentilatiõe defendit. Itaq; uenientẽ ictũ in eam corporis partem detorsit, ubi aurea fibula zonae committebatur, & ubi thorax uẽtri insidebat. Eo sagitta plata; primum per ipsum fibulae aurũ, deinde p thoracẽ, postremo per laminam,

minā, quæ fidele cōtra mißilia tutamen est, et maximæ tutelæ fuit tunc, adacta, nonnihil pstrinxit è corpore, statimq; ater cruor è uulnere profluxit. Ita quales habenæ sunt, quas inducto sup ebore albentes Meoniæ mulieres atq; cariæ rubrica tingunt, easq; in thalamo reponūt multis quidē equitibus cōcupitas, soli tamen regali currui destinatas, unde & equi regij ornentur, & eorū agitator glorietur: talia tua erant Menelae crura, calces sanguine cādorē formosorū artuū distinguēte: at ubi atrum cruorē foras emanantē Agamemnon Menelausq; inspexerūt, uterq; uehemēter expauit, multo tamē uehemētius Agamēnon, cū neruū extra uulnus & aculei tantū extremas pinnulas uidit extare. Tunc apprehensa Menelai manu, profundo gemitu suspirans, quē gemitū socij pariter suspirijs exceperunt, ita eū alloquebatur: Ergo ne charissime frater singulare certamen inisti, ut unus inspectantibus Græcorū copijs ista sustineres? Ideo fœdera ego pcussi, ut tu frater p illa occidereris? Ita ne illi, et te confisum iureiurando uulnerarunt, et fœdera tā solēniter icta cōculcarunt? Profecto nō erit ipsis impune, & nos iureiurando confisos decepisse, & Deos contēpsisse: nā & si nō protinus de sontibus suppliciū sumat Cœlestis, tamē posterius sumit, & quidem multo acerbius. Dabunt itaq; pœnas fœdifragi Troiani suis uxorumq;, ac liberorum capitibus: nam mihi pro comperto est, quod aderit dies, quando insignis Troia cum Priamo atq; omni populo excindetur. Si quidē Iupiter

ab alto facta hominum æstimans, ob hanc perfidiam indignatus ipse de Troianis suppliciū sumet, neq; hoc quo minus futurū sit, ullo pacto reuocari potest. Verū ut hæc ita sint, tamen (me infelicē) hunc tantum dolorem capere non possum. Si tu mihi Menelae frater subita morte eripieris, priuabor ego te frater suauissime, priuabor & gloria, redibo Argos sine te, redibo extrema notatus infamia, futurus obprobrio græcis. futurus gaudio Troianis. Oēs enim Græcos proceres, te extincto, capiet reuisendæ patriæ desideriū. Ita qui Helenam a Troianis recipere, tibiq; restituere cogitauerā, nō modo illā nō recepero. sed te quoq; Troianis, decepta expectatione, reliquero: Iacebis ergo nobis hinc profectis, in hac hostili terra humatus, ad cuius tumulū uenientibus nonnunq̄ supbissimis Troianis, cōsistentibusq;, erit q dicat. Vtinā in cæteris oībus ardētis animi conatibus ita cōpos uoti sit Agamēnon & auiditati suæ satisfaciat, ut nūc fecit, q re infecta frustraq; labore exhausto, cū tanta Graiorum classe, quā huc portauerat, domū rediit, inclyto Menelao fratre hic relicto. Hæc ille cū dicet, tūc optarim ima terra ad inferos me conditura dehisceret. Ad quem respondens Menelaus inquit: Et tu bono aīo esto Agamemnon, nec populos ista oratione pterrefacias, neq; enim lætaliter telū penetrauit in corpus, obstante fideli baltheo, thorace, lamina, quæ mihi saluti fuerunt. Vtinam istud sit, respondit Agamemnon, qd ais frater charissime: namq; si ita est, medicus tentato exploratoq;

ratoq́ꝫ uulnere, pharmaca adhibebit, qbus dolores acerbi mitigentur. His dictis fidum sibi præconem Taltbybium iussit Machaonem, diui Æsculapij filiũ accersere, his uerbis: Taltbybi, q̃ primum huc siste Machaonẽ principẽ, ut Menelaũ sagitta ictũ inspiciat. Hoc enĩ ei uulnus, siue Tros, siue Lycius sagittãdi scientissimus infixit, adeptus sibi insignẽ gloriã, nobis uero ingentẽ luctũ relinquẽs. Cuius dicto Taltbybius audiẽs abijt, circũferensq́ꝫ oculos, sicubi, quẽ quærebat, agnosceret, Machaonẽ aspexit inter suas copias stantem, quas ex Thrace adduxerat, fortiũ militũ, eorumq́ꝫ scutatorũ. Ad hũc proxime accedẽs Taltbybius: Veni, inquit, accersit te Agamẽnon, inspecturum Menelai principis uulnus, qđ ei quidã siue Tros siue Lycius sagittãdi scientissimus infixit, adeptus sibi insignẽ gloriã, nobis uero ingentẽ luctũ relinquẽs. Hæc Taltbybius. Quibus auditis mirũ in modũ Machaon pturbatus est, repenteq́ꝫ unà cũ nuncio per medias acies illuc ubi Menelaus constiterat, ueniunt: Reperiunt autem illum stantẽ in medio multorum, & iam maxima cuiusq́ꝫ procerum corona circundatũ. Hic protinus Machaon primũ ex baltheo sagittæ hastile eximit: Deinde ferreas pinnulas amputat, tũ zonam laminasq́ꝫ dissoluit: Dehinc uulnus q̃ alte descẽderit, explorat: Postremo expreßo plaga sanguine, medicamẽta ad leniendũ dolorem, curandumq́ꝫ uulnus apposuit, miro artificio composita, quæ ipse à patre, ille uero à Chirone didicerat. Dum hæc apud Menelaũ geruntur, Tro

Machaon medicus

tani interim arma ceperant, iamq; in aciẽ instructi p cedebant, & ex aduerso Græci arma sibi induebãt, certamẽ aïo uersantes. Ibi uideres Agamemnonẽ nõ dormitantẽ, nõ aïo territũ, ferentemq; moleste, quod res ad manũ uocaretur, sed properantẽ, ut inita pugna ipse dimicaret. Igitur curru, cataphratto, equisq; omissis cũ Eurymedonte auriga Ptolemei Piradæ filio, iusso q; illo etiã atq; etiã, ut sibi postq̃ copias instruxisset fesso cũ curru præsto esset. Ipse pedibus incedẽs, acies ordinabat. Et quos accingere se ad præliũ cernebat ad hos assistẽs, tali eos oratiõe exhortabatur. Agite dũ uiri Argiui, nequaq̃ cesset uestrũ robur, uester impetus, uestra rei militaris peritia, Ioue optimo maxĩo p nobis pugnaturo cõtra fœdifragos, periurosq; Troianos, quorum haud dubie corporibus aues feræq; pascẽtur. Vxores autẽ, paruiq; liberi, urbe direpta, euersáq;, à nobis in Græciam portabuntur. At quos pugnã detrectantes uidebat, hos acerbissimis uerbis increpabat: O Argiui nõis dedecus, indigniq; militia, nõ pudet subducere uos pugnæ? Quasi iam defessi armis hucusq; deportandis, nec ultra procedẽtes, in modum hinnulorũ timidissimi animalis, qui cursu defatigati in medio campi subsistunt, nec in occursum tendunt, sed in se occurrere pmittunt. Nunquid ignaui eousq; expectatis, dum Troiani eo ueniant, ubi naues subductæ occupant littus, ut uideatis, an tunc Iuppiter periclitantibus uobis auxilietur, ab altoq; porrigat manum? Atq; hunc in modũ Agamemnon, hos exhortans, illos

increpans,ad cateruas Cretensium puenit,quæ se iuxta principẽ suum Idomeneũ armabant.Ipse uero Idomeneus,ut ualidis uiribus,suos in prima acie curabat Meriones autem auriga in postremis eos qui longius aberant urgens,ut se armarent,ac duci præsto essent. Quos cũ uidisset Agamemnon,maiorẽ in modum lætatus, placidis illum uerbis affatus est. Idomeneu, tu mihi inter oẽs Græcos præcipuo in honore haberis, quo cum actu,siue domi siue militiæ,quin in ipsis etiã tempestiuis cõuiuijs,aut in populo, cui maximi quique Græcorũ adhibentur, cum cæteris bibere uolentibus semipleni calices,tibi tamen uni,ut mihi,pleniores apponuntur. Agedũ igitur,capesse prælium,& qualem te fore gloriari soles,talẽ te hodie præsta. Ad quem respondens Idomeneus:Ego uero,inquit.summe Agamemnon,quemadmodũ ante pollicebar,hic dies declarabit me tibi amicißimũ esse.Sed tu quin potius alios exhortaris,ut quandoquidem fœdera facta sunt irrita,quamprimum pugnam capessamus, manibusq; nostris Troiani,per quos iusiurandum uiolatum est,mortem atq; omnia extrema patiantur. Sic locuto Idomeneo,Atrides abijt,plenusq; gaudij ambulans, ad phalanges utriusq; Aiacis uenit.Eos autẽ comperit iam armatos,iam galeatos,iam in procinctu stantes,longe eos à tergo peditum agmine sequente, densis scutis, densisq; lanceis, & nigræ nubis speciem præbente, qualem supra mare sonori zephyri impulsu uenientẽ imbribus grauẽ procul à montis uertice conspicatus

pastor, consueuit raptim in specum subducere oues, pro se ac pro grege sollicitus. Hos *ita accinctos ad bellū esse summopere gauisus* Agamēnon, *ita allocutus est:* Enimuero *uos ego inter* Græcorū *principes neq; exhortari ad bellum debeo, neq; exhortor, quippe qui et copias uestras imperio, & alienas exemplo ad præliandū adhortamini.* Quod *utinam tibi pater* Iuppiter *tibiq;* Pallas, *tibiq;* Apollo, *liberet talem animum cæterorum pectoribus infundere, breui profecto nostris manibus expugnata* Troia *deleretur.* Hæc *dicens processit ad alios, uenitq; ubi* Nestor *copias suas & hortabatur, & in aciem instruebat, præpositis suis legioni cuiq; ducibus,* Pelagonte, Alastore, Chromio, Æmone, Biante. Et *currus quidē in fronte: peditū autē optimos quosque, ubi esset robur belli atq; subsidium, in postremis: imbecilliores uero in medio collocauerat* Quibus *quasi utrinq; conclusis, necesse esset, uel nolentibus dimicare.* Equitibus, *quorum primæ partes erant, præcipua præcepta dabat, inquiens:* Primū *mementote milites suos unusquisque moderari equos, ut in loco suo stent, & cum alijs non tumultuentur, ut nullus alteri sit impedimento :* Deinde, *nemo uestrum aut aurigandi peritia, aut uiribus fretus, procedat longius a suis, dimicandi gratia, uicissimq; nemo retrorsum se recipiat.* Sic *enim infirmiores essetis, & magis iniuriæ opportuni.* Postremo, *cum quis uestrum hostilem aggreditur currum, scitote multo satius esse, lancea pugnare quam gladio.* Id *quod illi ueteres factitabāt,*

qui hac

qui hac disciplina, hoc more, hoc animo in bellis usi, multas urbes, multaq; oppida expugnauerunt, atq; in hunc modum senex priscorũ bellorum doctissimus, suos milites ad bellum instruebat: Quem ita agentem Agamemnon cum uideret, gauisus ita allocutus est: Optime senex, si qualis tibi mens, tale & corpus foret, uirtutiq; animi uires responderent. Sed odiosa te senectus iam obruit. Quanto Dij boni satius foret, ut translata in aliũ ista senectute, tu bona illius ætate fruereris, et more iuuenũ posses in medio Marte uersari. Ad quem respondens senior: Et ipse quoq;, inqt, istud uellem Agamemnon, ac maxime optarem, reuerti ad meliorem ætatem, qualis tunc eram, cum Dium Ereuthalionem interemi. Verum quid facias? Non omnia pariter Dij hominibus dare consueuerunt, nec mihi uolunt simul adesse senilem prudentiam, uiresq; iuueniles: Atq; ut tunc iuuenis eram, ualens robore, ita nũc senio cõfectus sum, nihil tamẽ minus sic quoq; inter equites in prælio uersabor modo, instigans: hoc namq; seniorum ducum proprium officium est. Qui post me nati sunt, ac uiribus uigent, hi bella committant, manusq; conferant, sed mea tamẽ uoce gubernentur. Sic Nestor. Quæ audiẽs Agamemnon, impensius gauisus, ad alios duces ire perrexit: Inuenit autẽ Menesteum, unaq; Vlyssem, utrunq; stantẽ, utrunq; cum suis, hunc Cephalenorum, illum Atheniensium copijs, & his & illis ad bella promptissimis. Etenim stabant expectantes, dum aliquæ cohortes Græcorum la-

 cessérent

cessent, & prælium priores inirent. Siquidem non*dum ex alia parte uocẽ pugnæ cõmissæ exaudierant, sed tũ primum excitatas hostium ac sociorũ phalanges moueri uidebant.* Hos *ita stantes, expectantesque* Agamẽnon *intuens, obiurgationibus adortus est.* Et *qd ita utrumq;, te fili* Petei *regis, teq; doli uaframẽtiq; artifex formido corripuit?* Qui *sic semoti estis, q aliorum auxilia expectatis, q donec priores aliqui prælium capessant remoramini? quos potius decebat inter primos in acie uersari, primosq; uenictibus hostibus occurrere.* Et *sane uos primi estis, quos ad solẽne cõuiuiũ uoco, uos prima loca in discumbendo obtinetis, uobis delicatius obsoniũ, uobis nobilius uinũ, et quotiescũq; uultis apponitur.* At *nũc gratũ scio uobis fuerit, si etiã decẽ cohortes aliorũ ante uos pugnã incipiant.* Ad *hũc* Vlysses *toruo intuẽs uultu, qualis inqt* Agamẽnon *ex ore tibi excidit sermo? ut diceres nos segnes esse ad bellũ, nec audere inter primos* Troianis *ex aduerso uenictibus occurrere. sed alios priores expectare?* Spectato *(si tibi uacat, et si istud tibi curæ est)* Thelemachi *patrẽ cũ* Troianis *in prima acie pugnantẽ, et istã uaniloquã orationẽ missam fac.* Tũc Agamẽnon, *cũ indignatũ cognouisset, arridẽs, ut cõciliaret, ita affatus est.* Noli *nos ita locutos indignari, nobilissime ac sapiẽtissime* Vlyßes, *neq; eni tantope te obiurgaui, neq; tibi præterq̃ quod aĩus fert iubeo.* Intelligo *tibi consilia non tumultuosa & turbida, sed sedata & quieta eße amica.* Id *quod mihi quoq; maxime placet.*

Tu mo

Tu modo ingredere prælium. Nos *autem, si quid in lo quendo peccauimus, id tibi postea satisfacere curabimus, Dijq; faciant, ut tua in hoc bello uirtus nostrã in te reprehensionẽ superuacuã uanamq; fuisse ostẽdat.* Hæc *dicẽs ad alios profectus est, inueniẽsq; magnanimum* Diomedẽ *cum eius auriga* Sthenelo *Capanei filio, iuncto currui insistentẽ, his uerbis increpuit.* O *facinus, q̃d ita terreris* Tydei *præstantissimi ducis fili?* Quid *ita expectas, ut alij tibi uiã faciant?* Quid *ita à parẽte degeneras?* Neq; *enĩ ille ad hostiũ aduentũ expauescebat, sed primus inter socios semp, & solus se obuiũ ferebat, ut uniuersi ferũt, qui simul cũ illo militauerũt.* Nam *ego hoĩem neq; notum habui, neq; uidi unq̃: licet* Mycenas *sine armis uenerit, hospitioq; familiariter receptus unà cum dio* Polynice, Venerant *nãq; petitum auxilia ad bellũ, quod ad* Thebas *eo tẽpore habebant, obtinuissentq; auxilia quæ tantopere orabant, ut iã decretũ erat: ni* Iuppiter *sinistris ominibus* Mycenæos *deterruisset,* Atq; *cũ* Mycenis Tydeus *moraretur, fama est neminẽ illi uiribus corporis potuisse æquari.* At *postq̃ rediens ad fluenta* Asopi *uenit, cæteri eũ* Græci *ad* Eteoclẽ *pro legato miserũt* Ad *quẽ cum iuisset, ingressusq;* Regiã, *cõplures illic ciues cõperisset (forte cũ* Eteocle *in cõuiuio erant) nõ timuit, & hostis, & solus* Thebanos *oẽs ad quodlibet certaminis genus prouocare.* Atq; *ut animose prouocauit, ita oẽs (sic illi* Pallas *propicia erat) strẽnue uicit.* Quamobrẽ Thebani *dolore indignatiõis accensi, reuersu*

ſi, reuerſuro inſidias tetenderunt: collatis ad opportunum locũ, quà Tydeus tranſiturus erat, quinquaginta iuuenibus cũ duobus ducibus Deorũ *immortalium robore ſimilibus,* Mæone *Æmõis,* & Lycophonte Au*tophoni filio*. Eos Tydeus *oẽs ad ipſum locũ occurrentes ſtrauit, occiditq́ꝫ, fretus* Deorũ *quæ ſibi miniſtrabantur augurijs:* Vnũ *tantum* Mæonẽ *cum triſti nuncio redire permiſit, immo iuſſit.* Et *talis fuit* Tydeus. *At eius filius, in concione quidẽ eſt patre præſtantior, in bello autẽ multo inferior.* Hæc Agamemnon, Cui Diomedes *nihil oĩno reſpondit, nõ auſus talem uenerandi regis refellere orationẽ.* Ibi Sthenelus *sociũ tacere uidens,* Noli *inquit* Agamẽnon, *cũ ſcias quid uerũ ſit, aliter loqui ac ſentis,* Nõ *me fallit, nos ut ſumus hic uideri præſtantiores noſtris parẽtibus, teſte mea conſcientia. Loquar equidem.* Si *in illo nos bello fuiſſemus, ſacros* Thebarum *muros, uel cũ minore exercitu euertiſſemus: dũmodo nobis nec* Deorũ *auguria, nec* Iouis *beniuolentia defuiſſet.* Sed *illi per nimiã pugnandi temeritatẽ occiderunt.* Quamobrem *caue ne eandẽ parentibus noſtris laudem impertias, qualẽ filij meremur.* Ad *hunc* Diomedes *toruo reſpiciens uultu,* Sthenele *uir præclariſſime, quin taces inquit?* Noli *in iſtã ſententiã plura proloqui, ac meo acquieſce ſermoni.* Ego *uero* Agamemnonem *paſtorem populorũ minime culpandũ cenſeo, urgentẽ* Græcos *ad bellum capeſcendũ.* Quippe *quẽ & ſummũ decus ſequitur, ſi uincimus: & extremum dedecus, ſi uincimur.*

Eia

mur. Eia igitur Sthenele, quod ad nos attinet, bellum adeamus: qualesq; simus, rebus, nõ uerbis ostendamus. Atq; hæc dicẽs, ut erat armatus, è curru desilijt. Ad quem saltũ arma horrifico quodam fragore cõcussa strepuerunt, adeo ut etiã præstanti aĩo uirũ conter- ruissent. Igitur crebræ undiq; Græcorũ acies urgen- tibus eas ducibus, in bellũ pugnamq; descendunt, tali specie, qualis undarũ est ad gementia littora, Zephy ro procellente tendentiũ: quæ densæ, aliæq; post alias festinantes, primo per ipsa spaciosissima maris terga tolluntur, mox uasto cũ fremitu harenis illisæ, obstan- tes aggeres transcendere conantur, tenuẽ aspetginẽ altius longiusq; emittẽtes. Et Græcorũ quidẽ præter q̃ ducũ milites adhortantiũ, monentiũ, animantiũ, nul lum clamorẽ, nullam uocẽ exaudires, cum tot tantæq; copiæ essent (uerebantur enĩ suum quæq; imperato- rem) Crederes elingues esse ac mutos. Tantũ immen sam armorũ lucem in illo exercitu uideres. At copias Troianorum infinitis ouiũ gregibus cõparares, quæ intra prædiuitis domini septa cõclusæ, cum à pastori- bus mulgentur, auditis agnorũ uocibus, assiduos bala tus exercent. Talis reddebatur à Troianis, sed disso- nus tum ac multiplex ululatus: tot populis, qui auxi- lio uenerant, sua singulis lingua ac suo more uocife- rantibus. Instigabat autẽ ad pugnam hos Mars, illos Minerua, utrosq; terror, utrosq; timor, utrosq; Perui cacia mortiferi Martis soror, ac socia, quæ primo nõ ita multũ erecta esse solet, nec uehementer assurgere Cõtentiõis descriptio.

mox adeo

mox adeo attollitur, ut uertice ad cœlũ proxime accedat, cum pedibus ingrediatur per humũ. Nãq; auida tam acerbi spectaculi uenerat immissura pectoribus uincendi rabiem: unde labor, gemitus, dolor, uulnera, mortesq; nascuntur. Vbi uero ambæ acies in eundem campũ descenderunt, ac sub iactum teli uenerũt, tunc iacula oĩ conatu in hostes, ac pila coniiciunt. Dehinc scutis sublato simul clamore cõcurrunt, manusq; cõserunt. Hic audiri uoces percutientiũ poterant, & pcussorum: illorũ cum exultatione, horũ cum gemitu. Hic uulnera cerni, sanguisq; per corpora, & per solum fluens, ac fusus. Atq; ut multi torrentes ab altis iugis decurrentes in unũ simul gurgitẽ tanto cũ sonitu cõmiscentur, ut eũ procul ab ædita rupe pastor exaudiat: sic duorũ exercituum & conflictus fiebat, & fragor audiebatur. Primus autẽ Antilochus Thalysiaden Echepolũ fortissime in prima acie dimicantẽ interemit, excussa prius pilo buccula, celsisq; cristis, deinde eodẽ pilo in fronte defixo, & ad intima usq; ossa adacto. Ille ad hũc ictũ, mortis caligine oculis oborta, prius tanq̃ turris in mediũ pugnãtiũ corruit. Cuius collapsi corpus, inter infesta tela, Elephenor Chalcodontis filius, arrepto pede strennue pertrahebat, cupiens q̃primum defuncti hostis spolijs potiri. Verum hæc misero cupiditas maturæ mortis attulit causam, Nãq; inter trahendũ magnanimus Agenor nudatum scuto latus lancea haurit, procũbereq; illic exanimen coegit. Hic tũ super amborũ cadauera cõsurgit, aspera &

ra & uehemens inter utrosq; exercitus pugna, oibus ueluti lupis, in hostes sese ferentibus, & unoquoq; sibi quẽ interimat legẽte. Ibi Aiax *Telamonius* Simoisi*on Anthemionis filiũ cum eo cõgressus occidit, flo rentẽ ætate, & adhuc cœlibẽ,* Quẽq; *ideo* Simoisi*on uocauerãt, quod eũ mater cũ ab* Ida *descẽdẽs peco ra ad parentes reuisenda deduceret, ad ripã* Simoẽtis *peperisset.* Sed *hic miseris parentibus alimenta ac uicem pietatis psoluere nõ potuit, intra tã breue ætatis suæ spatiũ hostili telo interceptus.* Aiax *enĩ obuiã ueni enti, pectus ad dextram papillã ita uehementi ictu percussit, ut lancea per humerũ extaret: & hic nõ ali ter rueret, & quantus erat porrectus iaceret, quã cel sa populus pingui solo adulta, manu ferroq; carpenta rij cæsa ruit, & ingens ad ripam fluminis currilibus rotis destinata prosternitur, atq; illic relicta exarescit.* Quod *uidens* Antiphus Priami *filius, bello stren nuus, in* Aiacẽ *iaculũ cõtorquet, quod nõ ipsum* Aia*cem, sed* Leucũ Vlyßi *fidissimũ comitem perculit.* Is *enĩ inter confertos pugnantes ac socios,* Simoisi*on cũ ingenti strepitu trahebat,* Sed *accepto ictu, mortuum manu remisit, pariter & iuxta procubuit.* Cuius *nece* Vlysses *in furorẽ accensus, ad primos pugnãtes pro cessit: & q̃maxime poterat, collato cũ hostibus pede: librato telo circunspectans, in quẽ illud potißimum torqueret,* Troiani *autẽ, ut in se quisq; dirigi ictũ cer nebant, sese loco subducebãt.* Tamen *licet sparsos* Pa*lantesq; ob metũ uideret, nõ in cassum uibrauit ictum*

percußo

percusso Democoonte notho Priami filio, qui ex Aby do uenerat, ubi equos uelocissimos patris custodiebat Huic Vlysses, ut dolor uires dabat, lanceā per utrūq; tempus exegit, ita ut alterū hasta, alterū spiculo teneretur. Eo ad terram cū uasto armorū sonitu collapso Troianorū primi pugnatores, atq; adeo ipse Hector pedē referre cœperunt. Tum Graij ingenti clamore trahere cadauera, ac spoliare, longius procedere, instare cædentibus, in apertā fugam illos cōpulsuri, nisi Apollo cuncta ē Pergamo prospectans, indigne hanc rem aīo ferens, Troianos ad redintegrandū prælium animasset, exclamās. Inferte gradū Troiani equites, ne cædendū in bello putetis. Neq; enī lapidei sunt aut ferreis membris, ut uestro mucrone cōfodi nequeant, Quin & Achilles Thetidis filius ab hoc prælio abest, sedēs intra tentoriū, in socios Græcos uehementer iratus. Sic Apollo horrēdis uocibus Troianos incitabat, Inuicē Achiuos Pallas adiens, quoscūq; cessare aīaduerterat. Tunc Diori Amaringidæ fatalis hora admota est. Ei nāq; Pirus Imbrasides Thracū princeps ex Æno patria profectus, dextrū crus prope talum molari pcussit, neruosq; utrosq; fregit, atq; ossa contriuit. Rursusq; non contentus illo uulnere, collapsum retro, & manu fugiente iam spiritu ad fidos socios tendentem, accurrens ad umbilicum ferit, statimq; illi perfossa omenta sunt, tenebræ æternæ oculis obductæ, Cæterum in hunc se recipientē, telū dextra Thoantis Ætolij contortum, pectus ei subter pa

pillam

pillam transfixit, atq; in alto pulmone defixum est. Quod illico accedens Thoas è pectore eduxit, & gladio, quem distrinxerat mediũ uentrem amputans, emori illum citius coegit. Non tamen ipsius mortui exuuijs potiri licuit, circum se fundentibus undiq; Thracibus, & in unum tela intendentibus, ut eã à defuncto supremam contumeliã propulsarent. Itaq; Thoas, quãuis magno ut corpore, sic robore, usuq; bellãdi, relinquere inspoliatũ cadauer coactus est. Interea dũ hæc ad hunc locũ geruntur, plurimi quoq; alij & hic & alibi cadebant, Adeoquidẽ, ut horum operam uituperaturus non fuerit, si quis per medium se tulisset nullo eum neq; gladio, neq; telo perstringente, quem manu Pallas ipsa circumdedisset, inuiolabilemq; ab omni telorum incursu præstitißet.

FINIS LIBRI QVARTI.

¶ Ausonij poetæ, in Quintũ Homeri Iliados librum argumentum.

Hic & Tydidem monitum Tritonia Pallas
Audaci virtute replet, vomit aurea flammas
Cassis, & vndantem clypeus defulgurat ignem
Ipse autumnali clarum micat æmulus astro.

¶ Diomedes auxilio Mineruæ strenue præliatur, Venus quoque filio subuenire conata, vulnere affecta digreditur. Mars etiã fit saucius exceditq; bello. Sequitur Thlepolemi Sarpedonisq; congressio. Et Thlepolemus Herculis filius certamine victus, occiditur.

Pallas

ILIADOS HOMERICÆ

Liber Quintus.

PAllas autem, ut præter cæteros Graios bellatores Diomedẽ faceret, tũ in certamine insignẽ, tum ex certamine compotẽ gloriæ: illius aio maiorẽ impetum, corpori maiores uires, armis quoq; maiorẽ splendorẽ dedit. Nã ex galea, ex scuto, ex humeris, igneus splendor emicabat, instar autũnalis stellæ, quæ ex Oceano lota cõsurgẽs sereno cœlo præter cæteras fulget, Huic similẽ Diomedẽ, illoq; animi ac corporis robore præditũ, eo Pallas ĩmisit, ubi plurimus strepebat belli tumultus. Erat autem Diomedes pedester, cui uenienti Phegeus atq; Idæus eodẽ in curru stantes in occursum tendũt, iuuenes in oĩ bellandi genere scientissimi, fratres, Troiano Darete geniti, uiro admodũ locuplete, & optimo Mulciberi sacerdote, Et tendũt ex diuerso alter quidem pedester, alter uero equester. Qui ubi propinqui facti sunt, Phegeus lanceã prior in Diomedẽ cõtorsit quæ supra sinistrũ delata humerũ, sine ictu præteruecta est, quod nõ fecit lancea Diomedis, Nãq; in mediũ adacta Phegei pectus, interq; papillas defixa, iuuenẽ occidit, eũq; ẽ curru præcipitẽ dedit, Quod frater uidẽs uiribus suis diffisus desilijt, relictoq; curru, à fratre fugã cepit: nõ tamen euasurus, nisi Mulciber futuram senis miseratus orbitatẽ, obducta nube fugientem iuuenẽ ab oculis fugantis ademisset. Illo fuga erepto, Dio

pto, Diomedes equos cum curru præhensos socijs tradidit ad naues deducendos, At Troianos, ubi alterum ex Daretis filijs transfossum iacere, alterū ægre fuga liberatū cognouerūt, ingēs formido peruasit, Hic Pallas prehensa Martis manu, ita illum allocuta est. Quid agimus Mars? Mauors cruente, ac sanguinarie. Non sinemus Troianos Græcosq; per se, ac sine nostra ope pugnare, eosq; uincere, utris Iuppiter optimus maximus uictoriā dederit? Nos (mihi crede) à bello supersedeamus, nec Iouis indignationē uelimus incurrere. Hæc cum dixisset, à pugna Martē seducens, apud ripā Scamandri in herboso sedili collocauit, Et Troianis iam oībus in fugā uersis, insequentibusq; Græcis, singuli principum aliquē ex hostibus interficiebant. Quorum primus Agamemnon summus Graiorū princeps Odion Halizonū ducem, ingentis corporis uirū, iaculo inter humeros ultra pectus, infixo, de curru deiecit, cum uasto tū corporis tum armorum fragore. Inclytus autē Idomeneus Phæstū Meonis Bori filiū, ex fertili Tarna profectum, pilo lōgo apud dextrum humerū percussit: ē curruq;, in quem modo ascenderat, ruere moribundū coegit, ac spoliandum Cretensibus suis reliquit. Camandrius uero Menelaum insequentē fugiens tergo iaculum illius accepit, imo & pectore. Namque & pectus transfixum est, Atq;, ut currebat, pronus collabens, ruina corporis atq; armorū immensum sonitum dedit, Qua ruina ac sonitu conterriti equi, resilientes fugam capesse-

runt, relicto domino, quem & spiritus animusq; reliquerant. Filius hic Strophi fuit, uenandi sagittandiq; solertissimus, Quippe ab ipsa Diana institutus, Sed tunc ei neq; peritia sagittandi, qua in percutiendo oī ferarum genere tantopere præstabat: neq; Diana auxilio fuit, quin telo Menelai occideretur. Erat inter fugientes Phereclus quidam illius Harmonidis filius quem præcipuo quodam amore Minerua dilexerat, ideoq; nihil eum fugit, quod fabrili arte effici posset. Is inter alia, quæ fabrefecerat, naues illas Alexādro ædificauit, quæ fuerūt oīm malorum caput: perniciosas atq; mortiferas, ut cæteris Troianis, ita ipsi ædificatori, quia deorum monita non intellexißent. Huius filium Meriones cum fugientem assecutus esset, dextrumq; lumbū telo cōfodisset, adacto inter ossa usq; ad uesicam ferro, in genua cum gemitu procūbit, statimq; obortis ad lumina tenebris extinguitur. Meges aūt Phylides et ipse cū prope accessißet Pedæo, occiput eius pilo hausit, trāsfossa ceruice, ubi fons neruorum est, dentes mento affixos execuit, Quo ex uulnere moriens ille humi procubuit. Fuit autē hic filius Antenoris, nothus quidē, à Theano tñ nouerca, maritalis obsequij gratia, non aliter educatus, q̃ si legitimus, q̃ si unus ex ipsis liberis fuisset. Eurypilus quoq; diū Hypsenora interemit, filiū magnanimi Dolopiōis q erat sacerdos Camādri, in tanto honore habitus, ac si Deus quidā esset. Nam fugientē ab eo assecutus, manum cū toto lacerto ense præcidit: quia humi delapsa

cum mul-

cum multo sanguine, ipse quoq; Hypsenor caliganti-bus dura morte oculis expirauit. Interea cũ hæc apud alios gerũtur, Diomedẽ non dignoscas, utra ex parte, aut cũ quibus, Troianis ne, an Græcis dimicaret, Ita iam in mediũ hostium, mediũq; campi penetrauerat: torrenti fluuio simillimus, q immensis repentinisq; im bribus adauctus, ac præcipiti impetu euolutus, nõ soli tis ripis, nõ aggeribus in tutelã hortorũ agrorũq; ex-tructis, cobiberi põt: sed oĩa tandẽ scindẽs, dissipãsq;, ac põtes ipsos soluẽs, lætas segetes: ac pinguia late a-gricolarũ culta deuastat, Sic Diomedes, q̃uis densas, q̃uis fortes Troianorũ phalãges, nemine resistere susti nẽte, turbabat, Quẽ ubi tã hostilia agentẽ Pandarus, Lycaõis filius aĩaduertit, ꝓtinus in eũ directo arcu as surgentẽ in uulnus ferit, infixa apd thoracis orã in hu mero dextroq; sagitta, & in cõtrariã usq; partẽ ada-cta. Quo uulnere cõspecto, Pãdarus, et late sanguinã te thorace, proclamat. Inferte nũc pedẽ Troiani, nũc ingruite aĩosi equites in hostes Græcos. Quorũ præ-stãtissimus ita meo telo ictus est, ut rear diu incolumẽ esse non posse, si me non frustra Apollo huc uenire ex Lycia iußit. Hæc gloriabũda uoce Pandarus. Diome des aũt magno, sed nõ letali uulnere affectus, relato pede, ad currũ suũ, quẽ nõ ꝓcul Sthenelus ducebat, se se recepit. Ibiq; sistẽs gradũ, ad aurigã suũ inquit, Pro pere quæso amãtissime Sthenele, descẽde de curru, ut hãc euellas, q̃ me cruciat, ex hũero sagittã. quo audito Sthenelus festinãter ẽ curru desilijt: accedensq; ad hu

Diomedes uulneratur

 merum

merum, de uulnere telum euulsit. Tunc ingenti ui sanguinis statim effusa, & per arma affatim defluente, his uerbis Diomedes Pallada obsecrabat. Tritonia magni Iouis filia, si qñ te, aut patri, aut mihi studiosam exhibuisti in bellis, nũc quæso exhibeas, tribuasq;, ut & incolumis sim ex hoc uulnere, & uirũ illum, q me percussit, meis manibus meoq; telo adortus occidã, q gloriabũdus ad suos dixit fore, ut nõ diu iucunda hac solis fruerer luce. Sic orationẽ Pallas exaudiẽs, ad hominẽ accessit, et immisso in illius manus, lacertos, crura, pedes, ac cætera membra, agili robore, sic eũ allocuta est. Bono aio esto Tydides, nec dubites pugnare cũ Teucris. En immisi in tuũ pectus uim illã paternã, qua semp Tydeus in pugna intrepidus fuit. Quin & nubẽ tibi, qua mortales oculi tegũtur, amoui, ut hoies Deosq; discernas, ne forte p errorẽ certares cũ Dijs, pro hoste pugnãtibus. Cũ quibus haudquaq̃ uelim te in bello cõserere manus, una tantũ Venere excepta: q̃ si in pugnã descenderit, ne utiq; dubites eã ferro perstringere. Hæc cũ dixisset Pallas, abscessit. At Diomedes tũ geminatis triplo q̃ antea fuerãt uiribus: tum admonitis deæ factus aiosior, ad primos continuo pugnatores processit, in morẽ leonis, quẽ in agreste ouile insilientẽ pastor clãdestino telo sauciauit, nõ occidit. Eoq; uulnere irritata fera, nõ ausus gregẽ suum tutari, præsertim solitudine loci territus, foribus abdit sese, ac pauidas oues, & præ formidine se condensantes turbãtesq; derelinquit, Leo autẽ custode submoto.

Hoim oculi nube tecti

moto, uictor è stabulo prosilijt. Eodem Diomedes *animo in* Troianos, *& eadē ferocitate inuasit.* Atq; *hic primū interemit duos principes, Astynoum &* Hypi *rona, Illum quidē iaculo subter papillā defixo, hunc autē brachio cū toto humero machæra amputato.* De *inde his relictis, fertur in* Abantē *&* Polyidū, *eosq; obtrūcat, filios* Eurydamātis *interpretis somniorum: q tamen filijs in bellū proficiscētibus, somnia nō est interpretatus.* Post *hos inuadit interimitq; duos fratres* Xanthū *et* Thoona Phænopis *filios, præter quos nec habebat alios pater, nec habiturus erat, extrema cōfectáq; iā ætate,* Quos Diomedes *occidens, immensum luctū, perennesq; lachrymas misero seni reliquit, non amplius liberos e bello reuersos uisuro, alienisq; patrimoniū, filijs suis destinatū, relicturo.* Tum *duos* Priami *filios eodē in curru stantes* Echemona *&* Chromion *interemit.* Vt *leo in armentū boum pascentū impetu facto, taurū uaccamue ceruice correptā sternit humi ac lacerat,* Sic Diomedes *interemptos fratres, præcipitatosq; de curru, armis exuit,* Quas *exuuias cū equis & curru comitibus tradit ad tentoria deducendas.* Hūc *itaq; dissipantē ita suorū globos ut uidit* Æneas, *propere, ubi pugna uehemēs & plurimus tumultus erat, se cōfert, explorās ubi nā strennuū fortemq;* Pandarū *inueniat.* Quē *cum inuenisset, adijssetq;, ita est allocutus:* Pandare *ubi tibi arcus ac sagittæ? ubi illa gloria? ubi illa sagittandi peritia? qua se tibi nemo, neq; in* Lycia *præferre, neq; hic conferre* Æneas in Diomedem.

 audebat,

audebat. Agedum sublatis ad Iouem manibus, immitte in hunc telũ, quicunq; est, tam ualidũ, tot tantorumq; Troianorũ confectorẽ: nisi quis deus est, qui tantã nobis perniciẽ infert, iratus Troianis ob fraudata sacrificia. Dura aũt res est deorũ ira. Cui respondens Pãdarus, Ænea inquit fortiũ Troianorũ princeps, Equidem hunc Diomedẽ esse, ut aspectus declarat, existimo Agnosco clypeũ, agnosco cũ cono & buccula galeam agnosco equos. Non tamen plane diiudico, deus ne sit an homo, & is quẽ rebar Tydeo natũ, Quippe tanta quæ facit, sine deo nõ facit, Nam deorũ immortalium quispiam nube contectus hic adest, ictumq; in corpus eius euntẽ alio retorsit, Siquidem modo apud thoracis oram dextrũue humerum sagitta percussi, transegiq;, ut cũ spem conciperẽ eum hoc uulnere ad inferos descensum ire, uana tñ spe frustratus sim, aliquo mihi (ut opinio fert) irato deo, cũ præsertim equi cũ curru mihi præsto nõ sint, quos ascendã, & ex quibus dimicare poßim, Oẽs domi relicti, Vndecim namq; currus sunt mihi in Lycia recenter instructi, decorisq; peplis Babylonicis stragulis circũdati. Singuli cũ binis equis, q sedula cura delicateq; aluntur, Eos senex pater multis me uerbis uenturũ hortabatur, ut ducerẽ, et ex bigis cũ hoste pugnarẽ, uirtutemq; equestrẽ inter Troianos principes ostenderẽ, Quod ego ut erat multo satius facere nolui, parcẽs equis, ne forte ob nimiã bellorũ curam qua uos impliciti estis, nõ haberent ordeum, auenãq;, unde ex cõsuetudine pascerẽtur. Itaq; illis re-

Pandarus Æneæ.

illis relictis, ad Troiam *pedibus ueni, arcu, sagittisq; fretus, quæ tñ domi profutura nõ erant,* Namq; *quos duos egregios inprimis hodie percussi, & quidẽ graui uulnere, eos nõ occidi, sed ad præliũ magis irritaui aduersus nimirũ fatis illo die, quo suspensos ad paxillum hos arcus, sagittasq; desumpsi, uenturus ad* Troiã *ut operã in bello nauarẽ, qua gratificarer cũ cæteris* Troianis, *tum præcipue* Dio Hectori, Q*uod si digressso hinc mihi cõtingat reuisere patriam, penates, uxorem, nisi eos meis manibus confringam, igniq; imponam, protinus hostium aliquis caput mihi detruncet,* Adeo *frustra mecum in cassum huc attuli.* Ad *hunc respondens princeps Æneas.* Noli, *inquit*, Pandare *ita loqui,* Immo *nihil prius erit, q̃ ut aduersus hunc in hac munitißima biga experiamur occurrere,* Q*uare* Agedum *huc ascende, ut noscas, quales equi* Troianorum, *q̃ in campis experti, quàm uel insequendo fugientes, uel fugiendo insequentes, sunt pernices: atq; in quodlibet flectendi se latus agiles: quibus salutem nostram, si* Diomedi *affuerit cõtra nos* Iuppiter *fugiẽtes urbem uersus tueri possimus. Cape tu igitur hæc uerbera, frenaq;, & aurigare,* Ego *uero descendam: ut cum illo conferam manum,* Aut *tu* Diomedem *excipias, & ego currum, equosq; moderabor.* Cui Pãdarus, *tu uero inquit Ænea uerbera tibi habe, equosq; tuos aurigare, q melius aßueto parebunt aurigæ, q̃ insueto,* Ne *forte si* Diomedem *iam uictorem uoluerimus effugere, hi uocẽ meam aurigationemq; extimescentes,*

Æneas Pãdaro

ſcentes,tuam deſiderantes, recuſent è prælio excede-re,occaſionē'q; præbeant hoſti,ut & nos trucidet, & ipſos captiuos abducat. Tuos igitur equos, tuā'q; bigā moderandā,tibi relinquens, ipſe uenientē hoīem hoc pilo excipiā. Hæc cum dixiſſent,currū'q; aſcendiſſēt immiſſis equis in Diomedē ſtrennue ferebātur, Quos cum eximius Sthenelus Capanei filius inſpexiſſet,cō-tinuo ſocium his uerbis affatus eſt: Chariſſime mihi Diomedes,En in te infeſto aīo properātes uideo duos fortiſſimos optimosq; bellatores, Pandarū Lycaonis filiū ſagittiferum unicū,& Æneam magno Anchiſa, deāq; Venere genitū,Paulū itaq; cū curru retroceda-mus,neq; ita mihi in medios hoſtes progredi uelis,ne nimia animoſitate incautus occūbas. Ad hunc toruo Diomedes intuēs uultu,deſine tu mihi iſtis cōſiliis ti-morem fugā'q; ſuadere,Non enī perſuadebis:cum mi-nime generoſum ſit,ac decorū mihi,aut retrocedentē pugnare,aut aduentante hoſte terreri.Et mihi quoq; ualidæ uires adſunt,uſq; adeo currū aſcendere conte-no,nec operiar eorū aduentū, ſed ipſis obuiā pergā, Modo mihi armipotens Pallas ſit auxilio,in ſpem ad-ducor,ut horū,qui in me uno in curru inuehuntur, ſi nō uterq;, ſaltē alter, retro nō reuehatur manu mea interfectus, Idq; quod dico trade memoriæ, ſi Pallas mihi palmā amborum conceſſerit,nulla in te mora ſit, quin inſiliēs in Æneæ equos,à curru frena corripias & bigā ad noſtra tentoria abducas, Sunt enim ex eo genere equorū,quos Iuppiter pro adempto Ganyme-

Diomedes et Sthene-lo auriga.

de filio

de filio, Troi donauit, præstantißimos inter omnes, q sub sole sunt, ac sub aurora. Ex *quibus princeps* An*chises furtim* Laomedonte *inscio suppositis equabus, quatuor sustulit pullos, apudq; se maiore cũ cura educauit:* Ex *his duos, ut cernis, feroces,* Eneæ *filio ad belli præsidiũ contulit, quos si ceperimus, & prædã, & egregiam sane laudẽ retulerimus.* Dũ *hæc inuicẽ* Diomedes *&* Sthenelus *colloquũtur, iã* Æneas *&* Pandarus *incitato equorũ cursu affuerunt.* Et *prior* Diomedẽ Pandarus *est allocutus:* Dire Tydide, *nõ te confecit, qua te percußi sagitta,* Tentabo *nunc, an cũ iaculo ad te interimendum fœlicior sim.* Hæc *locutus, ualidũ iaculũ uibrat, eoq; ictu, cum scutũ* Tydidæ *ad usq; thoracẽ penetrasset, exclamat:* Nunc *certe ad intimũ pcussus es uentrẽ: nec te diu arbitror incolumẽ fore, sed daturũ mihi morte tua eximiam gloriã.* Cui Diomedes *minime territus:* Pandare, *inquit, & opinione & ictu deceptus es, nec me tuũ perstrinxit (ut ais) iaculum, quod secus in uobis eueniet, quos nõ prius dimittam, q̃ alter uestrũ sanguine suo meũ imbuat tælum.* Hæc *dicens tælum iaculatus est, quod in uultum* Pandari Pallade *dirigente illatũ, perfosso super oculos naso, superioribus confractis dentibus, excisa lingua, p ipsam quoq; ceruicẽ ligno tenus emicuit,* Ad *quẽ ictum* Pandarus *è curru prolapsus est, armisque uersicoloria, & late lucentia æra, & ingentẽ fragorem reddentibus,* Ea *ruina ac fragore conterriti equi ac resilientes sese auerterunt, eũ anima iam atq; ãio*

Pandarus Diomedi

Diomedes Pandaro

 relin

relinquēte. Hic Heros atq; hoīm princeps Æneas, ueritus, ne iacētis amici cadauer hostes eriperēt, uiribus cōfisus, leonis ritu ꝓsilijt, terribiliq; clamore uociferans, obiecto clypeo atq; hasta mortuū ꝓtegebat, paratus occidere, quicunq; se ei obuiū ferret: Huic Diomedes arrepto dextra ingēti saxo, facileq; sublato, qđ duo, quales nunc hoīes sunt, ferre nequeant, coxam ꝑcussit, confracta carne, atq; utroq; rescisso neruo uertebrū soluit, hoīemq; offusis ante oculos tenebris ꝓcumbere, & manu, qua cadēs in genua se exciperet atq; inniteretur assurgens, terram contingere coēgit, forsitan occisurus, nisi re statim cognita, Venus mater currens lucidū peplum, quē gerebat, illi, ne qs eū hostium confoderet, ueluti propugnaculum contra tela duplicē prætendisset, candidisq; lacertis dulcissimum cōplexa filium, ē prælio subduxisset. Ibi Sthenelus nō immemor socij mandatorū, equos, quibus insistebat, inhibet, à turbaq; seducit: Ibi cū eos statuisset, in equos Æneæ inuadit, ac per frena apprehensos abducendos in tentoria sua Deiphilo tradit, uiro amicissimo, & inprimis industrio, quē q; inter æquales maximi faciebat. Ipsi rursum conscenso suo curru, sumptisq; habenis, Diomedē strennue est consecutus: Ille uero in Venerē infesto telo ferebatur, nō nescius eā nō esse ex illarum numero dearū, quæ præsident bellis, & in quarū arbitrio uirorum est sita uictoria, ut Minerua atq; Bellona, sed imbellem & sine uiribus deam, quam inter frequentiā bellantium secutus propere

Diomedes Æneam uulnerat

Venus à Diomede uulneratur

pere atq; assecutus, per ambrosium peplum, quē ipsæ Charites elaborauerant, immißa lanceæ cuspide p-cussit, extremitatēq; teneræ manus facile ad uolā usq; transfodit, Quo ex uulnere cœlestis sanguis humorq; qualis è diuinis corporibus solet, emanauit, Quippe nec frugi uescuntur Dij, nec uinum potant, eo ꝙ ex-angues sunt, & immortales noïantur. Venus autē si-mul ac percussa est, uehemēter eiulans, filium à se, ut manibus gestabat, præ dolore dimisit, Quē tamē desti tutū Apollo suscepit, nube ne quis hostium ei tælū in pectore defigeret, obducta, Diomedes uero abeuntem Venerē etiam clamosis cōuitijs prosecutus est. Abi in quiens, abi è pugna & bello, etsi filia Iouis es, Venus ignaua. At non satis habes corruptelis tuis expug-nare muliebrē sexum, eneruē, & mollē, nisi etiā inter præliantium uirorum coneris arma uersari? Quod si iterū facere tentabis, extimo fore, ut malo tuo edoctā, etiam prælium adijsse te pigeat. Hæc Tydides, Illa au tem fœdante speciosa membra sanguine abibat gemēs exanimata, doloris impatiēs. Sed eam uelocissima Iris excepit, & à tumultu certaminis eduxit, ad Martēq; deduxit, quē ad sinistrā pugnæ in nube equis collocatis & hasta, sedentē offenderunt, Ad cuius pedes in ge-nua procidēs Venus, supplicibus oculis molliq; uoce, atq; his uerbis, eū est cōprecata. Suscipe me frater su auissime, cōmodāq; mihi parūp equos tuos, ut in cœle-ste domiciliū deorū pgā, atroci nāq; cruciatu cōficior saucia ferocissimi Diomedis manu, q etiā (q̄ sua auda-

cia est

cia est)cũ Ioue ipso pugnaret. Sic locuta, exhortatisq; equis, mœstitia grauis in currũ ascendit, & aurigãte Iri, equosq; sua sponte rapidos, etiã uerberibus addere cursum cogente, in uastum Olympũ continuo plata est, Ibi currum Iri sistẽte, solutisq; equis ambrosiã apponente, Venus cũ descendisset, super matris Dionæ genua pcubuit: Illa amplexata filiam, mox eius manũ prehendens, quis te (inquit) deorũ lepidissima filia tã indigne mulctauit, tanq̃ facinoris alicuius manifestã? Cui respondẽs Venus: Vulnerauit me inquit ferox Tydides, conatã surripere ẽ prælio Æneam meũ, quẽ Anchisæ genui, dũ boues pasceret, inter oẽs filios mihi longe charissimum. Oĩno iam nõ cũ Troianis certamẽ est, sed cum Dijs. Huic respondens dia dearum Dione: Perfer inquit filia, ac tolera istam, etsi acerba tibi est, offensionẽ, & noli te afflictare, imitata alios deos cœlites, quorum mihi graues acerbosq; cruciatus, ut ipsi hoĩbus intulerunt, ita uicissim ab illis illatos ptulerũt: Pertulit graues cruciatus Mauors, arbiter ille bellorum, à fortibus Iuuenibus Aloẽi filijs, Oto & Ephialte, arctis uinculis alligatus, & in olla ærea retrusus, illic prope diẽ fortasse periturus: (nã tredecim menses durauit, forti iam illo corpore atq; aĩo exhausto) nisi eũ Mercurius admonitu precibusq; Eeribeæ nouercæ furtim liberasset. Pertulit graues incredibilesq; cruciatus & Iuno, ex uulnere, quod ei Amphitrionis Iouisue filius apud dextrã papillam trigona sagitta inflixit. Pertulit deniq; magnus quoque

Dij plures uulnerati ab hoĩbus

Pluton

Pluton, & ipse simili telo, ab hoc eodem uiro percussus in humero apud Pylon inter strages occisorum, atq; ita percussus, ut eo ictu periturus fuerit, si immortales perire possent, ita eũ conficiebat dolor atq; cruciatus. sed cum in cœlũ uenisset ad domiciliũ Iouis, ibi Pæon mitigatorijs uulneri medicamẽtis appositis, eum curauit. Infœlix igitur, q sic peccat, qui sic desipit, ut deos offendere & sauciare sagittis nõ reformidarit. Diomedẽ autẽ, si nescis, ut in te inuaderet, consilijs suis Pallas cõmouit: Insipiens qui nõ intelligat eos, qui aduersus Deos certare uolũt, nõ utiq; posse esse longæuos, Eoq; propter hanc offensam, nulli filij a bello sibi reuerso ad genua blandientur, Quinetiam atq; etiam consideret, & si tantopere uiribus pollet sup cæteros Græcos, ne quis tamẽ te præstantior dimicet secũ: neue Ægialia uxor, Adresti filia, nõ ita multopost in tenebris è somno excitata, domesticos ac necessarios in maritalis desiderij solatiũ uocet. His dictis Dione utraq; manu telo ẽ palma Veneris expreßo, sanauit uulnus, acerbitate doloris sedata. Pallas autem & Iuno hæc inspectantes, facetis dictis apud Iouem inuidiam quandam Veneri conflare conabantur: Itaq; Pallas inquit: Iuppiter pater, nũquid ob id quod dicã succensebis mihi? En Venus quandã Græcarũ fœminarum subornatã ad Troianos, quorũ studiosissima est, adducens, molliculam manũ porrexit ad auream fibulã balthei illius, cũ eam fouet, eiq; blanditur. Ad hæc uerba subridens Iuppiter, ac uocata Venere, inquit: Nõ est

mea

mea filia muneris tui tractare res bellicas, sed uxorias, amatoriasq́; Ideoq́; tu cole amores, amplexus, oscula: pugnas uero & res bellicas fortis Mars, ac strenua Minerua meditabuntur. Hæc inter se cū Dij fabularētur, Interea Diomedes infesto in Æneam telo ruebat, nequaq̄ reuerens Apollinē, tam magnū tamq́; præsentē deum, à quo sciebat Æneam in manus esse susceptum, Tanta occidendi atq́; spoliandi hoīem auiditate tenebatur. Ter itaq́; in Aeneam occisurus irruit, ter ab irato Deo repcussa pelta inhibitus est, Quarto autē cum idē dæmoni similis insiliret, tunc in eum minabundo terribilique clamore Apollo ita affatus est: Cerne quid agas Tydide, retroq́; cede, nec ita desipias, ut æquandum te sentias esse nobiscum, mortalē cum immortalibus, hominē cum dijs, in terris habitantem cum his qui cœlestes incolunt domos. Tydides autem indignationē Dei deuitandam sibi existimans, nō nihil retrorsum sese recepit: Ille Æneam ex acie sublatum in augustam Pergamum detulit, in magnoque adytu templi numini suo dicati deposuit, Latonæ matri ac sorori Dianæ curandum ac roborandū, substituto interim inani idolo, quod ad imaginē corporis, armorumq́; Aeneæ effinxerat, circa quod Troianorum Græcorumq́; certamē incruduit, scutis, clypeis, peltis ambarum partium inuicē confligentibus. Neq́; uero hanc rē fecisse Apollo contentus, Martē etiam allocutus est: Nunq̄ ne inquiens tuis manibus Mars, Mauors bellorum præses, inuades abigesq́; a prælio Tydiden

diden hunc, qui etiam cum Ioue (ea hominis temeritas est) certare auderet: nam primũ Venerẽ in uola percußit, deinde in me irruit, nõ homini, sed dæmoni similis. Hæc ubi Apollo dixit, ipse in excelsa Pergamo consedit. Mars autẽ ingressus Troianas acies sub Athamantis specie, fortissimi Thracũ principis, his uocibus Priami filios hortabatur: O filij regis: O filij Priami, quousq; tandẽ ciues sociosq; uestros ab hostibus trucidari tolerabitis? nunquid dum ante muros Troiæ et ante portas Græci prælictur? En Aeneas magnanimi Anchisæ filius, quẽ in eodẽ habebamus honore quo Hectorẽ, iacet ab hoste pcussus, deq; eo auferẽdo inter utrasq; acies summa ope certatur. Quare agite dum uniuersi ab hoc tumultuoso discrimine, uirũ sane egregiũ atq; amicum uindicemus. Hæc dicens, animũ audaciamq; singulorũ excitauit, Ibiq; Sarpedon Hectorẽ adiens, durioribus eum uerbis incusauit, inquens Hector, quo tibi abierunt illi spiritus, illæ uires, cum solebas prædicare, sine ciuibus sineq; auxilio sociorũ, te solum cum fratribus atq; affinibus urbẽ cõtra Græcos posse defendere? Nunc eorum quibus confidebas, nullum in pugna uidere, nullum possis dignoscere. Oẽs a Diomede perterriti tanq̃ canes a leone defugerunt nobis socijs periculum relinquentes: qui certe perstamus in pugna, non cædimus. Atqui ego non ciuis uester sum, sed socius: nec meas fortunas, meaque pignora in hac urbe collocata habeo, ut pro his tutandis necesse mihi sit in aciẽ descẽdere: longe enim hinc

mihi absunt in Lycia,festiuissimus filius,amantissima uxor,opes immensæ,& cuiuis,qui tanta non habeat, optabiles,quæ oĩa,ut uobis gratificarer,reliqui,et tan to terrarum tractu profectus sum,nunc quoq; pro uo bis in acie sto,ut cõtra Diomedẽ dimicem,et uobis dan tibus terga,tamen persisto,meosq; comites sedulo ad certamen exhortor,qui q̃ non metuo tanta amittere, quanta uos Troiani, tam non spero adipisci quanta Græci,Tu uero Hector hic stans ociũ tenes,nec iubes populares tuos pro caris coniugibus pignoribusq; p sistere in acie,atq; pugnare:ne forte,nisi suppetias fe ratis,ipsi mox uelut reti quodam circumuenti ab ho stilibus copijs,occisione occidamini,præclara urbs ue stra expugnata euertatur:Quod te Hector diebus ac noctibus cogitare oportet,& duces sociorũ obsecra re,ut longinquam expeditionẽ tolerent,ut bella for titer gerant,ut in laboribus periculisq; perseuerẽt,nec eis te acerbius increpandi præbere materiã. Hæc Sar pedon. Cuius oratione Hector uelut morsu quodam perstrictus,protinus(ut erat armatus)è curru desilijt duóq; iacula manu gestans redijt in pugnam, & ubi cunq; suos,aut fugere,aut cessare cernebat, repetere præliũ hortabatur,Cuius imperio illi parentes,infe stis telis in Græcos stare cœperunt,aurigis quoq; a fu ga in hostes conuersis, & cursum equorum incitanti bus. Ad quorũ aduentũ, Græcorum (nam hi nequaq̃ territi.sed se condensãtes impetũ expectabãt)nõ ali ter oppleta sunt corpora puluerea nube,pedibus equo
rum

rum excitata, & in altum uolitante, q̃ dum messores ad areã frumenta uentilabris purgant, si iniquior aura ingruat, purgamenta ipsa, quod acus uocant, longius copiosiusq; proiecta, culmina paleariũ cumulos complent, candidioresq; efficiũt. Hic itaq; exorto *aspero prælio, utrinq; armatas manus multo cũ robore cõserebant, sed eorũ oculis Mauors caligine offusa, huc atq; illuc discurrebat, adiuuans exhortansq;* Troianos *ut mandata* Apollinis *exequerẽtur, qui & ipse ubiq;* Troianis *aderat, cũ uideret uicẽ* Mineruam *uersari in bello, ferentẽ auxilia Græcis,* Insuper *Æneam, uigore animi ac corporis recepto, ex angusto adyto eductum, pugnæ restituit:* Qui *ubi in medio suorũ cõspectus est, non uiuẽs modo, uerũetiam incolumis atq; acriter pugnam ciens, mira oẽs socij exultauere lætitia cupidi etiam percunctandi hoiem, sed id p laboriosissimas pugnæ occupationes facere non licebat, in quas uocabantur deo* Apolline, *deo* Marte, *dea* Peruicacia *quæ semp insatiata certamine est, certamẽ accẽdente & ipsis spẽ uictoriæ ostendẽte.* Graios *autẽ, duo* Aiaces, & Vlysses *ac* Diomedes *ad pugnã urgebant, sua alioquin sponte aĩatos atq; erectos,* Quippe *neq; ad clamorẽ* Troianorũ *territi sunt, neq; ad ualidam impressionẽ gradu dimoti, in eodẽ, quo institerant uestigio permanebant, tanq̃ nubes ad editissimorũ montium uertices, cũ* Aquilo *atq; alij uenti, qui fuscas nubes spiritu suo dispellunt, uolente* Ioue *nõ spirãt.* At *Agamemnon inter suos uadens, nõ desinebat hortari*

Nunc socij estote uiri, nunc animosi, nunc fortes, reuerentes inuicē, ne qd indignū uobis cōmittatis, tum decoris, tū salutis causa: nam eorū, qui in bello humuliter agere erubescunt, plures incolumes sunt, q̄ intercidunt: contraq; fugientiū, ut decus animū non excitat ita corporis uires elanguescunt. Haec fatus, strēnue iaculum in Deicoonta contorsit, sociū Aeneae, ac Pergasi filium, quē ob singularē in bello praestantiā Troiani aeque ac Priami filios uenerabantur. Huius scutū baltheusq; thoracis, ictum inhibere nō potuit, quin ferrum ad intimum uentrē usq; penetraret, moribundūq; iuuenē cum uasto corporis armorūq; fragore prosterneret. Hic uicissim magnanimus Aeneas duos longe praestantissimos uiros & in omni genere bellandi peritissimos interemit, Crethona atq; Orsilochum Diocleo patre genitos. q habitabat in Phera, loco sane insigni, uiro rebus oībus ad uitā idoneis circumfluo, ac genus ducēte ex fluuio Alphaeo, q lato gurgite terrā interfluit Pyliorum. Siquidē Alphaeus genuit Orsilochum, qui magni populi princeps fuit, Orsilochus genuit Diocleū. Diocleus ipse geminos genuit, Crethona & Orsilochum, qui gratificantes Agamēnoni Menelaoq;, unà cū illis alijsq; principibus ad Troiā nauigauerant: ad Troiam pariter, & in uno occubituri horae momēto, Sic enim Aeneae manibus interempti sunt, ut duo leones in arduis nemorosisq; montibus sub matre leaena educati, confici ab his pastoribus solēt, quorum stabulantes tauros ouesq; ipsi diripuerant. Menelaus

*nelaus autē, cum hos fratres in modum sublimiū abie-
tum collapsos uidisset, dolens illorum uicē, eo, ubi iace
bant ad primos pugnatores procedit, fulgēti circun-
datus armatura, ac librans dextra telum (dabat autē
sibi hanc mentē Mars insidians uitæ illius, quo p au-
daciam manibus Æneæ occideretur), Huic Antilo-
chus sic in occursum Æneæ imparibus uiribus eunti,
timēs ne quid mali pateretur is, qui pro cæteris labori
consueuerat, & ipse ad primos procedit. Iam Æneas
ac Menelaus infestis hastis alter in alterū uadebant,
At ubi Antilochus aduenit, proximusq; Menelao ste
tit, nō expectauit Æneas, nec cū duobus illis mutuo au
xilio subnixis, & si bellator eximius erat, dimicandū
sibi putauit, Itaq; eo cædēte, Menelaus Antilochusq;
ubi cadauera infœliciū fratrum ad suos pertracta in
manus sociorum dederunt, ad primos pugnatores re-
uersi sunt, Ibi Pylæmenea Paphlagonum ducē eiusq;
aurigā Mydona Atymni filiū interimunt, utrumq; ui
rum insignē, Pylæmenea Menelaus, Mydona Antilo
chus: alterū ante currus stantē, alterū in curru: illum
lancea infixa, ubi humeri ceruixq; cōmittuntur, hunc
iam auertentē equos, ingenti apud mediū cubitum sa-
xo, quo ictu cum fræna ebore distincta è manibus hu-
mi decidißent, insiliēs Antilochus tēpus gladio hau-
sit, Mydon uero animam cū singultu agēs in caput in
humeros ruens, statutoq; in alta harena uertice, diu
præposterus mansit, donec eq ab Antilocho agitante
uerberati, dū abirent, prostrarunt. Hector cum oculos*

 per acies

per acies circumtulißet, animaduertiſſetq́; quid Menelaus Antilochusq́; egiſſent, cũ uociferatiõe ꝑtinus in eos impetũ facit, Quem uadentẽ Troianæ phalanges consecutæ ſunt, duce Bellona ac Marte: illa immanem tumultũ ferente, hoc terribilẽ geſtante haſtam quã manu quatiẽs nunc anteibat Hectorẽ, nunc ſubſequebatur, Hunc deũ cũ cognouiſſet Diomedes, eo terrore obſtupuit ac retroceſſit, quo quis rerũ imperitus cũ ex urbe iter p campũ ingreſſus, in rapidũ flumen, et ſpumoſos ĩ mare uertices agẽs incidit. ſubſiſtere ſolet, ac ſeſe retrorſum fuga recipere. Igitur ad ſocios clamans: O amici dicebat, miramur tam fortẽ ac ſtrenuũ eſſe Hectora, tam audacẽ bellatorẽ? Id cauſæ, Huic quiſpiam deus aſſidue adeſt, qui eũ à morte tueatur Et nunc ille qui ſub humana ſpecie Hectorẽ comitatur, ipſe Mars eſt, Quocirca ne temerarias cum Deo manus conſeramus, aduerſi, nõ auerſi hoſtibus concedamus. Hæc Diomedes: Troianis propinquis iã admodum factis, Hector duos egregios in re militari uiros (erant enim in eodẽ curru) interimit, Quorũ miſertus Aiax Thelamonius, illato pede, ac ꝓxime ad Amphium accedẽs, ualidã ac lucẽti præfixam ferro haſtã in illũ coniicit, ac traiecto baltheo in imo utero demergit, Erat autẽ is Selagi filius, perq̃ diues, cũ agreſtibus prædijs, tũ uero omni alio genere facultatũ, triſti fato Epheſo patria ꝓfectus, ad auxilia Priamo cũ filijs Priami ferẽda, In hunc cũ ſonitu collapſum ꝓcuranti Aiaci, ut eum pulchris ſpoliaret armis, Troiani

reſiſtunt

resistunt, crebraq́ proijcientes tela impedimẽto sunt quo serius ad cadauer accedat, Ille nihilo minus, multis confosso telis scuto, ingenti insiliens gradu, impressoq́ supra iacentẽ pede, hastam quã contorserat euellit, non ausus etiã spoliare occisum, quod frequẽtibus & undiq́ uenientibus hostiũ missilibus obruebatur Circumsistebant namq́ uirum, infestis mucronibus infestisq́ uocibus, & plurimi, & optimi quiq́ Teucrorũ, eumq́ licet tam excelsum, tam generoso aĩo, tã fortẽ, tamẽ timere, & gradu deiectũ retrocedere coẽ gerunt. Interea cũ hæc ad hunc locũ geruntur, alio in loco Thlepolemũ, procero, amploq́ corpore uirũ, ut Herculis filiũ possis agnoscere, dirũ fatũ cõmouit ad pugnandũ cũ Sarpedone, nepotẽ cũ filio Iouis, q cum alter in alterũ tendẽtes iã uicini essent: Thlepolemus ad Sarpedonẽ inquit: Quæ tandẽ Sarpedon Lyciorũ princeps tibi necessitas est, ut ad oppetendã mortem huc uenires, homo imbellis, & rei militaris ignarus. Etenim q te filiũ Iouis aiunt, haud syncera fide tecũ agunt, cũ procul absis à uirtute priscorũ, qui sunt progeniti ex Ioue, ut Hercules, qui mihi pater fuit, qualis fuisse celebratur, intrepidus, ualẽs, & q huc aliqñ cum sex demũ nauibus, pauculisq́ comitibus equorum Laomedõtis causa pfectus, & urbẽ euertit, & ciuitatẽ oẽm exhausit, Tu uero imbecillis es, & præ tua imbecillitate passim tui comites trucidãtur, quos cũ tutari nequeas, quo modo te suspicer tutari posse Troianos, qbus ex Lycia auxilia deportasti? Eos te etiã si

ualidissimus sis, nihil tñ adiuturum puto, sed meo telo interemptũ, ad infernas portas esse descensurum. Cui respondẽs Sarpedon: Thlepoleme inqt, pater quidẽ tu us augustã Troiã excidit Laomedõtis regis iniustitia q illi p benefactis maledicta psoluit, recusans equos reddere, quorũ gratia Hercules à longinqua regione uenisset, Tibi autẽ nõ idẽ quod patri cõtinget, sed mor tẽ adesse denũcio, nec licere hinc meas euadere manus uerum hoc iaculo confossum, mihi quidẽ gloriam, inferno autẽ animam esse traditurum. Hæc cũ dixisset amborum lanceæ simul reductæ, simul manibus excussæ, simul in alterum illatæ sunt, uulnusq; ambæ fecerunt, & suo Thlepolemus uulnere extinctus est, suo Sarpedon Iouis beneficio extinctus nõ est: namq; illi spiculũ huius, ligno tenus in media ceruice: huic illius in sinistro femore atq; in ipso osse defixũ est: Vtrũ q; fideles accurrẽtes socij, inter manus, mortuũ Græci uulneratũ Lycij in diuersum ẽ prælio transportarũt Nec uacabat Sarpedonis socijs p trepidationẽ qua festinabant, eum tollere in currum, telum educere, quod ille uehementi cum cruciatu trahebat. Hæc Vlysses ubi agnouit, Thlepolemum occisum, Sarpedonẽq; abeuntem, ægrẽ ferens, magno secum animo deliberabat, utrum Sarpedonẽ insequeretur, an illo prætermisso, cõplures ex comitibus trucidaret, Et sic ambigẽti, Minerua, ut comites potius q̃ dominũ inuaderet, animũ induxit. Neq; Vlyssi fatale erat, illum ultã priuare. Igitur omisso Sarpedone in Lycios uadit, ex hisq; interimit

ferimit Cœranum, Alastora, Chromium, Alcandrum Halion, Noemona, & Prytaniem: Plures adhuc fortasse intercepturus, nisi re statim cognita, Hector radiantibus armis circumdatus, ad primos pugnatores ꝑcurrisset, terrorẽ inferens Græcis, Ad cuius aduentũ lætatus Sarpedon, cũ ꝑximus ipsi fuisset Hector, ita eum uoce, præ cruciatibus uix subsequẽte, affatus est: Hector noli quæso me iacentẽ relinquere hostibus, futurum eorũ prædam, sed auxilio mihi sis, ut hinc ereptus, in urbemq; ꝑlatus, illic moriar, quandoquidẽ hoc uulnere moriturus sum, nec reuersurus ad dulcẽ patriã, ut suauissimã uxorẽ, paruulumq; filiũ uoluptate implerẽ. Hæc Sarpedon. Ille uero nihil respondẽs raptim se proripuit, ut q̃primum in Græcos ꝑrumperet, Illinc uerteret in fugam, & eorũ nõ paucos trucidaret. Eo abeunte, Sarpedonẽ socij sui subter dicatã Ioui fagum collocantes, & ab eius femore uir egregius idẽq; amicissimus Pelagon lanceã eduxit: qua educta Sarpedon doloribus defectus, tenebris ad oculos obortis, aliquandiu aĩa destitutus est: dehinc resipiscẽs uentulo, quẽ seduli socij faciebant, recreabatur. Interea cũ Græci ad impressionẽ Hectoris, Martisq;, neq; terga darẽt, neq; se obuios ferrẽt (acceperant enĩ Martem adesse Troianis) retrocesserũt, Quẽ ibi primum, aut quẽ postremũ Hector interemit, Marsq; Teuthrantẽ eximiũ, & domitorẽ equorum Orestem, & Trechum inter Aetolos egregium bellatorẽ, & Aenomaum, & Helenum Oenopi filium, & insignem Oresbium, qui

in Hylo habitãs circũfluente Cephisi lacu, inter diuites lautosq; Bœotios fuerat cumulandarũ opũ studiosissimus. Hos interceptos cõspicata Iuno, ad Mineruã

Iuno cum Pallade

cõtinuo inqt: O indignũ facinus Iouis filia Tritonia, si tantope Martẽ insanũ sæuire pmittimus. pfecto in nihilũ recidet sponsio, quam fecimus Menelao, eum Troia euersa in patriã reuersurũ, Agedũ igitur ipsæ quoq; nostras experiamur, si quæ in bello sunt, uires Sic locuta: assentiẽte huic cõsilio Mineruã, ad equos aptandos se cõtulit, quos cũ aptaret, Hebe rotas strenue currui iunxit, diuina tũ materia tũ arte mirabiles Erant enim auro cinctæ, & desup ærea cinctura reuinctæ, octonis etiã ex ære radijs, calybeo axe, orbe, in quo radij affixi sunt, & axis uersatur, argenteo: sella ipsa currus duplici munita ambitu, argenteis aureisq; loris erat intenta, è medio protẽdebatur argenteus temo, cuius in summo alligauit aureum iugum, cũ decoris capistris, auroq; distinctis. Iuno ex altera parte cũ equos adornasset, iugo iunxit properans q̃ primũ ire ad belli tumultum. Minerua autẽ, deposito sup pauimentũ Iouis discolori amiculo, quo uelata erat, quodq; ipsa suis manibus artificiose neuerat, texuerat, sarcinauerat, tunicã & arma sibi induit, qbus Iuppiter pater circundatur cũ uult prodire in bellũ, Tũ Ægida humeris accommodat, trilicem, horrendam, & undiq; terrore redimitam, In ea robur, in ea contentio, in ea minax uociferatio, et atrox clamor, in ea deniq; inest gorgoniũ caput, dirum, terribile, & quo nullũ nouit

Iuppiter

Iuppiter horribilius monstrum atq; portentum. Deinde *imponit capiti galeã auream, tribusq; cristis insignem, ac tot capitũ humanorum capacẽ, quot milites centum urbiũ habent.* Postremo *sic armata leui saltu in currũ ascendit, ac lanceam corripit ingentẽ, ualidam, grauem: qua* Heroũ *cateruas (ut plane filiam* Tonantis *agnoscas) irata prosternere solet,* Cui Iuno *sociam se gnauiter præbens, equos ut cursum capessërent, uerberibus urgebat: & cũ ad cœli portas, quas horæ seruant. uentũ est, immenso sono ipsæ sua sponte patefactæ sunt portæ,* His *ingentis cœli olympiq; cura cõmissa est, ut altera nigrãtes imbre nubes rebus inducat, altera reducat,* Per *has igitur portas* Iuno *&* Pallas, *uolitantibus equis exeuntes, inueniũt principem deorũ* Iouem *seorsum ab alijs* Dijs *in uertice lucentissimi olympi sedentem.* Atq; *illic* Iuno *equos sistens, ante* Iouẽ *stetit, illumq; hũc in modũ affata est:* Iuppiter *pater, nõ tibi indignũ uidetur, quod ita immaniter agit* Mars*? qui tot iã talesq; ex* Achiuorum *exercitu interemit, nihil pensi habens, dũ* Veneri *&* Apollini *gratũ faciat, à quibus, ut hæc ageret, persuasus est: qui nũc ociosi, & tali spectaculo, & suo cõsilio, & meo etiã dolore pascũtur?* Quare Iuppiter *pater: nunquid mihi succensebis, si iusto dolore cõmota, hunc stolidũ, & nullũ pbas nullũq; ius dignoscentẽ, graui aliqua pœna coercitũ abigam à pugna?* Huic *respondens* Iuppiter, *immo potius instiga* Mineruã *ad istud faciendũ, assuetã iam eum acerbis afficere*

 supplicijs.

supplicijs. Sic locuto assensa Iuno, equos ut irent q̃uis eundi auidos flagello uerberans, p liquidum aerẽ ferebatur, tantũ suspensa à terris, quantũ quis ex ædita specula in latũ mare prospicere potest. Hoc enĩ interuallo inter cœlũ & terrã equi deorũ cursum tenere cõsueuerunt. Vbi uero ad Troiã deuenerũt, ubi Simois Scamanderq; miscẽtur, Iuno equos sistit, ã curruq; disiungit, ac densa nebula, ne quis eos cernere possit, obducit: qbus Simois pubescentẽ ambrosiã, qua uescerentur, ex humo produxit, Deinde ambæ uelut geminæ colũbæ incedẽtes, ad exercitũ tendunt festinabundæ, ut q̃primũ auxilio Græcis essent, Et cũ perrexissent eo, ubi & plurimi & præstantissimi quiq; Græcorũ circa Diomedẽ in acie stabãt, sanguinariorũ leonum aut ferociũ aprorũ ritu pugnantes, hic Iuno subsistẽs sub imagine magnanimi Stentoris, (Cuius tãtus erat uocis sonus, quantus aliorũ quinquaginta) exclamat: O pudor, o dedecus Argiui principes, noĩe tantũ, appetituq; principes, re autẽ indigni, sed q contumeliosa qualibet appellatiõe nominemini, Quamdiu Achilles uersabatur in bello, nunq̃ Troianis fiducia fuit ẽ portis pedẽ efferendi, Ita illius ualidã lanceã reformidabant, Nũc quia abest, iã longe à muris, atq; apud ipsas naues audacissimi pugnãt, Hæc dicens aĩm erexit, ardoremq; singulorũ, Minerua autẽ Diomedẽ adiens, inuenit stantẽ apud equos & currũ, deposito scuto, notas crassi cruoris à baltheo abstergentẽ, sudore perfusum, fessum ex onerosi scuti gestatiõe, aßiduoq; labore

Stentoris uocalitas

Minerua cũ Diomede

dexteræ

dexteræ, & se refrigerantem, focillantemq; à dolore uulneris, quod ei stragula Pādari inflixerant, quodq; baltheo scuti premente exulcerabatur. Ad hunc Dea, *iugū manu cōtingēs, sic inquit:* Oino parē sibi Tydeus *filiū similē genuit,* Fuit enī ille quidē *parua statura, sed bellator, & talis bellator, ut me quoq; uetante, & ne in ancipitē nimis dimicationē descenderet admonente, tñ dimicare uellet,* Vt alia *silētur, talis fuit, q solus ab* Argiuis Thebas *pro caduceatore dimissus est* Quo *cū uenisset, & eum renuentē interesse cōuiuio* Thebani *iure hospitij coegissent, nō est passus ocium illud generoso ipsius aīo inimicū,* Nā *hospites ad certamen prouocauit: & ut magnifice prouocauit, sic facile uicit, mea opa cōfisus, adiutusq;,* Tibi *uero ego sedula adsum, custos assisto, iubeo, hortor, ut me autore dimices cū* Troianis, *nec quicq̄ pficio, quoniā neq; laborē corpus, neq; aīus pferre periculū potest, pariterque mēs tibi, ac mēbra languescūt,* Itaq; *posthac nec magnanimi* Tydei *te dixerim filiū.* Ad *quā respondēs* Diomedes, *agnosco te inqt* Dea *magni* Iouis *filia, eoq; ingenue tecū loquar nihil aut simulās aut dißimulans* Equidem *dea neq; timor ullus me, neq; ignauia tenet: sed tua q̄ memori mēte custodio mādata: qbus me uetuisti ferro inuadere aliquos deos, q huc in bello aduerso uenirent, nisi unā* Venerē, Nunc *agnosco* Martem *in hoc prælio uersari, ducēq; se hostiū præsidēq; præbere,* Iccirco *& ipse cedo ab hoc* Deo, *& idem alios facere iubeo.* Cui Mineruæ *respondēs,* Tydides *inquit*

Tydeus qualis

inquit mihi iucundissime, neq; Martem, neq; alium deum extimueris, fretus præsidio meo, Quin in hunc quē uerebaris, immitte equos, neq; ulla te sui reuerentia retineat, quo minus eū, cominus ferias, dū insanū animi, malignū caput, uentosum, atq; uariū, Siquidem hodie prima luce multis uerbis mihi atq; Iunoni fidē dedit, pugnaturū se esse pro Græcis cōtra Troianos, En suæ promißiōis immemor, à Troianis stat in acie contra Græcos. Hæc cū dixisset, Sthenelum ā tergo prehensum, ut à curru descenderet retraxit. Cumq; ille confestim desilijsset, in locū eius dicto citius ipsa succeßit: sumptisq; habenis, ac uultu galea clauso, ne posset à Marte dignosci, equos recta in illū ducit, gemente grauiter curru ob tanti uiri ac tanti numinis pondus, Mars autē hos ut uidit, relicto humi (quem proxime obtrūcauerat) Periphante Ochesij filio, duce Ætolorū, uiro longe præstātissimo, ferebatur in Diomedē, q & ipse in eū sese ferebat, Qui cū ex aduerso, sub iactū teli uenissent, prior Mars, utpote Diomedis occidendi auidus, lanceā uibrat: quā sup iugum habenasq; equorū uenientē, Pallas manu raptā subter currū irrito ictu detorsit, Secūdo loco Diomedes suam lanceā, sed non irritā uibrat, ac mediū Martē, ubi laminis circūdatur baltheus ferit: transfactisq; armis: (Pallas eni adiuuit ictū) ac sauciato intimo utero telū educit, Quo uulnere accepto, Mars tā ingenti clamore uociferatione præ dolore exclamauit, quanta nouem decemue miliū hoīm pugnā ineuntiū esset, Ita ut Græci simul

Martē uulnerat Diomedes.

Martis clamor.

ei simul ac Troiani *territi contremiscerent*, Nihilq; *moratus ascendit in cœlũ*, Ac *talis inter eundũ uisus est* Diomedi *esse,qualẽ uidemus esse aerem ex æstiua aliqua nube,& æstum hoĩbus inferente, cũ oborta serena aura,obscura discedit*, Atq; *ubi ad olympũ deorum domiciliũ uenit,impatiens uulneris* Ioui *assedit: illiq; plagã cruore manantẽ ostendens,luctu uerba dictante inquit*, Iuppiter *pater, nõ tibi uidẽtur indigna hæc? Semp nec tu deos mutuo odio inuicẽ grassari sustinebis? & cũ mortalibus gratũ facere uolunt,inter se bella cõmittere?* Quasi *nõ tua causa ad ferenda hominibus auxilia in aciẽ descendamus?* Quippe *genuisti filiã uesanã,perniciosam,& cui nihil est curæ,nisi ut aliquid sceleris agat*, Atq; *alij quidẽ* Dij *dũtaxat q cœlum incolimus,tibi semp & paremus & parere cõpellimur*, Hanc *uero unã nunq̃ tu,neq; facto neq; uerbo coerces,cuncta sibi indulgens,ob id tantũ,quod ex te progenita est*, Ab *ea nãq; hodie* Diomedes *impulsus, furiosas dijs inferre manus,prius* Venerẽ *uulnerauit in uola,deinde in me ueluti* Dæmon *insiliẽs, hæc fecit quæ uides*, Quod *nisi pedes mihi auxilio fuißẽt diutiusq; mansissem,& si nõ occidisset,quia imnortalis sum, certe inter mortuos iacenti plurimas plagas inflixisset*. Ad *hunc torue* Iuppiter *intuens respõdit* Desine *me aliquãdo querelis tuis,cum mihi assides, totiens obtundere*, Nam *ut scias,inter oẽs cœlites mihi* Mars *es maxime inuisus, quẽ nihil iuuat,nisi rixæ, nisi pugnæ,nisi bella, uere reddens ingeniũ* Iunonis

Mars,

Mars, ferox, uastum, contumax, ac malignum, quem necesse habeo uerbis assidue castigare, ut æstimē te filium illius cōsilio, (ita nāq; peruersa est) ista esse per pessum, Caterū nō sustineo diu te in isto dolore uersari, cū sis è genere meo, atq; ex mea uxore, Quod si ex alio deo genitus esses, tā sæuum numen atq; opprobriosum, profecto uelim iā apud tartara esses, Titanibus inferior. His dictis, Æsculapio, ut hunc curaret, imperauit, Ille mitigatoria medicamēta apponens, nō tardius sanauit, q̄ liquidū lac inter manus ducētis caseum opilionis cōcrescit, Citius enī dij sanantur, quia eorū corpora sunt immortalia. Sic ergo sanatus Mars ab Hebe primū ablutus, deinde honoratioribus induementis uestitus, iuxta Iouē hoc honore lætatus consedit. Iuno autē & Pallas postq̄ Martem à pugna fugarunt, ad ædes Iouis deorum principis reuerterunt.

FINIS LIBRI QVINTI.

¶ Ausonij poetæ, in Sextū Homeri Iliados librum Argumentum.

Solæ decertant acies sine numine diuum
Cessante auxilio, vacuiq; exorsa laborem
Fortunamq; ferunt proprij discrimine fati

¶ Troianis fortuna inclinatiore pugnātibus, vates Helenus suadet, vt Minerua placetur. Igitur Hecuba ab Hectore monita, vt peplum in arcem inferat, peragit vota cū matribus. Alexander obiurgatus a fratre pergit in prælium: Glaucus Lycius Aetholusq; Diomedes congressi vt dimicarent. Cum iam certamen oriretur: paterna inter se hospitia recordati, facta armorum permutatione discedunt.

Relicta

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Sextus.

RElicta igitur Troianis Græcisq; pugna inter ipsos, sine deorũ præsidio gerenda, nullis iam cedentibus, magno ardore acies cõflixerunt: ac plurimis telis ultro citroq; uolantibus, diu ancipiti marte dimicatũ est, Pugnabant autẽ in campo, quem cingunt Simois & Xanthi flucta. Primus ibi Aiax Thelamonius, Achiuorũ propugnaculũ, interempto uiro procero ac alto Achamante Eusori filio inter Thraces præstantißimo, in hostiũ Phalangẽ prorupit, & socijs ad uincendũ quasi lumen ostendit, Hunc autẽ interemit, lancea coniecta in locũ, ubi sublimes cristæ capiti affiguntur, & cuspide per galeam in osseam frontẽ molleq; cerebrũ adacta, Diomedes uero & ipse interemit una cum eius auriga Calesio Axilon Teuthrani filium, hoĩem perq̃ beatum oĩbus quæ ad uictũ mortaliũ pertinent, Hic insigni Arisbe agens, omnes qui illac iter ingrediebantur, qua erat beniuolẽtia, humanitate, clementia, excipiebat hospitio: quorũ nunc nemo succurrens, ab atroci eũ morte potuit eripere. Euryalus autẽ interfectis primũ Dreso & Opheltio, in Æsepon & Pedasum fertur: quos & occidit, & armis exuit, Fratres hi, & gemini erãt, furtim geniti ex egregio Bucoliõe maximo filiorũ Laomedõtis, cũ oues pasceret, ex Nympha noĩe Abarbarea. Meneptolemus quo-

mus quoq; occidit iaculo Astyllon, Vlysses Pidyten, Percosion: Teucrus Aretaona, Autilochus Ableron, Agamemnon Elaton Satnioentis late fluentis accolā ad cuius ripā patria sua loco excelso posita est: Leitus Phylacon. sed in fugam uersum: Euripilus Melanthion: Menelaus Adrestū nō occidit, sed cepit. Nāq; inter fugæ trepidationē equi, impactum Myricinis currū, ij sq; hærentē, cū domino effundentes, fractoq; temone relinquentes, urbē uersus abierant, quo cæteri Troiani datis habenis ferebantur, Sic humi in faciem præcipitatus Adrestus, cū sibi manifesto telo Menelaum præsto esse uidisset, amplexus eius crura his uerbis obsecrabat, Cape me, & incolumem serua Menelae, accepturus pro mea salute mirificā redemptionem, Habet enī meus pater domi repositas oīm generū copias, aurum, argentū, ferrum, æs. Vnde tibi cōplura munera mittet, si penes te filiū suū acceperit incolumē esse, Quibus persuasus Menelaus, iā iam erat famulo traditurus deducendū ad naues, Sed obuiam Agamemnon aduenīēs, & noīe suo cōpellās his uerbis factū fratris increpuit, O indignū facinus Menelae, quid ita tibi cura est de Troianis? Nū quia domi tuæ, cum fuerunt illic hospitaliter accepti, de te optime meriti sunt? Immo taliter, ut nemo, q in nostras puenerit manus, debeat præsentē effugere mortem: nec modo eorū qui capti in pugna sunt, uerum etiā qui ē pugna fugerunt: ac nemo prorsus, qui mas sit, uel si in ipsa aluo lateat matris, Sed oēs Troiani

unā cum

unà cum Troia,*sine uenia, sine misericordia, sine re-spectu extinguatur.* Ad *hæc uerba,tanq̃ ad salubrius consiliũ mutata sententia*, Menelaus *cum à se manu* Adrestũ *reiecisset*,Agamemnon *hũc graui lancea in uentre pcussit:deinde in pectus collapsi pede impresso tælũ eduxit*,Nestor *autẽ uociferãs admonebat.* O *so cij*,O Danai *heroes uiri fortissimi,nemo uestrũ inter pellet uictoriæ cursum,nemo terat tempus in exuẽdis cadaueribus hostiũ, quo plurima opima spolia & glo riosa retro ferat*,Interimite *hos prius,mox p ociũ in-teremptos,ubi relicti à nobis fuerint, spoliabitis.* Sic *dicens,aĩm accendit ardorẽq; singulorũ,ita ut* Troia-*ni à* Græcis *superati nusq̃ repressa fuga, urbẽ ascen-dissent,nisi* Helenus Priami *filius, idẽq; augur longe optimus*, Æneã Hectorẽq; *adiens,ita fuisset allocutus* Ænea, Hectorq;,*quoniã uobis oĩm fortissimis & pru dentissimus hæc moles imponitur, ut pro cæteris* Tro *ianis ac* Lycijs *curã laborẽq; subeatis,subsistite hic,lu strantesq; undiq; hic ante portas copias oẽs cogite, easq; ad pugnã exhortamini,priusq̃ inter uxorũ am-plexum ab exultãtibus insultantibusq;* Græcis *truci-dentur*, Nos *interim,etsi dura in cõditione,tñ quia ne cessitas urget,impetũ hostium sustinebimus*, Tu *quoq;* Hector *ingressus urbẽ,communi amborũ matri dices ut coactis amplissimis quibusq; fœminis,ædẽ* Palladis, *quæ in summa arce est,adeat,apertoq; templo,peplũ, quẽ illa in penatibus pulcherrimũ, honestissimum,pre ciosissimũ habet, palladio induat numini, spondeatq;*

duodenos, qui nondum iugum subierint, boues se quotannis eodē in templo immolaturam. si miserta nostræ urbis, miserta uxorū, miserta paruulorū liberorum, à muris arceat Diomedē *suum, terribilē bellatorē, quēq; fortissimū ego inter oēs Græcos existimo,* Neq; *enim unq̄* Achillē, *quē dea genitū, uiribus corporis oīm lōge principē tantopere extimuimus, quantū extimescimus* Diomedē, *cum quo nemo audet conferre manus,* Ea *ferocitate dimicat, atq; adeo furit,* Hæc Helenus *Cuius consilio acquiescens* Hector *frater, protinus, ut erat armatus, è curru desilijt: ac præfixa ferro iacula manu quatiēs, oēs ubiq; copias obibat, & eas animabat ad pugnam.* Ad *cuius imperiū instauratum est præliū, Græciq; omissa cæde quā de fugientibus faciebant, nō nihil retro sese dederūt, censentes ea re* Troianos *à fuga in bellū esse repente conuersos, quod aliquod eis auxilio numen cœlitus descendisset.* Hector *autē uociferans ita suos admonebat :* O Magnanimi *ciues, ac uos magnanimi socij, q̄ ad longinqnam expeditionem uenistis, nunc operas fortibus uiris dignas edite, nunc strenuū animū sumite, nunc in acie state, dum ab urbe redeo, quo pergo denunciatū primarijs fœminis, nostrisq; uxoribus, ut dæmonibus supplicent, eisq; solennia sacrificia spondeāt soluenda. si illi ipsas exaudiant.* Hæc *cum dixisset abijt, nigro corio, quod oras scuti circuibat, ceruicem talosq; uerberante.* At *Glaucus* Hippolochi *filius, ac* Tydides *in medio amborum exercituū, ut inuicē confligerent processerūt,*

qui cum iam propinqui essent, ad ictũ se utriq; aptantes, prior Tydides *Glaucũ ita affatus est*: Quis tu es *Glaucus cũ tandẽ fortissime mortaliũ, qui ex aduerso tam longe à* Diomede *cæteris procedis? (* Neq; *enĩ te unq̃ ante hac in acie uidi) tibiq; tantopere cõfidis, ut mecũ cõgredi audeas? quod quicũq; sunt facere conati, ipsorum morte miseram parentum senectutẽ reddiderũt,* Post *quos cũ tu similia tentes, homo an deus aliquis à cœlo delapsus sis ambigo,* Quod *si deus es, certiorẽ me fac,* Nã *non est mihi sententia pugnare cũ* Dijs, *ut* Lycurgus Dryantis *filius fecit, fortis alioquin uir: sed postq̃ cũ superis contendendũ sibi putauit, nõ diu postea uixit.* Hic *enim aliquando apud sacrũ montẽ* Nysæ *nactus temulentas* Bacchi *comites, eas est insecutus, nec ut* Bacchas *reueritus, sed ut uaccas urgẽs, prout quãq; furioso cursu assequebatur, stimulo pũgebat, et oẽs humi abijcere thyrsos coegit,* Bacchus *quoq; timore perterritus, immani cum clamore urgentẽ* Lycurgum *cum aliter uitare non posset, in maritimis fluctibus se abdidit quem pauidum, exanimatum, trementem, nec adhuc securum,* Thetis *in suum sinum recepit,* Ea *propter* Dij *immortales in* Lycurgum *uehementer irati sunt, eũq;* Saturnius Iuppiter *perpetua cæcitate affecit, nec ita multo post, ut dixi, extinctus est,* Dijs *omnibus ipsi infensis, quod mortalis cum immortalibus dimicasset.* Huius *ego exemplo nõ committam ut tecum pugnẽ, si ex numero es* Deorum, *Sin uero ex hominum, hoc est, unus eorum, qui nõ* Ambrosia *& nectare, sed frugi-*

Lycurgus à Dijs excæcatus.

Hoies frõdibus ac folijs similes

Bellerophõtis fabula

bus uictitant, procede, ut & tu meis manibus sicut cæteri oppetas mortẽ. Cui respondẽs Glaucus: Quid inquit, à me Diomedes natales meos sciscitaris? Eiusmodi est hoĩm genus, cuiusmodi & frondiũ, ut quemadmodum illarũ alias uenti autumnales excutiũt, alias iterum sub uernũ tempus arbor grauida producit, assiduoq; tenore, primæ quæq; occidunt, recentesq; succrescunt, Sic hoĩm alijs obeuntibus, alij nascũtur. Qđ si te iuuat qua quisq; familia oriũdus sit cognoscere, referã tibi natales meos, & quidẽ ita ut plane cognoscas, Sunt enĩ ualde illustres & celebres, Est oppidũ Ephyra in mediterraneis Argeos posita, ubi habitauit Æoli filius Sisyphus ille cunctorũ hoĩm locupletissimus, qui genuit Glaucũ, Ex Glauco natus est Bellerophõtes, uir munere deũ eximij tũ roboris tũ decoris, Hũc Prœtus oĩ Græcia rerũ potentissimus, sub cuius manu Iuppiter Bellerophontem esse uoluerat, quõ ad mortẽ mitteret machinatus est, Certe ut à patria sua abeßet, effecit, neq; id sua spõte, sed autore antea uxore, quæ falsam detulit ad uirũ querelã, Siquidẽ ubi cõtinentissimũ iuuenem ad furtiuũ cum ipsa concubitũ allicere nõ potuit, sons insontẽ apud regẽ accusauit, inquiens, Prœte, aut tu morere, aut Bellerophontẽ interime, qui me de stupro cõpellauit, & nolenti uim uoluit inferre, Quæ cũ audisset rex tã obscœna, tã fœda ingenti in illũ indignatiõe cõmotus est, Veritus tñ iura familiaritatis offendere, nõ putauit sibi fas eße, ut suis manibus, & domi suæ, de hoĩe suppliciũ sumeret,

Sed sa-

Sed satius alteri hoc ministerium iniungere, Itaq; in Lyciã ad Rheontẽ socerũ mittit cũ compositis codicillis, quos multis ad mortẽ ptinentibus exaratos obsignatosq; dederat ignaro pferre, p quos iubebatur occidi, Qui ubi in Lyciã peruenit, & ad flucta Xãthi, nõ sine deorũ tutela miro cũ honore à rege Lyciorũ exceptus est, & nouẽ diebus hospitaliter exceptus, immolatis p singulos dies in ipsius aduentus lęticiã singulis bobus, At postq̃ decimus illuxit dies, rex à Bellerophõte, num qd literarũ à genero afferret, quæsiuit, ac dari poposcit, Quibus acceptis, aptis, lectis (cõtinebant autẽ & crimen Bellerophõtis & pœnã) principio imperat ut Chimærã expugnet atq; occidat, aĩal indomabile, inexpugnabile, neq; humano sed diuino genere ortũ: anterius quidẽ leonẽ, posterius uero draconem, medio autẽ caprã: atq; terribiles ex ore flammarum globos cũ spiritu effundentẽ, Hãc Bellerophontes oĩbus deorũ fretus auxilijs interimit, Secũdo loco iussus est certare cũ pugnacissimis Solymis: quorũ certamen solebat ipse narrare q̃ acerrimũ fuisset, Tertio cõgressus cũ fortibus Amazonibus, eas interemit, Postremo aliud genus doli, quõ hũc perimeret, excogitat Hoĩm robustissimorũ ad fontẽ Lyciæ insidias collocat ut reuertentẽ aggressi obtruncarẽt, Sed ipsi ẽ cõtrario nunq̃ domũ reuersi sunt, ad unum oẽs obtrũcati. Hanc tantã uirtutis indolem Rex admiratus, atq; ex deo oriundũ esse cognoscens: nõ dimittendũ alio, sed illic statuit detinendũ: statimq; filiã cum dimidia & Chimæra

regni & dignitatis portione dedit uxorem, Quin ipsi Lycij eximiū quendam agrū partim consitū, partim aruum, quē peculiariter coleret, eidē partiti sunt, quem postea erraticū ab erroribus incolētis nominauerunt, Ex ea coniuge Bellerophontes tres sustulit liberos, Isandrum, Hippolochum, & Laodamiā, quæ ex cōpressu Iouis grauida Dium Sarpedonem genuit, Postq̄ autē Dijs factus inuisus est, in suo agro errabat consortia hoīm fugiens, & solitariā ac mœrore plænam uitam agens, Nam Isander quidē dum aduersus Solymos pugnauit à præside bellorum Marte occisus est, Laodamiæ uero Diana irata, mortē attulit, Hippolochus autē, qui ex tribus supererat, me genuit, & huc ad bellum Troianū dimisit, multis uerbis iubēs, ut niterer semper ad optima, & inter cæteros existerem eminentissimus, ne alioquin genus meum dedecorarē, degenerarēq; à maioribus: quos constat ex oībus, qui uel in Ephyra, uel in Lycia fuerunt, longe fuisse eminentissimos, & hoc est meum genus, & ex hac familia me ortum esse præ me fero. Hæc cum audisset Tydides, lætatus defixa humi lancea, Glaucum benigna oratione affatus est, Enīuero tibi mecū uetus hospitium est iam inde à nostris maioribus, Quippe ab auo meo Oeneo audiui à se domi nostræ uiginti diebus Dium Bellerophontē auum tuū iure hospitij habitū, ambosq; se mutuis donasse muneribus, Oeneū quidem fulgenti Phœnicei operis baltheo, Bellerophontem uero aureo poculo ac fabrefacto, quod ego huc proficiscēs,

domum

domum reliqui, Nā de Tydeo patre meo, an patri tuo familiaris fuerit, per ætatē audire nō potui, qui adhuc cum ille à nobis discesßit ad Thebas, ubi cū alijs regibus populisq; Græcorū occubuit, paruulus erā, Quare necessitudinē hanc inter nos custodire debemus, ut domi tuæ sit hospitium mihi, & tibi meæ: quoties aut me in Lyciam, aut te Argos uenire continget, simulq; huius necessitudinis in bello memores uterq; ab altero si obuij fuerimus, declinemus. Non enim parum multi sunt alij Troianorū sociorumq;, quos ego, uel deo uolente oblatos, uel pedibus meis fugientes aßecutus, occidam, causa Græcorum, quos, si tuæ uires ferent, poteris occidere. Atq; ut quemadmodū ambo præ nobis ferimus inter nos hospitij necessitudinē intercedere, ita cæteri intelligāt, armaturam inuicē permutemus. Hæc ubi dixerunt, de sua uterq; biga descendit, consertisq; manibus mutuā fidem dant, Dehinc inter se arma permutant: Glaucus aurea, quæ centū bobus (Iuppiter enim hoī mentē eripuit) Diomedes ferrea, quæ nouem bobus taxabantur. Hector autē, ut ad turrim portamq; Scæam uenit, matronæ ac puellæ ad eū occurrunt, circūsistunt, interrogant, aliæ de filijs, aliæ de uiris, aliæ de fratribus, aliæ de necessarijs. Eas ille, pro se quæq; ut oratū q̄primū deos eāt, hortatus, pluri sq; eni calamitatem imminere, ad regiam Priami se confert, Erat autē illa politissimo marmore uestita: inq; medio aulæ simili lapide, quinquaginta thalami longa serie cohærentes, in quibus filij regis cum uxo-

Diomedis & Glauci permutatio

ribus: è regione duodecim, instar horum, in quibus filiæ regis cũ uiris cubabant. Hoc *in loco mater, cum* Laodicẽ *filiarum pulcherrimã uiseret, fit obuiã filio, præhẽsaq; illius manu,* Quid *tandẽ fili inquit relicto nũc ancipiti prælio huc te cõfers? num ibi ex summa arce supplicaturus? quoniam supra muros execrandi* Græci *palãtes* Troianos *fugãt, atq; interimũt?* Mane *igitur paulisper, dũ uinũ tibi offero, quo primũ patri* Ioui *libes, cæterisq; dijs immortalibus: deinde te recrees,* Nã *me miserã, ut defatigatus, ut exhaustus es?* Tu *ꝑ uniuersis ciuibus ac socijs sollicitudinẽ geris ac pugnas,* Recreabit *aũt te (mihi crede) potus,* Hoĩs *nãq; defatigati ac defecti suaui uino mire & aĩus excitatur, et robur exurgit,* Cui *magnus* Hector *respõdens* Noli, *inqt, afferre uinũ uenerãda mater, ne me potius enerues, aĩusq; mihi ac robur elãguescat.* Et *nefas cẽseo ac piaculũ, illotis manibus sanguine ac sudore concretis,* Ioui *supplicare,* Tu *mater, tu potius, coactis primarijs fœminis, cũ libamẽtis atq; odoribus ꝑgas ad inclytæ* Mineruæ *templũ, et peplũ quẽ in penatibus preciosissimũ, amplissimũ, speciosissimũq; habes, palladio induas, numiniq; spondeas duodenos, q nondũ iugum subierũt, boues quotãnis te eodẽ templo immolaturã, si miserta nostræ urbis, miserta nostrarũ uxorũ, miserta paruulorũ liberorum, à muris* Troianis *arceat* Diomedem, *sæuum terribilemq; bellatorem,* Tu *itaq; mater illuc ibis, ego uero ad lares* Paridis *pergã, ut accersam eum ad præliũ, si me tamen audire uolet. cui utinam*

Vini uirtus

ſtatim terra dehiſceret,eumq́; ego in ipſam telluris uoraginē uiderē ire præcipitē,quē Iuppiter in Priami filiorūq́; eius ac Troianorū perniciē ali uoluit,amentē cæcum,& nullum,ut arbitror,ſenſum ſuorū malorū habentē. His dictis regreſſa illa domū,ancillas accerſitum ire ex tota urbe primarias fœminas iubet,Tum deſcēdēs in thalamū odoratū ac fragrantē,ſcrinia adit,aperitq́;,in quibus pepli doctiſſimis Sydoniarū fœminarū elaborati manibus,repoſiti erāt,Quos ex Sidone ſpecioſus Alexander attulerat,ea nauigatione,qua ad Troiam rediјt,Helena abducta, Ex his Hecuba eū elegit,qui ultimo loco ſedebat ſpecioſiſſimū,ampliſſimū,et in ſimilitudinē aſtri micantē,atq; hoc ſumpto inter numeroſum cōfluentiū fœminarū comitatū ad templū Mineruæ,quod erat in ſumma arce,ſe contulit:quo cū ueniſſet,inſignis Theano Ciſo genita & ſummi Antenoris cōiunx,quā Troiani ſacerdotio Mineruæ præfecerāt,ualuas aperuit, atq; cū cæteræ ingreſſæ paſſis manibus ante numē orātes, templum oē muliebri uociferatiōe implerent,ipſa de manibus ſumptum peplū Palladio induit,deinde Pallada his uerbis obſecrabat:Armipotēs,& alma Iouis filia, dia dearū Pallas,excute illud tremendū feri Diomedis telū,eūq́; pronū ante portas Scæas ſolo ſterne,ut tibi uoti cōpotes,& nunc duodecim q iugū nondū ſubierūnt boues,& quotannis totidē in hoc tēplo immolemus, miſertæ huius urbis,Troianorūq́;,matronarū, ac paruulorū liberorū.Sic illa precabatur: Pallas uero & hu-

Pallas preces Troianarū fœminarum auersatur

lus,& aliarū preces abnuebat. Interea dum hæc mulieres agūt: Hector gerēs manu decē cubitorū pilū, fulgenti spiculo cum circulo aureo præfixū, ad ædes cōcessit Alexādri, quas ille sibi in summa arce iuxta Priamū atq; Hectorē, thalamo, domo, aula præclaras ædificauerat, adhibitis præstantissimis quibusq;, qui in Troia eßent, & architectis et fabris: has ingressus offendit in thalamo fratrem instruēdo ornandoq; scuto thorace, arcu, occupatum, Helenam quoq; stantē, & ancillis quomodo scitißime operarentur præcipientē atq; iubentem: Eum à ianua Hector intuitus, fœdis in hunc modū increpuit uerbis; Dæmonie qd hic te cōtines? profecto nō probe tantam contraxisti aio indignationē, tua causa tantū belli incendium conflatū est tua causa ciues socijq; ad muros in acie stant, prælian tur, occūbunt, tua causa iam urbs cincta à uictoribus Græcis est, ac clamor bellantium sonitusq; armorum undiq; ex urbe exauditur, & tu domi ocium tenes? q si in prælio adesses, alij quoq; si quos cessare cerneres & ipsi pugnarent, & nisi faceret castigares: tolle igitur moras, egredere in bellū, ne forte hæc urbs concidat, incēdio conflagratura. Ad hunc respondēs formosissimus Alexander: Quandoquidē inquit, ex æquo me Hector increpasti, nō præter æquū tecum ita loquar, ut uelim te meis uerbis aures accōmodare atque attēdere: ego uero nequaq̄ tantope, quēadmodū existimas, iratus sum atq; succenseo, ut propterea intra cubiculū manendū mihi putarē, sed acerbitatē animi

mei

mei cõpescere uolebam: nunc uero uxor blandis me affata sermonibus, ad repetendũ bellum induxit: Id qđ & mihi uidetur satius fore: nam uictoria in hoĩbus altera res est, & ut modo uictus sum, ita rursus uincere potero: Quare age, dũ mihi arma circundo, paulisper expecta, aut abi, & ego in uia te aßequar. Hæc Alexãder. Cui nihil respondẽte Hectore, Helena mitibus eũ sic allocuta est uerbis: Leuir mi (si te Leuirũ meũ mihi appellare fas est, catellæ miseræ atq; infœlici) Oportebat quidẽ, quod utinã fuisset, ut quo die primũ me parẽs in lucẽ edidit, eo die infaustus aliquis uentorum turbo, aut in desertum montẽ, aut in marinos fluctus asportasset, ubi demersa essem, priusq̃ ista quæ fiunt, contigissent: Verum quando consilium deorum fuit, ut in hæc mala inciderẽ, debueram certe meliorẽ sortiri maritum, cui è tanta uerborum factorumq; cõtumelia ab oĩbus hominibus atq; ignominia doleret, & qui probra more hominum intelligeret: Quod hic non facit, nullum neq; habens neq; habiturus hominis sensum: Quo magis reor ab omni eum negocio cum dedecore discessurum: Sed eia age mi Leuir, ingredere quæso, ut sedeas parumper in hac sella, tu enim es, quẽ præcipua rerum agendarum cura sollicitat atq; angit, & qui plus laboris sustines propter nos duos, me catellam, & hunc improbum qui me adduxit, ambos infausto genitos fato, & à Ioue infandæ morti destinatos, ac post mortem apud omnem posteritatem futuros fabulam atque cantilenam. Ad hanc respondens

dens Hector: Noli me inquit Helena, & si amantissimo facis aīo, inuitare ad sedendū, Non enim acquiescā sollicitus ut q̄primū redeā ad auxiliū Troianorū, qui magno mei absentis desiderio tenētur, Potius istū, ut maturet, hortare, ipse quoque sibi hortator sit, quo me adhuc intra urbē consequi possit: nā anteq̄ muros egrediar, ibo domū, uisurus domesticos meos, ac charā uxorē cū paruulo filio: neq; enī scio an è prælio amplius ad conspectū eorū rediturus sim, an in acie græcorū manibus cōfectus occumbam. Hæc locutus Hector, abijt, et ad insignes lares suos prexit: Ibi non inuēta intus Andromacha (exierat enim illa, & in turri stabat cū ancilla, & filio plorans, & lachrymis madens) profecturus erat: & cū ad ostiū uenisset, subsistens, ad pedißequas inquit, Agedū famulæ sine mendacio mihi respondeatis, quonā è domo Andromacha p̄fecta est? ad aliquam ne aut glorum, aut nutricum, an ad Palladis tēplum, ubi aliæ fœminæ immanē deā placare nituntur? Cui propere respondēs præposita familiæ: Quoniā, inquit, Hector tam impense nos cogis uæritatē loqui, illa neq; ad aliquam uel glorū uel nutricū, neq; ad Palladis templū ubi aliæ fœminæ immanē deam placare nituntur, sed una nutrice comite, quæ puerū gestat, ad alteram murorū turrim p̄fecta est, properans, attonita, & insanienti simillima, quod audisset uehemēter urgere Græcos, profligari Troianos. His auditis ex illa, Hector egressus domo abibat, qua uenerat uia, p̄ mediæ urbis insignes plateas tendens

dens ad Scæam portam, qua erat in campum proditurus: Ad quam aduētanti, ac iamiam egressuro, uxor rapido cursu obuiā fertur, hæc est Andromacha Eetionis filia, q apud opulētas Thebas agens Cilesensibus imperauit. Comitabatur autē eam famula, eadēq; nutrix cū alumno suo Hectoris & Andromachæ filio, quē ad sinū baiulat, paruulum, tenerum, festiuū oculis & toto ore sidereo, cui pater Camandrio imposuerat nomē, sed eū cæteri Astyanactem uocare maluerunt, quod solus illius pater urbē tutaretur. hoc cōspecto arridēs Hector, tacitos in eo oculos defigebat. Tum Andromacha, ut erat soluta lachrymis, accedens, manumq; uiri præhendēs, inquit. Dæmonie, tua ista te ad interitū præcipitabit audacia, Crudelis, nō te miseret paruuli filij, nō te miseret mei, quæ infœlicissima protinus, si egrederis, futura sum uidua? Continuo namq; oībus in unum ingruētibus Græcis trucidabere, ut mihi anteq̄ hoc uideam, utilius sit ab ipsa tellure sorberi Quod enim miseræ si te amittam supest gaudiū? quæ uoluptas? quæ uitæ iucunditas? Quid nisi assiduus dolor? cōtinuus mœror? perpetuæ lachrymæ? An oblectarē ætatē meam cū altero uiro? An uero sustinere possem alijs me ullis cōmittere amplexibus? An parentū cōtubernio uterer? at illi mihi erepti sunt. An fratrū solatio animi tormēta mitigarē? at eos, q mihi septem erant, uno die oēs amisi, oēs crudelissimus Achilles, cū armēta boum atq; ouiū greges pascerēt, interemit. Idē illos meumq; parentē uita priuauit, euersa prius pulcher-

pulcherrima ædificijs & frequentissima populis urbe Thebana, ubi pater regnauerat, ubi & orta sum, ubi nūc circa sepulchrū patris consitis ulmis nymphæ Oreades Iouis filiæ habitant: neq; hunc postq̄ uita exuit exuere etiā armis uoluit (religiosum namq; id sibi putauit) sed armatū cōbussit, eiq; bustū fecit. Idē matrē meā cum uniuersis regni opibus abduxit, quā immēsa summa redēptam, Diana apud ædes paternas cōmorantem sagittis interfecit: Tu mi Hector unus mihi relictus es: Tu mihi es oīa: Idē pater es, idē mater, idē mihi iucūdißimus es maritus: Quare miserere quæso huic miseræ, ne orbata uiro fiat miserior, Miserere communis filij, ne infantē pupillum pater uiduæ matri relinquas: Mane hic apud Turrim, ac cæteros coge ad caprificū, ut hinc urbē defendant, ubi muri minus ardui sunt, & qua urbs maxime a discurrētibus hostibus circūiri, inuadi, & expugnari potest: qua etiam fortissimi quiq; græcorū, ducibus utroq; Aiace, utroq; Atrida, Idomeneoq;, ac Diomede, ter irrumpere tentarunt siue admonitū alicuius auguris secuti, siue sua sponte inducti, suisq; uiribus aut sua audacia freti. Cui respondens Hector: Ista quidē inquit oīa uxor quæ cōnumerasti, & mihi curæ sunt: eadē ipse cogito, eisdē moneor: Sed Troianos Troianasq; erubesco, si uelut imbellis quidam eminus a cæteris subterfugiā pugnā, & nihilominus nō patitur animus ignauiæ sibi esse conscius, & ne mihi dißimilis sim, qui consueui semp gnauiter agere, & in primis strēnue pugnare, ut & mihi &

Hector uxori.

mihi & patriæ magnæ gloriæ essem, Iam uero nõ me præterit fore, ut aliquando illustris Troia *cũ sapientissimo* Priamo *alijsq; Troianis excindatur a* Græcis, Qua *ex calamitate ego nõ tantope doleo uicẽ aut meorũ ciuiũ, aut germanorũ, qui & cõplures mihi sunt & egregij, hostilibus manibus mactandi, inhumatiq; relinquendi, aut* Priami *patris, aut* Hecubæ *genitricis quantũ tuam, ꝙ in alicuius hostiũ manus captiua peruenies, ꝙ flens ac lugens in* Græciam *transportabere, ꝙ ibi inter gregẽ ancillarũ texes, ꝙ aquam seruilem in modum, nunc prima luce, nunc meridie feres, inuita tu quidẽ, & quantũ in te erit renitẽs, sed acerba seruitij necessitate cogeris,* Atq; *erunt, qui tunc dicant, cũ tantam uim lachrymarum decurrere ꝑ uultus tuos intuebuntur:* En *uxor* Hectoris, *qui in bello* Troiano *præstantissimas inter suos operas edidit.* Hæc *illi cũ dicent, uulnus doloris tui iterum rescindetur desiderio huiusmodi mariti, & qui si uiueret, te posset a tristi seruitute liberare:* Verũ *tunc subter humũ luce uiduus lateam potius, q̃ uiuens tuam captiuitatẽ, tuasq; lamentationes, aut per me, aut ꝑ alium audiam.* Sic *locutus* Hector, *utramq; manum filium amplexaturus extẽdit:* Ille *auersans patrẽ, atq; exclamans: in sinum sese nutricis infudit:* Expauerat *enim clausam patris galea faciẽ, micantemq; ferro bucculam, terribilemq; super conum, & motu ipso minaces cristas, ad quam formidinem pater ac mater cachinnos sustulerunt.* Mox Hector *dempta capiti galea, humique deposita*

posita, filium iam nihil timentem postquam osculatus est, atq; in manus sumpsit, his uerbis Iouem aliosq; deos precatus est. Iuppiter pater, uosq; alij dij, uelitis meum hunc filiũ in hac urbe regnantẽ, ea uirtute in tuenda patria, atq; ea gloria fore, qua nunc est pater suus, Cumq; redierit uictor à cæde hostiũ, crueta referuens spolia, sint qui dicant, profecto hic multo est, q̃ pater fuit, in Marte præstantior, Quod uidens audiensq; mater, gaudio impleatur. Hæc precatus in manibus charissimæ uxoris collocauit: Illa ad uerba uiri, cũ infantẽ fuisset amplexa, cum risu in lachrymas erupit Eam intuens Hector, ac miseratus manu cepit, atq; ita affatus est: Dæmonia nõ ita mihi te maceres, Nihil est q̃d te supra modũ afflictes timore mortis meæ, Mortẽ quidẽ effugere datum est nemini, siue ignauus sit ille, siue strennuus: In cõmuni namq; unusquisq; nascitur cõditione mortalitatis. Mihi autẽ quisquis eripiet uitam, certe sine dedecore morictis eripiet: Tu uero, quod ad te attinet, abi domũ, & quæ tibi curanda sunt, cura: tælam, & colũ, ancillasq; exerce, & ut opi domestico incumbant, iube: hoc officium munusq; tuũ est. Viris autẽ suum relinque, ut curẽt bella. Quod cũ oĩm aliorũ propriũ, tum inter Troianos præcipue meum est. Hæc locuto Hectore, & cassidẽ, quam deposuerat humi, tollente, uxor digressa est. Et erumpente maiorẽ in modum fletu, domum redijt. Quã cum intra uit, ubi chorus famularũ aderat, ingentẽ cunctis ploratũ excitauit. Videres ibi funebrẽ lamentationẽ, &

Moriendũ est oĩbus

uiuens

uiuēs adhuc Hector,*quaſi mortuus domi ſuæ plange-batur*, Aiebant *enim non poſſe eum uim uireſq́; Græcorum effugere,nec ad ſuos amplius eſſe ē prælio reuerſurum.* Vix Andromacha *pfecta, ecce ibi* Alexander,*q nō diu moratus,cū primum decora ſibi arma circundedit,egreſſus plœno ueniebat gradu,ſimillimus equo,qui diuturno ocio paſtus ad plæna præſepia,tandem ruptis uinculis fugit,nactusq́; planiciē,erectis criſpitantibusq́; pedibus, ſublimi ceruice inſurgentibus iubis,currit,aut in aſſueta paſcuis loca,aut in aſſueta lauationi flumina,aut uiribus fretus in* Polias *equarum.* Talis Paris *à ſumma* Pergamo.*per urbē fulgentibus armis uadebat,ueluti gallus quidam lætus & alacer,atq; ſic celerans fratri preſto fuit,iam illinc pficiſci uolenti,ubi cum uxore fuerat ille congreſſus.* Ad *quē ſic prior locutus eſt:*Maior *natu frater.feſtinantem ego te q̃primū prodire tarditate mea remoratus ſum,neq; celere,ut me iuſſeras, adueni.* Cui *reſpondēs* Hector,*Dæmonie inquit*,Tibi *quidē nemo æquus rerū extimator bellicam laudē detraxit*,Es *& in bello ſtrennuus,ſed libenter ceſſas, & ad bellum uenis inuitus,coactus,ſegnis:qua ex re, cum te paſſim male audire à cæteris* Troianis,*qui tua cauſa plurimas patiuntur erumnas,carpi cōuitijs audio,ut uror aīo, ac crucior.*Sed *age eamus in præliū,iſta poſterius mitigaturi,cū domi fugatis ē* Troiana *terra hoſtibus,cratera dijs immortalibus,ex more ſtatuemus,ſi quādo nobis hoc* Iuppiter *conceſſerit.* Finis Sexti.

¶ Ausonij poetæ, in Septimũ Homeri Iliados librũ Argumentum.

HABC vbi dicta dedit portis sese extulit Hector.

¶ Mineruæ Apollinisq; cõsensu fortissimus græcorum ab Hectore prouocat. Nouẽ ducibus ad dimicandum paratis pugnaturum deligi placet sortis euentu, ab Aiace Thelamonio præliũ singulare conserit. In quo Hector lapide ictus in suorũ se recipit multitudinẽ, pseuerante certamine caduceator Idæus interuenit. Tum inuicẽ missis muneribus pugna sedatur. Hector Aiacẽ gladio: Aiax Hectorẽ baltheo muneratur. Intercessu noctis exercitus quisq; in sua discedunt: Die altero interfectorum humatio procuratur. Græcorum etiam naualia fossa ac vallo circundata muniuntur.

ILIADOS HOMERICÆ

Liber Septimus.

HÆC cum dixisset Hector, *ambo portas egressi, ac prono in bellũ animo uadentes, nõ aliter se in conspectum suorũ dederunt exoptatos, q̃ conflatus sunt, quos Deus dat nautis per lata maris spatia, defatigatis in remigãdo, atq; exhaustis.* Hic *in ipso statĩ aduẽtu duos prĩcipes uterq; interemit, Alexãder* Menesthiũ *ex* Arna *urbe, atq;* Areithoi *et* Philo*medusæ filiũ,* Hector Eïoneũ, *lancea inter cassidẽ thoracẽq; in iugulũ adacta,* Glaucus *quoq; in media pugna* Iphinoũ Dexiadẽ *pilo pcussit, & ab equorũ dorso in quod ille insilierat, moribundũ deterrebat. Hæc ut* Pallas *aduertit, dolẽs* Achiuos *manibus* Troianorum *interfici, ptinus ad sacrã* Troiam *de cœlo delapsa est* Cui Apollo, *q è* Pergamo *pugnã inspectabat cupidus uictoriæ* Troianorũ, *obuiã pcessit, cũ ambo apud fa-*

gum

gum congreßi eßent, prior Apollo: Quid tu inqt, magni Iouis filia cœlitus uenies pperas agere? qd cōtraria es? Ingēs te, ut uideo, trahit affectus: Nunqd ut uictoriā de manibus Troianorū, quos tu immitis destructos oīno uis, eripias, tradasq; Argiuis? Quod si mihi acquiescis, multo præstiterit, dirimamus prælium, nec sinamus hos ulterius hodie pugna sæuire, pugnaturos postea eos, donec Argiui (quoniā ita uobis dijs est cordi) sacrā Troiā euertant. Ad quē respondens Pallas Sic inqt Apollo, ut ais, isto & ipsa aio à cœlo ad græcos Troianosq; descenderam, Sed qua ratione censes bellū inter hos eße dirimendū? Hac inquit ratiōe Apollo, inducamus Hectora, ut ultro puocet Argiuos, postulans ex eis unū pdire, q cū eo dimicet singulari certamine, cuius hostes uirtutē uigorēq; admirantes, unū de suis deligant, quē cū dio Hectore cōmittant: his Apollinis uerbis Pallade acqescente: Helenus intellecto deorū decreto, ad Hectorē accessit, atq; inqt: Hector fortißime, prudētißimeq;, obtempera cōsilio meo, qd fidele erit, quippe cū frater sim: iube cæteros oēs tū Troianos, tū Græcos intermißa pugna sedere spectantes, atq; eum q ualidißimus est inter Græcos, puoca ad singulare certamē, neq; te mortis teneat metus. nam si quid mihi credendū putas, uocē Deorū immortaliū exaudiui, qui nequāq tibi mortē ex hac pugna impēdere dixerunt. His auditis Hector, mirum in modū lætatus proceßit in mediū, ac lancea, quam mediam tenebat, Troianorū phalanges ceßare, & retro

ſeſſum ſe recipere iubebat: qbus ad unum oĩbus obtem perantibus, & ſe in ſeriẽ recipiẽtibus, Agamẽnon, & ipſe eundẽ in modũ ſuis imperabat, Pallas autẽ atq; Apollo. ſub ſpecie uulturũ præcelſam Iouis fagũ inſidebant, læti illo tot armatarum cohortiũ ſpectaculo. Sedebant autẽ cohortes horrẽda quadam ſpecie denſatis clypeis, caſſidibus, lanceis, Diceres ſimiles fluctibus, quos recens Boreæ ſpiritus è fundo ciet, & frequẽtes p atra põti æquora ꝑpellit. Ibi Hector in medio utriusq; exercitus ſtans profatus eſt, Auſcultate hæc uniuerſi Troiani pariter & Græci, q̃ ad uos conſtitui dicere. Fœdera quidẽ inter Alexandrũ atq; Menelaũ Iuppiter rerũ arbiter fecit, ut rata non eſſent, nimirũ & uobis infeſtus, & nobis, excogitans quomodo hoc bellũ non habeat exitum, ſed debellationis, & alterutrius euerſiõis, ut aut uos Troianos cũ urbe noſtra, aut nos, cũ ueſtris uos nauibus euertamus, Nũc autẽ ſi qs ueſtrum (Sunt enim iſtic præſtantiſſimi q́q; Græcorum) confidit ſibi, ut mecum dimicet ſingulari certamine, agedũ procedat, hac ſcilicet cõditione quã dico, Cuius Iuppiter opt. maximus inter nos teſtis ſit, Si me is, qui mecũ dimicaturus eſt, occiderit, cõtentus ſit armis mortuum ſpoliaſſe, Cadauer autẽ reddat in urbẽ reportandum, quod Troiani Troianæq; in ignem imponant, & funeri iuſta perſoluant, Sin contra ego illum occidero (quam gloriam mihi Apollo tribuat) tantummodo exuam armis, quæ delata in urbẽ ſublimi Apollinis templo affigam, reddito ſuis cadauere, quod

ad naues reportent, ubi ad oram Hellespontiaci *maris sepeliant, eiq; insigne monumentum extruant, in longam usq; posteritatẽ duraturũ, quo tẽpore, qui nauibus hac præteruehẽtur, cũ monumentum intuebũtur, dicent:* Ibi *situs est uir grauis, quẽ in bello longe fortissimũ priscis sæculis eximius* Hector *occidit singulari certamine,* H*æc illi nauigantes cum dicẽt, uidetis fore, ut nunq̃ gloria mea obliteretur. hæc* Hector. *Præstantissimi autẽ quiq;* Græcorũ *quos prouocatio hæc appellabat, nihil responderunt, sed diu sese cũcti intra silentiũ tenuerunt: quippe quos ut ab recusando pudor, sic ab accipiẽdo metus distinebat:* Tandẽ Mene*laus surgẽs, alto suspirio dolorẽ suum indignationẽque declarans, hunc in modũ his qui tacerent, probra ingessit:* O *uiri uerbis animosi, nõ rebus, nunc minaces hoĩes, nõ pugnantes, nunc* Graiæ, *iam non* Graij, *tantũ ne dedecus sustinere, tantũ opprobrij pati potestis, ut oĩno ex uniuerso noĩe* Graiorum *nemo existat, qui armis cum* Hectore *decernere audeat?* Itaq; *uobis imprecor, ut istic. sicut sedetis ignaui, timidi, inglorij, aqua & tellus efficiamini:* Ego *uero ne honori &* Græciæ *& meo desim, cõtra* Hectorẽ *arma sumere nõ recuso:* Penes *deos autẽ est, cui uelint indulgere uictoriam.* H*æc locutus, arma quæ deposuerat, sibi induebat, ut in hostẽ se conferret: qua in pugna ultimus tibi dies* Menelae *illuxisset, sub* Hectoris *manibus (multo enim uiribus erat te ille præstantior) occasuro, nisi cæteri principes surrexissent, prehensumq;*

Menelaus cũ Hectore congredi uult, sed nõ pmittitur à fratre.

retinuissent,& imprimis Agamēnon,*qui dextera fratris arrepta,hoc eum sermone cōpescuit:* Menelae *insanis, nec quid coneris intelligis:* Inhibe *feruorē istū animi,& si inhibere difficile est,* Neq; *enim te sinam tanta uesania duci,ut præ studio cōtentionis uelis cū fortiore pugnare,& manus cōserere cū* Hectore,*quē cæteri reformidant,quē* Achilles *ipse in bello aggredi exhorrescat,*Achilles *inquam,qui te longe est fortior:*Tu *quidē recipe te sessum ad comites tuos,* Erit *autē quē* Græci *aduersus* Hectora *esse idoneū ducant qui quantūuis intrepidus sit, & certandi insatiabilis, tamē affirmo,si modo mortē effugiet,libenter dirimet pugnam,libenterq; æquo* Marte *discedere uolet,et ob hoc dijs gratias aget:hæc dicēs* Agamemnon,*germanum à sentētia reiecit,in suamq; (grauiter namq; locutus erat)adduxit.*Famuli *uero ubi* Menelaū *fraterno cedentē consilio uiderunt,læti ꝓtinus arma ab humeris exuerunt.*Tunc *surgēs sacra quadam præditus maiestate* Nestor:O *indignum facinus heroes(inqt) heu quantū mœroris ex hoc nuncio accipiet* Græcia, *quantū* Peleus Myrmidonū *& imperio & facundia princeps,*Peleus *ille,qui domi suæ percōtatus singulorum uestrū genus ac parētes,tanta cū uoluptate referentē me audiebat,q̄ frequēter nunc ē cōtrario seniles illas manus tollet ad cœlum,rogans à* Dijs *immortalibus se uita priuari,& ad inferos trudi,cū audiet cunctos* Græcos *terrore ꝑculsos,noluisse dimicare cū* Hectore:*quod utinam tu pater* Iuppiter,*& tu* Minerua

Nestor Græcis

& tu

& tu Apollo faceretis, ut annos pubertatis agerem, qualis olim fui in bello Pylioru͂ atq; Arcadum apud clamosum Ocyrhoü, *p͞pe flucta* Iardani,*ad muros ur bis* Pheæ.Erat *illic* Ereuthalion *quida͂,uir tu͂ miracu lo corporis,tu͂ excellētia armoru͂ precipuus:*Donaue*rat autē ea arma arbiter bolloru͂* Mars *dio principi Areithoo,quē uulgo* Clauarium *noīabant,ꝙ nō gladio,nō lancea,non sagittis in bello uteretur,sed ferrea claua, qua sola hostiles phalanges prumperet: hunc* Lycurgus *cum uirtute nō posset, arte trucidauit, aggressus inter angustias uiaru͂,ubi nullus foret clauæ usus,nihilq; tælu͂ ad arcendā necē domino ꝓfuit:quippe occupato ictu* Lycurgus *mediu͂ lancea transfodit, resupinu͂q; humi prostrauit,ac mortuu͂ armis exuit,q̄bus postea semꝑ,du͂ ætas tulit,oībus in bellis est usus:* Postq̄ *uero p ætatē res amplius bellicas administrare non poterat,*Ereuthalioni *spectato famulo gestanda cōcessit:hoc itaq;* Ereuthalione *his armis induto,cōfidente,anteq; cæteros socios progresso,et fortissimum quemq; de nostris ad singulare certamē prouocante, cu͂ reliqui timore ꝑterriti cōtinerentur ac tremerent, ego etsi minimus oīm natu eram,nō sustinui animo detrectare pugnam, cōfisusq; mihi ipsi sum, & audaciæ meæ* Pallas *adfuit,gloriamq; insignem cum uictoria ꝑtulit,hoste occiso,quē uidisses ut ualentissimum,ita ualentissima immensi corporis mole humi iacentē: q͞d si qualis tum fui ætate & uiribus,talis nunc essem ultro aduersus* Hectora *me conferrem:* Nunc *cum flos*

omnis Graeciae adsit, nulli uestrũ praesens animus est, ut prouocantis certamẽ accipiat. Ad hãc *senioris* Ne*storis castigationẽ cõmotus chorus ille nouẽ fortissimorũ surrexit, significans se unusquisq; eũ esse, q uelit pugnare cũ* Hectore, *; sed multo ante caeteros principes exercitus* Agamẽnon, *post hũc* Tydides, *deinde uterq;* Aiax, Thel*amonius, & Oilei filius: tum* Idome*neus, unà cũ famulo suo* Merione, *post hos* Eurypilus & Thoas, *atq;* Vlysses: Q*uibus* Nestor *sic protinus inquit,* Sortiendũ *inter uos est, cuius sit futura pugna cũ* Hectore: V*erumtamẽ quemcunq; sors deliget, eũ admonitum uolo, si ex hoc certamine incolumis euaserit, & sibi & reliquis* Graecis *priuatim & publicae uoluptati ac gloriae fore:* Sic *locuto* Nestore, *nouem sortes pro se quisq; suam, quo uisum est signo, notauerunt, easq; in* Agamẽnonis *galeam deiecerũt.* Interea *plebs sublatis in altũ oculis manibusq; his uerbis obsecrabat:* Iuppiter *pater, da ut aut* Aiacis *Thelamonij, aut* Diomedis, *aut* Agamẽnonis *sortis exeat locus, atq; ita euenit:* Aiacis *quem potissimũ cupiebant, sors ꝓlata est:* Protulit *autẽ eam* Nestor, *prius concussa cum sortibus galea, deditq; praeconi circumferendã ad singulos, & cuius manu signata esset agnoscendam,* Ac*ceptam praeco à sinistro in dextrum means, singulis gradatim ostendebat, nullo signum agnoscẽte, cum ad* Aiacem *Thelamonium, qui ultimus erat deuenisset, aduenienti* Aiax *manum porrexit, sortem acceptu*rus, *inspectaturusque:* Ea *tradita, inspecta, & cum*

gaudio

gaudio agnita, mox ibi ante pedes suos abiecta, ad proceres inquit: O socij, sors mea est, & meã potissimum quidẽ gaudeo, Videor nãq; idoneus, q Hectora superare possim, Vos autẽ, dum armis me instruo, uota facite Ioui, non tñ palam, sed silẽtio, ne Troiani formidinis signum interpretẽtur: aut sine silentio, si uultis. Quid enĩ uerear. illi ne plus animi capiant? Ego uero eorũ, neq; Hectora, neq; quempiã formido, Nam si qd mihi genus & patria & educatio cõfidere permittunt, profecto nemo erit, q me tanq̃ parum fortẽ aut tanq̃ parũ peritũ rei militaris terga uertere cõpellat fugientẽq; auide prosequatur. Sic locuto Aiace, intuẽtes in cœlũ illi pro se quisq; dona ferebant, Inter quos erant q hunc in modũ precarentur: Iuppiter pater, q monte Idæo præsides: idẽ opt. maximus, largire Aiaci ex hac pugna honestã cum laude uictoriã. Aut certe si Hectorẽ amas, eiusq; tibi cura est, idẽ roboris utriq; idẽ ambobus ex hac pugna honoris & laudis tribue. His ita uota faciẽtibus, Aiax interim se armabat, Atque ubi cũ armatura instructus est, processit, ut cõstaret aspectu ipso uere eũ eße propugnaculũ Achiuorum. sicut ingẽti corpore, ita ingenti aĩo, ridẽti uultu, sed tñ feroci, pleno gradu, ac sublimi dextra trabalẽ lanceã quatiens, sinistra illud scutũ immane proferẽs turris instar, quod ei fecerat longe optimus artis scutariæ opifex Hœtychius, q habitauit apud Hylẽ. ex septem electorũ boum tergoribus, inducta desuplamina ferrea. Et qualẽ ferunt Martẽ ipsum ad bellũ ire ho

Aiaci Thelamoneo forte obuenit, ut singulari certamine congrediatur cũ Hectore.

minum, quibus acres Iuppiter incutit stimulos inter se decertādi, talis ad certamen Aiax ibat, Quē ita strenue euntē Graeci uidētes, maiorē in modū lætati, optimam spem uictoriæ caplebāt. At Troiani ingēti metu correpti cōtremiscebant, adeo ut ipsum quoq; Hectorem corde ob metū uehemētius palpitante, prouocasse pœniteret, Sed iā non erat integrū pugnam detrectare, & ad suos se recipere: quia ad certamen ultro ipse alterū prouocasset. Ille ubi proxime ad Hectorē accessit, stetit, eūq; minacibus uerbis allocutus est: Hector, hodie cognosces plane ex singulari certamine, quales sint, quos tu prouocasti, fortißimi quiq; Græcorum, Achille excepto, Ille enī præter cæteros et ardore aī pollet, & robore corporis, Sed nūc Agamēnoni principi infensus in tentorijs se continet, Secundū Achillem cōplures sunt idonei tecum soli cū solo conserere manum, quorū ego unus sum, Quare age capesse iam pugnā, ac tu incipe. Cui respondens magnus Hector Ne mecum inquit princeps Aiax uerbis agas ad terrendum appositis, tanq̄ cum muliebri sexu, aut puerili ætate, cui p imperitiam rei bellicæ facile timor incutitur, Ego scientia rei militaris peritus sum, ego mortiferos ictus inferre & propulsare didici, totosq; dies sub armis in diro Marte transigere scio, Nunc sinistro nūc dextro brachio parmā gestans, utraq; manu pugnare scio, Quo modo ex equis dimicandū sit, quō in pedestri certamine, scio. Deniq; quō hostis insidijs sit atq; arte fallendus, Verum cū talis sis uir, nolo te

Aiax Hectori.

Hector Aiaci.

ex occulto

ex occulto, sed ex aperto ferire, si feriam. Hæc dicēs trabalē retro lanceā reduxit, in Aiacemq; contorsit, Quæ in scutū Aiacis illata, à chalybæa lamina, quæ extima & octaua erat, ac sex corijs transactis, ad septimum hæsit, Tum Aiax secundo loco, suam & ipse uibrauit, qua nō modo Hectoris opertum chalybe clypeum traiecit, uerumetiam fidelissimum thoracem ad ipsum usq; uentrem: quem etiam traiecisset, nisi ictus impetum Hector declinatione uitasset, Tum utriq; euulsa hasta, qua percussi erant, eaq; librata, concurrunt, rabidis leonibus similes, aprisue, quorū etiam nō imbecille est robur, Et Hector quidem mediū Aiacis scutum feriens, ferream laminam nō perrupit, sed reflexo ad ictū spiculo hasta resilijt, Aiax uero ad ictū insurgens, parmā Hectoris fregit, sed non ita ut perforaret, Nam dum eam Hector ad excipiendū ictum paululū deflexit, hasta uero è parma fugiens nōnihil de collo Hectoris, seruato tenore, pstrinxit, atro cruore q statim profluxit uulnus indicante, quo nihilo minus à pugna Hector non destitit, sed aliquantum relato pede, atq; prægrandi rudiq; saxo, quod humi iacebat arrepto, ipsum umbonem hostilis scuti cum immani fragore percussit, Tum Aiax sublato inuicem lapide, multo quàm illius fuerat uastiore, & uelut molari, in hostem terribilis fertur, aduocatisq; omnibus uiribus, in rotundo clypeū ferit, introrsumq; perstringit, Quo ictu offensis Hectoris genibus, quantus fuit resupinus supra ipsius clypeum cum ruina

exten-

extendit, Eũ tamen protinus Apollo alleuauit, Et forte strictis gladijs rẽ cominus egissent, nisi præcones, Iouis & hoĩm angeli affuissent, Talthybius atq; Idæus, hic Troianorum, ille Græcorũ, uterq; uir prudẽs, uterq; sceptrum manu gestans. Qui cum sceptra pro se quisq; in medium pugnatorum dirimendi certaminis gratia intendissent, Idæus, ut erat grauis, his illos uerbis affatus est: Ne ulterius charissimi filij, ne pergatis dimicare, Desinite à pugna, ambos diligit Iuppiter, ambo estis bellatores, & tales uos esse oẽs cognoscimus, Nox iam aduentat, Cui ut pugna dirimatur admonenti parere ius est. Ad hunc respondens Aiax Idæe, inquit, iubeto ista Hectorẽ ipsum potius dicere cui attinet, ut quemadmodũ prior prouocauit omnes Græcos ad pugnam, sic prior desistat à pugna, Deinde ego non grauate tibi parebo. Cui Hector inquit, Aiax, quoniam tibi tanta dono Dei adest magnitudo membrorum, tantum robur, tanta etiam solertia atq; prudentia, ut oẽs Græcos in pugnando facile uincas, desistamus hodie à dimicatione, post hunc diẽ dimicaturi, eousq;, dum dæmon decernat, utrorum sit, nostra an uestra uictoria. Nox iam aduentat, cui, ut pugna dirimatur admonenti parere ius est: eo quidẽ magis, ut ambo reuersi incolumes, tu ad naues, ego ad urbẽ, nostros uterq; gaudio afficiamus: tu Græcos oẽs, præcipueq; amicos ac necessarios tuos, ego Troianos atq; Troianas, quæ nunc ad sacram ædem pro me numen comprecantur, Ad hæc honorificis nos inuicẽ donis munere-

Dirimitur certamen inter Hectorẽ et Aiacẽ

muneremus, ut ſint è Græcis Troianisq́;, qui dicant. Qui prius de uita tanto cũ ardore dimicarunt, hi cõtracta amicitia cũ donis mutuo acceptis digreſſi ſunt Hæc locutus enſem argenteo capulo, quem alligatum inſigni zona geſtabat, ab humero detraxit, ac uagina incluſum progreſſus Aiaci in manum tradidit. Ille uiciſſim radiantẽ Phœniceo artificio baltheũ Hectori dedit. Atq; ita mutuis donati muneribus in diuerſum uterq; digreſſi ad ſuos reuerterunt. Troiani præter ſpem ab illa ui Aiacisq; præualidis uiribus nõ modo liberatum, uerum etiam illæſum Hectora eſſe gaudentes, ad urbẽ eum deduxerunt. E diuerſo proceres Græcorum Aiacem ad Agamemnonem deducunt, lætum exultantẽq; uictoria. Quos ubi in tabernaculũ ſuum accepit Agamemnon, ibi Ioui optimo maximo bouem immolat marẽ, atq; quinquennem. Tum circumfuſi cæteri corium exuunt, exta proferunt, carnẽ pro more concidunt, uerubus infigunt, torrent ſcienter, toſtam è uerubus detrahunt, finitoq́; labore, atq; oĩbus rebus ad cœnam præparatis, diſcumbunt, opipareq́; ueſcuntur. Tunc Agamemnon ſumptis bouis cũ tergore cornibus, Aiacem præter cæteros conuictores honoris gratia donat. Poſtea uero cum cunctis cibo potuq́; ſatiatis, menſæ remotæ ſunt, Neſtor cuius pauloante cõſilium fuit & iudicatũ eſt optimum, ante oẽs hunc in modũ ad illos exorſus eſt. Agamemnon uosq́; alij proceres, multorũ ex ueſtris, quos atrox hodie Mars abſumpſit, animis ad infernum profectis, corpora paſſim

proſtrata

proſtrata in ſuo ſanguine iacẽt,Eoq́; oportet nos craſtino die à belligerando ſuperſedere, & bobus ac iumentis ad plauſtra iunctis.ſupuehere cadauera unum in locũ,exiguo à nauibus interuallo,atq; illic exurere ut inde collecta oſſa,cum in patriam redibimus,ad ſui quiſq; neceſſarij filios reportemus,mox campũ uerſus circa pyram egeſta humo communem oĩbus tumulum extruamus,Itemq; circa illum in tutelam & noſtri & nauium excitemus arduas turres cum amplis portis, qua currus euntes redeunteſq; cõmeare facile queãt Exterius *uero altiſſimam ducamus foſſam cum aggeribus ac uallo, quæ circundatis à terra caſtris, tutos nos atq; equos reddat, ſi quando ſuperiores in bello* Troiani,*nobis terga dantibus fortaſſis inſtarẽt.* Hæc Neſtor, *Cæteri reges unà oẽs ſententiam collaudarunt,Cæterum non ut inter* Græcos, *ita inter* Troianos *conſultantes conueniebat: ſed uehemens erat & ſeditioſa diſcordia,* Nam *coacto in excelſa urbis parte conſilio ante* Priami *fores,uir grauiſſimus* Antenor *ſurrexit,atq; ita concionatus eſt.*Troes & Dardani,*& uos qui nobis auxilio ueniſtis ſocij,audite ſententiam meã,Cenſeo eundum uobis ad* Alexandri *domum, & afferendã huc Helenam cũ omni gaza, qua cũ uenit,ut in manus* Agamemnonis *ac* Menelai *tradamus,quam ſecũ ſoluta obſidione in* Græciã *reportẽt* Id *quod nos facturos iureiurando promiſimus,* Nunc *eo temerato pugnamus, ut nõ ſperem quicq̃ melius q̃ euenit, euenire poſſe, niſi ita, ut admonui agamus.*

Hæc

Hæc ubi dixit Antenor, resedit. Tum Alexander sur rexit, & ad Antenora cõuersus inquit: Antenor quæ adhuc dixisti, ea mihi nõ approbantur, ac minime pla cent, cum neutiq̃ recte sis prolocutus, Nõ tamen quia te fugiat, quid rectum prauũq; sit, Nam si libuisset ti bi, meliorẽ multo sententiã dixisses, Nunc aliter locu tus es, ac sentis. Quod si ex aĩo locutus es, profecto, ut fateor, mentẽ Dij tibi ademerũt, Ego uero diuersam à te apud hos, q adsunt, sententiã dicam, Gazã quidẽ, quã ex argis asportaui, oẽm reddere uolo, & de mea domestica etiam accessionem adiungere, Helenam ue ro nequaq̃ redditurus sum. Et hæc cum dixisset, rese dit, Ad quos Priamus Rex prudentia ac sapientia sin gulari surrexit, atq; inquit. Troes & Dardani, & q nobis auxilio uenistis socij, audite sententiam meam. Abite nũc ad suum quisq; hospitiũ, ut cõsueuistis, cu ratisq; corporibus mementote excubiarum, & per ui ces singuli uigilias agite, Cras autẽ prima luce Idæ us eat caduceator ad castra Græcorum, ut eis notam faciat conditionem, quam affert Alexãder, qui huius belli est autor, an eã accipere uelint, Ad hæc nostris uerbis dicat, quod postulatu honestum est, uelint ne nobiscum inducias facere, quoad occisorum corpora deusserimus, reuersuri postea rursus in prælium, pu gnaturiq; eousq;, quoad dæmon inter nos decernat, utrorum sit, an ipsorum, an nostra uictoria. Sic lo cuto Priamo uniuersi & uoce summopere assensi sunt & re obtemperauerunt. Prima autem luce Idæus ad ca-

ad castra Græcorum profectus, offendit eos in concilio ad puppim Agamemnoniæ nauis de republica consultantes, procedensq; in medio eorum stetit, Tum uocali illa uoce mandata exposuit, Agamemnon uosq; alij proceres, Priamus me cæteriq; optimates Troiani uenire iusserunt, ut notam facerem conditionem, quam uobis offert Alexander, q huius belli est autor, quiq; debuerat, priusquã ista conaretur, interiße, Velitis, nec ne illam accipere gazam, quam secum huc ex Argis aduexit, uobis oẽm uult reddere, Helenam uxorem Menelai reddere nõ uult, Troianis etiã reddere eam suadentibus, Ad hæc Priamus, cum omni senatu suis uerbis ut hoc dicerem uobis, iniunxit, uelitis ne nobiscum inducias facere, quoad occisorum corpora deußerimus, reuersuri postea rursus in prælium, pugnaturiq; eousq;, quo dæmon inter nos decernat, utrorũ sit, an uestra, an nostra uictoria. Sic Idæus, Illi autẽ diu se oẽs intra silentiũ tenuerunt, Tandẽ Diomedes ita ad illos uerba fecit: Neq; gazam quis posthac, neq; ipsam Helenam Troianis ultro offerentibus accipiat, Nam uel pueris iam liquet, ultimum exitium per nos imminere Troianis. Sic locuto Diomede, cum cæteri Græci ob admirationem tam præclaræ sententiæ succlamassent, Agamemnon ad Idæum inquit: Idæe, tute audis quid tibi respondeãt Græci, nõ est opus ut ego tibi, ut moris est, respondeam, Nam & ipse in eorum sententiã eo. Quod autem ad occisos attinet, nõ inuideo illis extremum rogum, Nullum enim cum hoĩbus,

postquam

postquàm defuncti sunt uita, odium est: nec ex eis sumenda est ultio, ut sepultura fraudentur: Huius *inter nos fœderis* Iuppiter *Iunonis coniunx testis inuocatus sit.* H*æc locutus, sceptrum, quod manu tenebat, in testimoniũ sponsionis ad* Deos *protendit.* Id*æus responso accepto in urbẽ rediijt, adiẽsq́; conciliũ, ubi primarij oẽs* Troum *ac* Dardanum *reditũ eius præstolabantur, atq; in medio stans, renunciauit legationem,* Q*ua audita,* Troiani *confestim se accinxerunt, partim ad subuehenda cadauera, partim ad materiã succidendã, comportandamq́;,* E*odẽ uicissim modo* Græci *agentes, & usq; in diem posterũ ultro citroq; euntes obuios iniere* Troianos. A*t hi & illi inter se ciuem ab hoste, proximũ ab alieno dignoscere nõ ualebant.* A*t cum absterso aqua cruore, proximorũ corpora quisq;* Græcus Troianusue *agnouerat, tũc decurrente p ora fletu, eos carris imponebant, & ad suam utriq; pyram cõportabant, compositisq́; super struem, facẽ submittebant, sed* Troiani *tacita cum mœstitia,* Priamo *eos plorare prohibenti.* P*ostea uero q̃ corpora exusta, hi ad urbem, illi ad naues reuersi sunt.* C*æterum* Græci *sub extremum noctis, anteq̃ aurora se proderet, suorũ quisq; ossa inter cineres legunt, mox campum uersus circum pyram egesta humo cõmunem oĩbus tumulum extruunt,* I*temq́; circa illum in tutelam & uirorũ & nauium, excitant arduas turres, cũ amplis portis, qua currus euntes redeuntesq́; commeare facile possent.* Exterius *uero altissimam ducunt fossam & admodũ*

latam, quæ à turribus castra cõplecteretur, Et in aggeribus fossæ iaciunt uallum, quod opus tanto cũ studio molientes Græcos (erat eni ingẽs) cum Iuppiter ac Dij cæteri Ioui assidentes cum admiratione intuerentur, Neptunus ita exorsus est: Iuppiter pater & qs iam inter mortales est, q in auspicandis operibus deorum immortalium mentem uoluntatemq; scrutetur? Nonne uides Græcos murales circũ naues extruere munitiones cum fossa & uallo, nõ litatis antea sacris in deorum honores? Et huius operis gloria tam late propagabitur, quantum terrarũ aurora circunspicit At operis quod ego atq; Apollo principi Laomedõti plurimo cum sudore construximus fama in nihilũ recidet? Ad quẽ uehemẽter stomachatus Iuppiter, Heu pudor inquit Neptune, quæ oratio tibi elapsa est? qd ita rem friuolam extimescis? quod in te non cadit, qui tantus es deus, sed in alium quempiam multo imbecilliorem, Et huius (inquit) operis gloria tã late propagabitur, quantũ terrarum aurora circunspicit. Agedũ igitur ubi Argiui profecti fuerint hinc in patrias oras, dirue hos muros ad solum, atq; in mare præcipitata: omneq; littus, ubi munitiones hæ sunt excitatæ, ita sabulo obrue, ut ne uestigia quidem Argiuæ stationis appareant. Hæc Dijs inter se colloquentibus, & diei & operis finis fuit, Reuersiq; Græci ab opere absoluto ad sua quiq; tentoria, mactatis statim bobus cœnant: suppeditante etiã uino, cuius magnam uim aduexerant onerariæ naues è Lẽno, transmissæ ab Euneo

Iasonis & Hypsipyles filio, peculiariter uero mille la genas Agamemnoni & Menelao pro munere. Hinc itaq; Græci pro se quisq; uinum mercabantur rerum permutatione, alij ære, alij ferro, hi corijs, illi bobus, non nulli captiuis rebus cum uino commutandis, Atq; ita in noctem totam præclare epulando atq; potando insomnem agebant, Troiani autem ac Troianorum so cij apud Troiam ipsi cœnitabant, Eam tamen noctem Iuppiter male in illos cogitans, horrendis fulminum tonitruis inquietauit: quo pauore attoniti, uinũ in ter ram è pateris profundebant, Nemóq; ex his bibere si bi ante sustinuit, q̃ Ioui principi deorum libassent. Tandem cibo ac potu refecti, membra quieti dede runt, somnumq; cœperunt.

Finis Libri Septimi.

¶ Ausonij poetæ, in Octauũ Homeri Iliadós librum Argumentum.

AVrora in croceis fulgebat Lutea bigis.

¶ Acto deorũ concilio Iuppiter pro parte pronunciat: sua quisq; exercitus sorte decernat. Nullus deorum odio in alterius fauore procedat. In Idam montem ipse digressus, vnde Græci immisso terrore conterriti, turpi fuga ad munimenta cõpulsi, fossa & aggeribus sese tuentur, Iunonẽ ac Mineruã Græcis auxiliari volentes, monitis Iouis, Iris exterret, Diremptoq; ob noctẽ certamine, victores Troiani in ipso prælij loco excubias obsidionis instituunt, Multisq; ignibus factis per totam noctem de belli ratione consultant.

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Octauus.

SVB lucem Iuppiter (cum rutilans aurora oēm terram illustrare incipit) in editissima radiantis olympi curia cōcilium deorū habebat. Quibus cum silentio auscultantibus ita uerba fecit. Audite oēs Dij pariter & deæ quæ dicam & cum audieritis, nemo uestrū, siue mas, siue fœmina, orationi meæ conetur refragrari, ne festinanti mihi quod in aīo habeo exequi sitis impedimento, sed uniuersi approbate quod dixero. Quemcunq; ego uestrū à cœtu deorū scorsum deprehendero profectū ad ferendas suppetias, uel Argiuis uel Teucris, hunc aut deformiter cæsum uerberibus, remittam in cœlū, aut in atrū illum & tam procul hinc depositum deijciam Tartaron, ubi subter ima terrarū cum ferreis portis ac æreis foribus altissimum Baratron est, tanta in infernum profunditate demersum, quanta è cœlo in terram. Atq; hunc in modū cognoscetis, quāto Iuppiter rerum arbiter oīm deorum sit ualentissimus, Quod si quātæ sunt meæ uires, iuuat experiri, & huius rei documentū quæritis, agedū aureā restim è cœlo suspendite, eaq; cuncti Dij ac deæ apprehēsa me hinc detrabite in terrā, Nullo id quātolibet nixu poteritis efficere, At cū mihi facere idē irato libuerit, in terras uos uniuersos & in maria usq; detraherē: quinetiā circūligata reste hac ad summitatē olympi oīa supne alleuarem,

uarem, ut intelligatis quantum ego Deos simul atq; homines antecello. Sic Iuppiter, Illi autē diu se intra silentium tenuerūt, reputantes aīo uehementiā acerbitatēq; orationis. Tandē Pallas rupto silētio ita respōdit: Iuppiter pater ac regū rex, probe & nos cōpertū habemus, nullius deorū robur æque pollere, ut tuū nec quicqd facimus, ideo facimus, qđ tecū contendere uelimus, sed qđ uicem Græcorū dolemus, quos tetram in bello mortē uidemus oppetere, Nūc quando uetas opem illis ferre, nos bellū non adibimus: consilium autem, si qua in parte opus erit, cū tua uenia suggeremus ne te ipsis infenso oēs intereant. Ad quam subridens Iuppiter, Bono aīo esto dulcissima filia, uolo tibi gratificari, quod postulas, audacter aggredere, quod petisti, nihil ob istud auditura obiurgationis à patre. Ita affatus, equos ad currū iungit, ut pernicissimos, sic cōptis auro crinibus decentissimos, tum aurea sibi arma circundat, sumptisq; manu flagellis auro distinctis, in bigā insilijt: atq; equos, ut cursum ineāt, uerbere iubet Illi tum sua sponte, tum insidentis imperio uolabant mediū inter cœlum terrasq; iter tenentes, Quos Iuppiter, postq̄ ad nemorosam ferarūq; parentē Idā deuenerunt, quē locum Gargaron uocant, sistit, soluitq;, ac densa, ne cui uideri poßent, nebula operit, Erat autem illic ipsius templū, ad cuius aram assidua sacrificia fiebant, Dehinc in excelso montis uertice consedit, inspectans hinc urbē Troianā, illinc castra Græcorū, cum magna apud seipsum uoluptate ex tanta sua potētia ac

gloria. Et iam sublatis mensis, Græci à cœna alacres ad arma induenda se transferunt, ut q̃primũ exeāt in expeditionẽ, Troiani autẽ è regione & ipsi armaban tur, etsi pauciores q̃ antea, tamen animati ad pugnandum, necessitate cogente eos, à ꝑduellium manibus, filios uxoresq; protegere, Igitur patefactis oĩbus portis, uniuersæ copiæ equitũ peditumq; cũ ingenti strepitu prorumpunt, Atq; ubi in eandẽ ab utrisq; aream uentum est, & infestis hastis, infestis clypeis, infestis armis concursum, hic uiriũ animorũq; declaratio, hic plurimus fremitus, hic pereuntiũ gemitus, ferientiũq; cum clamore exultatio, hic riui cruoris humi decurrentes, hic cadauerũ strages tam Græcorũ q̃ Troianorum: Atq; hunc in modũ neutris terga uertentibus ab aurora aut ab exorto iubare ad meridiem usq; anceps belli Mars fuit. Qua hora Iuppiter sumpta aurea libra, posuit in utraq; lance singula mortis fata, hinc Græcorum, illinc Troianorũ, Eam ꝑ medium digitis apprehensam cum in altũ traxit, lanx cum fato Græcorũ in terra ubi erat, subsedit: altera è diuerso cœlum petente, Ergo ubi fatalem cladi Græcorũ diem illum esse cognouit Iuppiter, ab Ida cũ horrifico fulgure, atq; immani tonitruo in Argiuos fulmen immisit, Quo terrefacti illi, atq; exanimati oẽs loco subducuntur, Ita ut nec Idomeneus, nec Agamemnon, nec uterq; Aiax, nec cæteri manendũ sibi putarent, Nestor aũt Græcorũ ĩ custodia unus ex oĩbus manebat: neq; is sponte, nã & ipse cũ alijs unà fugisset, sed eũ

equus morabatur, laborans ex uulnere catapultæ Alexandri, in occipitio infixæ, ubi principiū iubarū est, loco admodū morti obnoxio, Itaq; saucius equus atq; impatiens (ad cerebrū enim usq; catapulta penetrarat) resiliebat, ad rotā se uolutabat, alios equos pturbabat. Dū equus uulneratus fugā domini inhibet, dum senex ipse insurgens equū coercet, dū habenas, qbus ille ad currū iunctus est, gladio amputare nititur, iā Hector cum equitatu Troiano fugientibus Græcis instās, aduentabat, ipsumq; forsitan senē eodem loco oppressisset, nisi re protinus cognita, Diomedes magna uoce Vlyssem inclamasset ad opem seni ferendā. Vlysses Laertiade quo fugis? quid terga uertis? & cur committis, ut tanq̄ imbellis & instrennuus in tergo quo fugis accipias uulnus? Mane hic mecum, mane, dum à sene amico trucem Hectorem arceamus. Sic Diomedes. Vlysses uero nihil exaudiens, institutum cursum contendit ad naues, Nihil tamen minus Diomedes, quanq̄ solus, inter primos pugnatores se inserens, ante equos Nestoris stetit, hominemq; his uerbis est allocutus: O senex, per quem tibi bellatrix iuuentus negocium exhibet, pristinis uiribus ob nimium senium defectus es, Ad hæc & comites sensibus, & equi pedibus tardi tibi sunt, Itaq; relinquamus istum currū tuo ac meo aurigæ regendum, Tu agedum in hunc meum ascēde, ut scias quales sunt equi Troiani, quos Æneæ eripui: q̄ ueloces, q̄ ualidi, q̄ feroces in pugna, atq; terribiles, Ibimus enim ambo in equitatum

Troianum, ut & dexteræ meæ uires ac meũ iaculum experiatur Hector. Huic consilio nõ aduersatus Nestor de curru suo descẽdit, & in Diomedis currũ ascendit, succedẽs in Stheneli locũ, quemadmodũ uicißim in suũ successerat Sthenelus, Ita alterũ currum, q remansit, egregij famuli Sthenelus atq; Eurymedon curandũ susceperunt, in altero principes in Troianos ire contendunt, Nestore famuli officiũ in aurigãdo exhibente, Atq; cũ statim Hectori appropinquassent, & ille infestus in occursum ferretur, Diomedes in eũ lanceã contorsit: quæ nõ in dominũ, sed in aurigæ pectus, iuxta mamillam plata est, Quo uulnere Eniopeus (hoc erat nomen aurigæ) generosi Thebæi filius è curru moribũdus plapsus est, ac ruina corporis equos terrefecit, ita, ut resilientes in diuersum deflecterẽt. Hector, etsi nimiũ ob amissum aurigã dolore cõfusus, tñ eo relicto, aliũ inquirebat, quẽ in locũ occisi substitueret ad moderandos equos iã sine rectore inutiles effectos, Inuentoq; cõfestim uiro præstanti Archeptolemo Hyphiti filio, ac suffecto in locũ aurigæ, magna illic fuisset cædes ædita, ac pene actum de rebus Troianis, intra Troiam tanq̃ agnis intra ouile cõclusis: nisi Iuppiter hoc futurũ prospiciẽs, sparsisset rutilũ uasto cũ tonitruo fulmen in terrã, atq; ante ora Diomedis, Cuius ignea lampade pculsi equi succusserũt currum, et Phœnicei coloris habenas è manibus Nestoris extorserunt, Qua de re conterritus Nestor ad Diomedem inquit: Age Tydides cõuerte in fugam equos.

An non

An non agnoscis, Ioue nobis aduerso, sperandam non esse uictoriam? Nemo illius consilium reuocare potest, nemoq; ualidus uirtute Deo queat obsistere, cum humana uis infinito sit diuina inferior: Is hodie uult hosti tribuere palmam, idemq; postea, si uoluerit, tribuet & nobis. Cui respondens Diomedes, rite tu quidem & probe locutus es senex, sed istud agere durum mihi, atq; acerbũ est, cũ sciam fore, ut Hector aliquando concionẽ habens apud suos, dicat, Diomedẽ ego fugientẽ ad naues usq; psecutus sum: quæ ille cũ gloriabitur, optarẽ tum ego tellurẽ mihi dehiscere. Cui respondẽs Nestor: Ha Diomedes, quæ uerba effatus es? Caue id timeas: nam si Hector imbellẽ te & instrenuum dicet, nullam tamẽ ei fidẽ habebunt cæteri Troiani, qui audiẽt: nõ etiam cõiuges Troianorũ, quarum uiri fortißimi iacẽt tua manu pempti. His dictis à tumultu pugnæ equis in fugam conuersis, habenas immisit. Tũc Hector comitesq; Troiani truci clamore sublato insequuntur, in unum pro se quisq; tela iaciẽtes, quorum primus Hector magna uoce faciebat illi conuitium, noĩatim cõpellans: Diomedes, solebas antehac inter pceres & dignitate loci uel in concilio, uel in mensa, & poculis maioribus, et carne opimiore in primis honorari. Posthac illo honore priuabere, ex uiro strenuo fœmina effectus: Abi, abi cum istis oculis efferacissimis: nõ enim, ut sperabas, in nostros muros tibi licebit ascendere, ut illuc ad naues tuas nostras cõiuges asportares: Non te istud ego facere sinam, non

Hector Græcis insultat.

pmittā, sed te fugabo, sed mea tibi manu potius dæmo nē dabo. Sic Hector: Ille hæc audiēs, et secū cogitans animo hærebat, nūquid pergeret, an cōuerso curru in ipsum ferretur conuitiatorē, Terq; subinde tali apud se deliberatiōe hæsitantē, toties Iuppiter ab Idæis mō tibus tonans, eum a reuertēdo cobibuit, significans se Troianis lætam destinasse uictoriam, Quo magis Hector suos hortabatur, magna uoce clamans: O amici Troiani, Dardaniq;, & Lycij strenui, nunc quæso uiriles animos, nunc ualidas uires, ut sæpe fecistis, ostendite: Agnosco propensum mihi fauorē Iouis opt. maximi, En declarat destinaβe se mihi ex hodierno certamine eximiā gloriam: Græcis uero exitiū, quod nullo pacto effugere poterunt: stulti, qui hos sibi muros extruxerunt, quasi eis tutelæ futuros, q ne unius qdem horæ momēto impetū meū ferre sufficient: nā fossam illam, quam munierunt, nullo negocio transiliēt equi, Quod cum fecero, & ad naues euasero, præsto mihi sint aliqui cū incensis facibus, ut & naues igni, et hostes fumo lymphatos, ferro absumam. His uerbis hortatus socios, equos quoq; quadriiugos oratione adhortabatur. Agedū die Xanthe, die Podagre, die Æthon, die Lampe, nūc reddite mihi gratiam p cultu, p cibo potuq;, quē officiosa uobis Andromacha uxor impēdit Illa lautiβimo uos pane saginauit, illa quoties faciendū uidebatur, uobis miscuit uinū, illa uos studiosiβima cura pauit, adeo prior ei cura eduliorū uestrorum, q̄ meorū, q uir eius sum: Ea propter festinate pariter,

prope

properate insequi, ut Nestorem Diomedemq; assequamur, & spoliem humeris, Nestoris quidē clypeū illum cuius fama fertur in cœlum, qp foris intusq; totus est aureus. Diomedis autē insigne thoracē, quā Mulciber ipse fabricatus est: Hos duos si cepero, auguror raptim sane Græcos hac nocte naues esse conscensuros. Hæc Hectora p elationē animi locutū indigne accipiēs Iuno, ut sedebat in suo throno, aio mēbrisq; cōmota est, commouens unà immensum olympum: Tum ad Neptunū, qui ei ex aduerso sedebat inquit: O indignū Neptune facinus, nullam ne molestiam contrahis ex hac occidione Græcorū? qui te apud Helicen apudq; Ægas tam crebris tamq; solennibus muneribus prosequuntur, quos etiam uictoria potitos uolebas: Etenim si uniuersi qui Græcorū partibus studemus, aduersus Iouem annitamur repellere Troianos, nimirū Iuppiter, & si dolore percitus erit, a suo se tamen loco, ubi nunc sedet, præ timore non dimouebit. Ad quā uehementer suspirans Neptunus: O Iuno (inquit) timoris nescia, quisnam tibi ex ore prodit sermo, quæ me ista facere suades? Ego uero minime uelim nos, quotquot alij sumus, cum Ioue cōferre manus, qui cunctis longe est fortior. Cum hæc Iuno atq; Neptunus inter sese colloquuntur, interea quicquid spatij, quod nauiū tenus ac turri fossa cōplectitur, id omne Græci per Hectorē ipsi deo Marti similē conclusi, densis uirorum equorumq; agminibus impleuerant, ac forsitan (ita enim propitium habebat Iouem Hector) ipsas incen-

Iuno cum Neptuno

incendisset etiam naues, nisi Agamemnoni acerrime dimicanti Iuno hanc mentē dedisset, ut prope intermissa pugna cæteros Græcos ad certamē incenderet: Itaq; Agamemnon cōtinuo ante naues uadēs atq; tentoria, purpureumq; amiculum, ac satis amplum manu tenēs. sup nauē Vlyssis, quæ media oīm erat, stetit, & in dextram ac sinistram ea uoce, qua ab oībus exaudiretur, exclamauit: Pudeat uos Argiui tanti flagitij qđ admittitis, ignaui & imbelles: præsertim uos duces, nō re, sed noīe duces: Quo abierunt uota illa quæ in Lemno faciebatis, ut uobis fieret copia cum Troianis æquo Marte pugnandi? Vbi sunt magnifica illa promissa, quibus se quisq; fortissimū in prælio fore spondebat? Vbi uerba illa ferocia, cū iactabatis singulos uestrū pares esse in bello cētenis ducenisue Troianis? hæc super cœnam ante opimos cibos coronatosq; crateras, carne uinoq; distenti gloriabamini: Nunc in certamine ne uni quidē Hectori centeni pares sumus, q nobis inuitis iam iam (ut uideo) naues deflagrabit, Iuppiter pater, quē unq̄ regum post hoīes natos tanta calamitate onerasti? aut quē tāta gloria fraudasti, quanta me hodie, quod nunq̄ putaui fore, nec meam spē credidi posse frustrari: quoties apud aras tuas cū ingēti uictimarum ui tibi litarē, persuadebam mihi Troiam me prorsus euersurū: Nunc ediuerso Troiani nos tuo præsidio freti euertunt: Verum te Iuppiter quæso, da mihi hanc ueniam, hoc meæ gratificare sollicitudini, ut infandum hoc funestæ cladis miseri Græci discrimen

Agamemnon suis

*men effugiãt,nec ſinas ut ab immanibus Troianis tru
cidentur:hunc ita cũ lachrymis orantẽ Iuppiter miſe
ratus,augurium dedit,ſignificans Græcos à præſenti
periculo iri liberatum:Siquidem immiſſa ab eo aquila
præſtantiſſima uolucrũ,ceruinũ hinnulum,quẽ arrep
tum unguibus geſtabat,in ſolennes aras dedit,ubi græ
ci hoſtias Ioui, cuius in honore aræ extructæ erant,
immolauerant : hoc augurium ab Ioue ipſis oſtenſum
Græci intelligẽtes,inferunt pedẽ,ac reſumpta animis
audacia,acri pugna in Troianos faciunt impreſſionẽ
Inter eos tamen,licet tot milia eſſent, Diomedes ſine
cõtrouerſia,ac longe primus pugnabat,ac biga ſua mu
nitiones foſſamq́; tranſiliẽs,in hoſtes fertur, & illic
extra caſtra procul à ſuis hoſtes fugare cœpit : quo-
rum unus fuit egregius bellator, Agelaus Phradmo-
nides: huic terga danti Diomedes intorto iaculo ter-
ga ipſa inter humeros unà cũ pectore transfigit,quo
uulnere ille ad terram de curru cũ ingenti armorum
ſtrepitu ꝓcubuit,ſecundũ Diomedẽ proceſſerunt duo
Atridæ, Agamemnon Menelauſq́;: tum duo Aiaces
uiribus audaciaq́; magis armati, q̃ ferro:tum Idome-
neus & Idomenei famulus princeps Meriones, belli-
fero Marti cõparandus:tum inclytus Eurypilus, No-
nus quoq́; acceſſit Teucer,intẽto arcu inſtructus: hic
ſubter ſcutũ fratris Aiacis deliteſcebat:deinde illo ſcu
tum ubi tẽpus erat,ſubducẽti,feriebat,quẽ feriendum
ꝓuiderat, Occidebat autẽ quẽcunq́; feriebat, quod ut Teucri cal-
confecerat,iterũ ad ſcutũ fratris,tanq̃ puer ad palli- liditas
um ma*

um matris se recipiebat, & sub eo se raptim, fratre illud protendēte, recondebat: Vbi quē nam sagitta primum ex Troianis interemit? Nempe Orsilochum, deinde Ormenon, tū Opheleſten, tum Daetora, tū Chromium, tum Lycophontem, tū Polyæmonidē Amopaona, tum Melanippum, uiros oēs eximios: Hunc ita uexantē Troum phalanges Agamemnon conspicatus, & ob id mirifice gauisus, adit hominem, ac iuxta assistens ita est eū allocutus: Teucer princeps iucundissimum mihi caput, perge, ut facis, occidendisq; hostibus lumen te quoddam tuis in hoc discrimine salutis ostende, futurus etiam patri Thelamoni, cū hæc in patria audiet, ingēti & gloriæ & uoluptati: Charū enim ille te habet, licet illegitimus sis: nam te ab ineunte ætate suscepit in domū, et apud se diligēter educauit: ego uero, quod ad me attinet, tibi recipio, ac spondeo, si mihi Iuppiter maximus, Neptunusq; ac Minerua, cōcesserint, ut opulentissimā hanc urbē expugnē, tu eris a me secundus, quē honestissimo remunerē præmio, & quidem meis manibus tibi in manus tradam: aut tripoda, aut bigam cū equis, aut Troianā aliquam, quam ob decorē tuo lecto digneris. Cui respondens egregius Teucer: Quid inquit illustrissime Agamemnon mea me sponte properantē oratione hac incitas? Neq; enī p mea uirili relinquo aliquid aut intermitto: quippe ex quo cœpimus a castris repellere Troianos, quot stragulas hoc arcu emisi (fuerunt autē octo) totidem hostes, eosq; egregios bellatores percussi, immo occidi

explo

explorata facultate feriendi, hunc autem funestum canẽ ferire nõ possum. Hæc *cũ dixisset, impositã nervo sagittam, in aduersum* Hectora *expulit, sed spe deceptus, nõ eum, ut optabat. sed* Gorgythiona *percussit in pectore, uirum forma uiribusq; præstantẽ,* Priami *filium, & Castianiræ, quam ex Æsymo thraciæ urbe* Priamus *duxit uxorẽ, deabus ipsis formæ uenustate cõparandam, & quẽadmodum papauer in uberi horto pubescens, ad iniustum* Veris *imbrẽ, in latus demittere caput solet: sic* Gorgythion, *grauante collũ galea, caput in alteram scapulam moriẽdo submisit:* Teucer *iterũ in aduersum* Hectora *sagittã expulit, iterũ spe deceptus (auertit enim eam* Apollon) *nõ hunc, quem optabat, sed ipsius aurigam* Archeptolemũ *uenientẽ ad certamẽ percussit in pectore secundũ papillam,* Eo *in terram collapso a curru, equi præ horrore in sublime se attollẽtes, currũ discutere cœperunt.* Hector *eximij aurigæ nece confusus, etsi eũ cupiebat attollere, tamẽ coactus est relinquere, ut alterum in demortui locum sufficeret, iussoq;* Cæbrione *fratre, qui iuxta aderat, moderari quadrigam, prout ille effecit, ipse in terram desilijt, truci clamore uociferans, arreptoq; molari saxo fertur in* Teucrũ, *auidissimus ferire hominẽ tam male meritum de* Troianis. Hic *aliam è pharetra sagittam eduxerat, eamq; neruo aptatam ad clauem humeri retro tendebat, quempiam ex hostibus percussurus, cum* Hector *ita parato molarem intorsit, ac conclusa exteriore manus parte, confracta chorda, ex-*

Teucrũ Hector compescit.

da, excusso arcu, pectus etiam collumq; pcussit, ubi maxime lœtifer ictus est, qua pcußione Teucer abortis ante oculos tenebris, pronus in genua procidit, sed Aiax nequaq̃ immemor fraterni amoris, accurrit, ac iacentẽ obiecto ptegit clypeo: tum subeũtes duo sociorũ Mecisteus Æchij filius, & dius Alastor, alleuarũt ac uehemẽtes cruciatus gemitu testante ad naues deportant: hinc rursus Troiani, Ioue uniuersis uires ad audaciã suggerente, Graios ad fossam retro munitionesq; propellunt, & inter primos Hector fiducia uiriũ ardẽs, ac fugiẽtes urgens, ueluti uenaticus canis cõuersum in fugã aprũ, aut leonẽ insequitur, fretus pnicitate currendi, nunc femora, nunc clunes mordẽs & si quando ille cõuersus irruat, tamẽ ipse rotato cursu posteriora ferẽ assidue captat. Sic Hector fugiẽtes agitans, postremos quosq; mactabat, atq; ubi duce formidine Græci effusa fuga fossã transcenderũt, & ad uallum & tẽtoria puenerũt, multis amissis ibi gradũ sistunt, ac pro nauibus stantes, tum se mutua exhortatione excitabãt, tũ deos oẽs, sublatis in cœlũ manibus unà uniuersi eiulatione precabantur: Hector autem eos præfulgẽti laminis ferreis quadriga uectus, hinc illincq; obibat, atq; oculis collustrabat, oculis inquam, aut Gorgoneæ Medusæ, aut sanguinario Marti simi libus, Iuno autẽ hæc contẽplans, miserata casum Græcorum, hunc statim in modũ Palladẽ est allocuta: O rẽ indignam Iouis filia, nonne nunc saltẽ Danais in ultimo periculo positis ego & tu feremus suppetias? an potius

tius teterrimam eos mortem oppetere sustinebimus, & hoc sub unius hominis manibus? Vides ut Hector *multos trucidauit, ut insana flagrat cupiditate occidendi, ut multos trucidaturus est.* Nihil *enim sibi resistere potest:* Ad *hanc respondens* Pallas: *Iste inqt, q tantopere mactandis* Achiuis *debacchatur, ipse uicissim mactabitur manibus* Argiuorū, *& quidē in ipsius patria: uerū ab isto, ad quod me tua cohortatur oratio, deterret me* Iuppiter, *semp meorū conatuū remorator, mihi semp seuerus, immitis, & meorū etiam im memor meritorum, quæ in eum plurima cōtuli, toties erepto ab ærumnosis laboribus* Hercule *filio, quos infelix iuuenis iubente* Eurystheo *suscipere cogebatur, quoties enim ille ob ærumnarum molē plorabat, cœlo pater me hinc ad opē filij demittebat in terras:* Quod *si hæc quæ nunc agit acturū esse præsaga mente diuinassem, profecto quod feci, non fecissem, nec per me* Hercules *ab erebo & atris inferni portis, quo eum* Eurystheus *abducendi canis gratia miserat, rediisset incolumis.* Tunc *liberaui illum a stygis aquis, et ut abduceret* Cerberū *effeci, & tamē eius pater nō ueretur malā mihi reddere gratiā, displicēs mihi, ut* Thetidi *placeat: quæ cōplexa altera manu genua eius, altera barbā, cladē* Græcorū *in honorē* Achillis *exorauit, sed scio aliquando futurū, ut mea ope indigēs* Iuppiter, *dilectam sibi* Pallada *uocet.* Tunc *ego habebo unde hāc de se ulciscar iniuriam,* Verūtamen *tū tu instruas nihilo minus equos, tū ego pfecta in domū* Io-

uls,ibi mihi ipsius arma circundo. Volo enim intelligere,nũ Hector conspectu nostro in bellũ euntiũ & ab hostibus stantiũ lætetur, nũ aliq etiam de Troianis occũbere queant,& mẽbris eorũ canes atq; alites pascere. Hæc locuta Pallas,Iunone acquiescẽte, atq; ut admonita est instruere equos obsequẽte,ipsa apud patris domũ,deposito sup pauimentũ Iouis discolori amictu,quo uelata erat,quodq; ipsa suis manibus artificiose neuerat,texuerat,sarcinauerat,tunicam & arma sibi induit,quibus Iuppiter pater circundatur,cũ uult pdire in bellũ: Atq; ita armata in ardentem fulgore currũ ardẽs ipsa iracundia insilijt. Tum lanceam corripit ingentẽ,ualidam,grauẽ, qua Heroas in modum patris irata prosternere solet. Cui Iuno sociam se gnauiter præbẽs,equos ut cursum capesserent,uerberibus urgebat. Et cum ad cœli portas, quas horæ seruant, uentũ est cum immenso sono ipsæ sua sponte patefactæ sunt portæ. His ingens cœli Olympiq; cura commissa est,ut altera nigrantes imbre nubes rebus inducat, altera reducat. Per has igitur portas Iuno & Pallas uolantibus equis exibant, cum eas Iuppiter a mõte Idæo,ubi sedebat, prospexit, ac maiorẽ in modũ indignatus,Irim aureis alis præditam illis obuiam festinare iussit,hæc uerba denunciaturam,inquiẽs: Abi Iris propere obuiam, ut eas ab instituta uia reuoces, nec sinas in occursum meum pergere,neq; enim recte erit,si ego & illæ prælium ineamus: Atq; illud iam nunc edico,& nisi mox obtemperent prorsus exequar

caballis, ut sunt iuncti ad redam, crura suffringam, ipsas a sellis deturbabo, ac redam praecipitem agam in terras, & si eas fulmine perstrinxero, ne intra decem quidem annos à uulneribus cõualescent, ut intelligat Pallas, quid sit cum Ioue parente uelle certare: Nam Iunoni nõ ita succenseo, neq; irascor, quod nunc iussis nostris refragatur: est enim sui similis. Haec Iuppiter. Iris autem acris pedibus in occursum dearũ ex Idaeis montibus cœlum uersus abijt, nactaq; deas pro portis olympi, inhibito illarum cursu, mandata Iouis exposuit, inquiens: Quo tandẽ properatis deae? quae uos quaeso tanta cœpit insania, ut auxiliũ periclitantibus Graecis ferre conemini? Nũ enim istud Iuppiter agere sinet, qui minatur uobis se, nisi obtẽperatis, prorsus executurũ hoc quod dicã: Caballis ut sunt iũcti ad redã, crura suffringet, ambas de reda deturbabit, ac redam praecipitẽ aget in terras, & si uos perstrinxerit fulmine, ne intra decẽ quidẽ annos a uulneribus cõualescetis, ut intelligas Pallas quid sit cũ Ioue parẽte certare: nã Iunoni nõ ita succẽset, neq; irascitur, q̃d nũc iussis refragatur, esse enim eam ait sui similẽ, tibi Pallas ille succenset, tibi inquã cõtumaci atq; immo ꝑtinaci caniculae, si aduersus Iouẽ utiq; infestũ telum audeas ferre. Sic locuta Iris abscessit, & Iuno ad Palladẽ: O indigna res inquit Pallas, nõ posse nos implere q̃d cupimus aduersante Ioue, cõtra quẽ nõ statuo nobis esse pugnandũ mortaliũ causa: quorũ ut sors foret alij occũbant, alij a periculo euadant, quando ita illi

libet de Græcis & Troianis arbitratu suo, q arbiter rerũ est, decernat, nos eũ officio suo fungi sinamus. Sic locuta retorsit equos eô qua uenerat. Eosdẽ, horæ cũ disiunxissent à curru, ad plena ambrosiæ præsepia alligarũt, currũq; pro more acclinauerunt, ita ut fulgidus eius nitor emineret. Iuno autẽ & Pallas inter cœtũ aliorũ deorũ aureis in sellis resederunt, ob deceptã spẽ, castigationẽq; Iouis tristes ac mœrore confectæ. Eis ita cum taciturnitate sedẽtibus, ecce Iuppiter ab Ida in cœlũ reuersus, cuius equos cũ Neptunus à curru soluisset, & currũ apud altaria collocaßet, inducto desup linteo, ipse in aureo solio subter pedes eius olympo uehemẽter cõtremiscente consedit. Assidebãt autẽ illi solæ hinc atq; hinc Iuno ac Minerua, nihil, neq; cũ Ioue, neq; inter se colloquẽtes. Hoc cũ aĩaduertißet Iuppiter: Quid inqt Iuno & Pallas ita nouus uos mœror tenet? Infando cõtra Troianos odio defatigari bello neqtis, eos trucidandi finẽ nõ facitis, cupidæ oẽs ad unũ interire, idq; iniussu meo oĩno. Quibus uiribus ego sum, nõ cuncti, q cœlũ incolunt dij, à ꝓposito me recedere cogerent: Vos quoq; ambas tremor inuasit ex sola cõminatione, qd facturas, si me accinctũ ad pugnam cõtra uos uidissetis? & quantũ in pugna polleo essetis expertæ? Quo circa iam nũc edico uobis, quod re exequar nisi obtẽperabitis, si pergitis aduersari mihi, ita uos fulmine feriã, ut nequaq̃ uestris curribus huc ad domicilia deorum reuertamini. Hæc locuto Ioue, illæ apud se tacitæ fremebãt, stomachantes

Iuppiter cũ Pallade & Iunone.

chantes

chantes atq; iratæ, Et Pallas quidem ob nimiam indignationẽ in silentio perstitit, Iuno autẽ uirus acerbitatis pectore cõtinere nõ sustinẽs. Quam inqt quæso Iuppiter locutus es orationẽ? Tuas equidẽ uires prævalidas etiam sup oĩa atq; immensas, & nos etiã optime scimus, intelligimus, confitemur, Cæterũ quicqd facimus, causa miserorũ Græcorũ facimus, quorũ cladis tam indigno spectaculo cõtabescimus. Cui respondens Iuppiter: Contabescis inquit Iuno Græcorũ cladis spectaculo? Crastino die si tibi uacabit, inspicies Iouẽ multo his grauiora facientẽ: Meo namq; numine Hector nõ prius ab edenda Graiorũ clade cessabit, q̃ post acerrimũ ad naues præliũ Achillẽ excitet, nece Patrocli sui, & cruda ambarũ partiũ pugna circa cadauer: Sic enĩ mihi ex fatis agere decretũ est: Nec ullum apud me momentũ facit, quod tu ob id macereris, non si etiam hinc a cœlestibus migres, uanamq; & incertam exigas peregrinationẽ, non deniq;, si propterea ad extremos terrarum ac maris profectura sis terminos, ut Saturnus & Iapetus pfundo circũdati tartaro sedẽt, neglecto solis fulgore, nec iocunda uentorũ aura fruẽtes, Et cur ita nullam tui doloris rationẽ habeo? Quia nihil est te durius atq; malignius. hæc Iuppiter. Ad quẽ nihil Iuno respondit. Et iam occidẽte sole nox aderat, Troianis quidẽ ingrata sane & inuisa, Græcis autẽ poptata ac ppitia. Hector autem ubi nocturnis tenebris necessario dirimi bellum uidit, copias suas a nauibus reduxit, & ad ripã fluminis in

loco ab omnium hominum & equorum cadaueribus distante subsedit: Ibi Troiani simul atq; ex equis descenderunt, in concionẽ ueniunt: Ad quos Hector innitẽte manu hastæ, quam tenebat undecim cubitis spiculo fulgẽti cum circulo aureo. sic locutus est: Audite Troiani me, Dardaniiq;, & uos socij qui uenistis auxilio. Spẽ ego conceperam, ac pro certo existimabã fore, ut hodie Græcis oĩbus una cum ipsorum nauibus deletis Ilion reuerteremur, sed eis in extrema certe oĩa cõpulsis, iam iamq; mortem adituris, nox auxilio fuit: Nunc quod reliquũ est, quoniam nocti parendũ est, iam primũ curemus corpora, & nostra, & equorum, Illos a curribus soluite. solutisq; apponite pabulum, panẽ uinũq; ilico ex urbe subuehendum, bouesq; atq; oues opimas adducẽdas curate, simul ingentẽ uim lignorũ legendam, atq; ex his pyras passim extruẽdas quæ tota nocte ardẽtes in cœlũ iaciant globos flammarũ, ne forsitan Græci beneficio noctis ingressi maria, fugiant nobis ignaris: Volo pateant oculis nostris (usq; enim uigilabimus) uolo cogantur manere, uolo si furtim abire tentauerint, ne sine noxa fugiant, sed inter fugiendi trepidationẽ, & cum naues confestim ascendẽt, nonnullos eorum missilibus, lanceisue feriamus, qui uel statim, ut domum reuersi animam amittant: uolo exemplo sint alijs, ut ne quis non posthac reformidet bellum inferre Troianis: Iam uero dũ nos absumus, operæpretium est prouidere, ne uacuã urbẽ clandestinis insidijs hostes intrare possint: Idcirco

præcones

præcones illuc ire placet denunciatum, ut deligantur ex pueris qui relicti sunt iam pubescentes ac senes ad murorum custodiam, utq; fœminæ incenso ꝗ maxime possunt igne. suæ quæq; domi custodias agant, ac ne quid ad nocturnas urbis excubias diligentia prætermittatur: Sic ergo fiant oĩa, ut dixi : Et *hæc puto optima factu esse, quantũ ad hanc noctẽ pertinet. Cras autẽ prima luce uobiscũ cætera quæ agenda sunt, colloquar:* At *confido magnanimi* Troiani *ac socij,* Ioue *alijsq; dijs ducibus, nos crastina luce defuncturos esse omni belli discrimine.* Hos *enim canes q funestis huc aduecti sunt fatis, funesta fata perpessos exterminabimus, quod in tenebris facere non possumus.* Tempe*randum est namq; a nocturno prælio, ut nos ad diem reseruemus.* Tum *sub ortu auroræ sumptis armis, & in aciem instructi, ad ipsas naues acre prælium committemus.* Illic *quanta sua sit in bello uirtus* Diome*des declarabit, cum mecum conferet manus.* Quippe *certũ est mihi experiri, an ille me a nauibus ad murũ repellat, an ego ipsum confodiam, cruentisq; eius potitus spolijs redeam. Crastinus profecto erit ille dies, quo patebit, an ille meæ, quã in eum torquebo lanceæ sit par, an non: sed ut auguror non erit, & inter primos ac prima luce mea manu percussus occumbet, multis quoq; comitum iuxta cadauer domini prostratis.* Q*uod si mihi contingat, & hunc diem exitialem faciam* Græcis, *ego immortalitatẽ, ego perpetuam iuuentam, ego diuinos honores mihi parauero. Celebrabor*

enim oībus ſæculis inter gentes, uelut Minerua atq; Apollon. hæc Hector. Cæteri autē oēs aſſenſum conclamatione teſtati ſunt. Tū ſudoribus manātes equos a ſuo quiſq; iugo diſiungūt, ꝓpe currus capiſtris alligant. Mox panem uinumq; ex urbe conuehunt, boues oueſq; opimas adducūt, pyras paſſim mille in locis extruunt, atq; incendunt, uento in cælum globos tollēte flammarū ac fumi, quæ ab urbe Troia ſpectantibus in planū, quod interiacet inter flumen & naues nō alia nec pauciora uidebantur, q̄ ſydera, dum ſereno, tranquillo, ac nullo ſpirante uēto fulgēti lunæ circūfuſæ reſplendēt. Dumq; oēs circūiecti colles atq; conualles & prominētes montium uertices patent, & paſtores ex illuſtri aſpectu telluris, tū ex puro ſtellarū ac lunæ ætheriſq; nitore capiunt uoluptatē. Recubabant autē quinquageni ad ſingulas pyras, & peruigilē crapulam ſumma cū alacritate atq; fiducia agebant, expectantes cum auiditate auroram, equis prope currus ſtantibus, ac hordeum auenamq; mandentibus.

Finis Libri Octaui.

¶ Auſonij poetæ, in Nonum Homeri Iliados librū Argumentum.

INterea vigilum excubijs cohibentur Achiui.

¶ Græcis & præterita dimicatione perculſis, & inſtante cōterritis, proceres ab Agamēnone cōuocant. Quibus rex fugæ cōſilia & apparatū ordinādæ ꝑ noctē nauigationis indicit: Diomede & Neſtore dehortātibus: ſuadēte autē Neſtore Aiax & Vlyſſes legant ad Achillē, dona ingentia pollicentes, ſi deſiſtat iraſci, & ſe auxiliatorē feſſis rebus accommodet, ſed Achille in iracundia pertinaciter permanente, Legati Achiuorum re non impetrata, irriti reuertuntur.

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Nonus.

CVM Troiani hunc in modũ custodias agunt, adhuc Græci ibi erant ubi quemq; timoris semper comes fuga cõpulerat: cum oẽs exanimati ac lugentes, tum uero maximi quiq; & bello clarissimi. Et quẽadmodũ Pontus Thracius repentinis uentis, hinc borea, hinc zephyro incũbentibus, cum neutrã in partẽ euoluere cursum queat, attollitur, & ambiguos fluctus cũ multa alga ex alto fundo egesta collidit inter se atq; confundit: sic animus singulorũ Græcorũ doloris ac timoris æstu cõflictabatur: præcipueq; Agamẽnonis aĩo sic exulcerato ac saucio, ipse p se præcones adijt, iubetq; uocare ad consilium cæteros, nõ publice uniuersos, sed priuatim singulos. Idẽ quoq; quod illis iussit ipse facit, primoribus eũ comitantibus. Atq; ubi senatus in curia coactus est atq; cõsedit, tristitiã animi uultu præferens: tunc Agamemnon surrexit, decurrentibus p ora lachrymis, instar fontani humoris ex abdita petra scaturientis, & p excelsam rupẽ manantis in terrã. Mox alte gemitu ducto, inquit: Graui me socij principes ac reges, pgrauiq; calamitati Iupiter addixit, durus in me nimis ac sæuus, q cum mihi spõderet atq; annueret, Troia nostris euersa manibus domũ me esse reditturũ. Nunc tot capitibus amissis, ut appareat nos ab eo esse deceptos, iubet reuerti inglo- Agamẽnon Grauisuis fugam suadet.

 rium,

rium,euerſum,extinctum. Quomodo autem iubet? nimirum ex hoc,quod fecit.quẽ talem in futurum quoq; eſſe nõ dubium eſt. Quo infeſto,oẽs conatus in cõtrarium recidũt,utpote penes quẽ ſummum rerum arbitrium eſt.& q plurimas euertit urbes, & cum uolet euertet. Quare ſequimini oẽs ſententiam meã,quatinus nobis urbẽ hanc expugnare denegatũ eſt,cõſcenſis nauibus in dulces patriæ oras recedamus. Hæc Agamemnon. Illi autẽ diu ſe oẽs intra ſilentiũ tenuerunt,nec uolentes talẽ probare ſententiam, nec propter dolorẽ acceptæ cladis reprobare audentes. Tandem Diomedes ſurgẽs, Agamemnon inquit,ut te ego in principio ſtatim oratiõis meæ accuſatoria uoce cõueniam,ſtultitia tua facit. Noli quippiã iraſci. Ea enĩ eſt prima conſiliorũ lex,& libere loquẽdi,& patienter audiendi. Dæmonie ſiccine imbelles atq; ignauos eſſe ſperaſti Græcos hoĩes,ut iſti ſentẽtiæ accederẽt? in quos oẽs contumelioſus fuiſti,in me uero inter primos cõtumelioſior,cui ignauiã imbecillitatẽq; exprobraſti, & hoc audientibus uniuerſis tam ſenibus Græcorum, q̃ iunioribus: quo minus timebo dicere, Iouem tibi alterum de duobus,hoc eſt, nobis oĩbus dignitate ut præcelleres,ſceptra dediſſe:alterũ, ut uiribus atq; animi magnitudine præcelleres,quod multo in re bellica efficaciſſimũ eſt,nõ dediſſe. Quamobrẽ caue de noĩe Græcorũ male ſentire & loqui. Quod ſi tibi metu ſuadente certũ eſt redire in patriã,abeas,patet tibi ad fugã iter,præſto ſunt naues,quibus in ſalum de-

Diomedes Agamemnoni.

ductis

ductis, expeditũ tibi est cum magno comitatu repetere Micenas. Cæteri autẽ nequaquã ista territi trepidatione remanebunt, nõ antea discessuri, q̃ hostilem urbem euerterint. Qui si & ipsi tuo exemplo fugere, q̃ perstare maluerint: certe nos duo cum nostra manu, ego & Sthenelus remanebimus, dũ ultimũ Troiæ excidium nostro Marte intulerimus, freti deorũ immortalium numine, quorum auspicijs huc ex patria sumus aducti. Hæc Diomedes. Græci uero in admirationẽ tam magnificæ oratiõis uniuersi succlamauerunt. Idẽ Nestoris *cum aßedisset, surrexit Nestor, atq; Tydides inquit, uerba* Equidẽ de te sic iudico, in prælio quidẽ te mirificũ eße bellatorẽ, in consultatiõe uero æqualiũ sine cõtrouersia eminentissimũ, Et huic, quã dixisti, sententiæ, nemo Græcorũ, quicũq; sunt, nõ modo uituperationẽ nõ deberi, sed ne cõtradicendũ quidẽ putabit. Sed nõ ideo finis cõsultationis faciendus est, cũ adhuc sint, quæ in hanc rẽ dici possint. Ea q̃ sint, explicabo. Et si tu Tydides inter oẽs reges Argiuos, sicut natu minimus es, ita (ut ego sentio) cõsilio maximus, qđ cum aliàs, tum uero hodie declarasti, tñ memento me seniore te minorem esse, & adeo iuniorẽ, ut facile mihi filius fores. Ideo post te, quicqd dicendũ uidebitur, dicã. Nec sit, q meã hanc sententiã improbet, ne ipse quidẽ Agamemnon, qui inhonestum, neq; ex sua neq; ex reipublicæ dignitate consilium dedit. Demens est nimirum quisquis intestini belli amator est, unde tantum oritur calamitatis. Sed hæc postea. Nunc quoniam parendum est

dum est nocti, curemus corpora delectis tamen custodibus, qui extra murũ pro fossa & uallo puigiles excubias agant, quod negocium iuuenibus iniungo. Tu *quoq;* Agamemnon, *q primus es inter reges, primus sis in opere faciundo.* Opus *tuũ hoc sit, nõ indecorum tibi, sed ualde decorũ, ut primores procerũ ad cœnam tecum cõuictores accipias, quod tibi & ad sumptum & ad rem agendã promptum factu atq; expeditũ est.* Nam *tentoria uino referta habes, quod hesterno die subuectũ est, & famulatu abũdas.* Ibi *frequenti senatu quod saluberimũ atq; optimum consiliũ censebitur, id tu sequeris.* Cupio *enĩ maximopere recte consultũ reipub.* Græcorũ. Quis *enĩ hoc in tempore, cum tam prope adsunt hostiũ castra, & tot ignes collucentes aspicit, esse bono aĩo possit?* Itaq; *hæc nox illa est, q̃ nos aut tutabitur, si sapimus: aut pdet, si insipientes fuerimus.* Hæc Nestor. *Cuius oratione libenter audita, consilio eius obtemperandũ protinus censuerũt.* Moxq; *septẽ principes iuuentutis suscepto custodiarũ negotio, cũ centenis singuli iuuenibus hastas manu gerentibus, & militari ordine à tergo sequentibus, armati procedunt.* Primus Thrasymedes Nestoris *filius* Tũ Marte *genitus* Aschalaphus, Ialmenusq;. Quartus Meriones. Quintus Aphareus. Sextus Deipyrus Septimus Lycomedes Creontis *filius.* Illi *ubi spacium illud, quod muri ac fossæ mediũ est, institerunt, dispertitis inter se locis ignes accendunt, & ad suas quisq; pyras uescuntur.* Agamemnon *primoribus procerum in au-*

in aulam suam, ad cœnam secum adductis, lautum sane conuiuiũ exhibuit, quibus cũ mœsto silentio cœnatis, & abunde refectis, sapiens Nestor, *cuius paulo ante mire fuerat probata sententia, sic orsus est.* Agamemnon *princeps maxime, à te loqui incipiã, & in te loqui desinã.* Quippe *q es potentissimus* Regũ, *& in hoc exercitu sceptrũ ac iuris conditionẽ obtinens, ab* Ioue *tibi tributã, ut cæteris recte prudẽterq; consuleres, eoq; oportet te præter cæteros multa loqui, multa admonere, multa etiã audire: & alteri, si quis cõsulere in cõmune bonũ uoluerit, locũ dicendo prebere: & si sanum consiliũ dederit, id sequi.* Pro *tua enĩ qui caput es consilij, habebitur cuiusq; sententia, obtinebitur.* Et *hæc quã ego dicam, ut mihi quidem uidetur, multo est optima, & qua nulla à quoq̃ alio melior dici queat, & qualis altera quondam fuit, cum tu* Agamemnon Achillẽ *abalienasti, prærepta illi ex tabernaculo suo* Briseide, *inuito me, & ne id faceres etiam atq; etiam dissuadente.* Tu *tamen spreta mea uoce, impotentiam animi nõ potuisti cõpescere, quin uirum longe fortissimum, & iã antea ira incensum irritares, eũq; honore fraudares, quẽ ipsi* Dij *honorandum sibi æstimant.* Qua *de re excogitemus nunc, qua donorũ magnificentia, quáq; uerborũ lenitate in gratiã reducamus.* Ad *quẽ respondens* Agamemnon. Oĩno *inquit uenerande senex, ut res se habet, locutus es, nihilq; in commemorandis offensis meis omisisti.* Offendi *enĩ* Achillem, *nec inficior, offendi atq; iniuriã feci, & ob id nobis hæc*

Nestor rursum.

Suadet Nestor recõciliationem Achillis.

bis hæc contigisse agnosco. Sic quidē Iuppiter in ultionem acceptæ iniuriæ hunc illi honorem habuit, ut Graij hanc tantā subirent calamitatem. Toto nāq; pectore eum diligit atq; amat. Estq; haud dubie uir sua uirtute instar nō modo multorum hoīm, sed etiā multorum populorū in opere Martio. Verum quādoquidem uesana ego amentia ductus illi iniuriam feci, uolo rursus satisfacere, ac placare eū amplissimis donis, quæ nunc nominatim uobis cunctis audientibus recensebo. Primum septē tripodes nouos, nunq̄ igni admotos, cum uiginti lebetibus, & ipsis nouis, ac rutilo fulgore radiantibus. Deinde decē auri talenta. Tū equos duodecim, ut fortissimos & formosissimos, sic pernicissimos, & q ex certamine currendi palmā assidue reportarunt, ita, ut si cui præmia ipsa uictoriarū, quæ ego pro illis adeptus sum, sola adeßent, is nequaq̄ tenuis aut parū locuples cēseretur, Tantū auri, aliarūq; preciosarū rerū poßideret. Præterea septē Lesbides fœminas, quas ego, euersa p illū Lesbio, mihi ex oībus delegerā, forma, pbitate, omni etiā muliebri artificio præstātissimas, cū quibus & Briseida, quā sibi eripui remittā, eamq; integerrimā oīno. Siquidē mecū nunq̄ aut in eodē cubili iacuisse, aut more uirorū mulierūq; fuisse cōmixtā, magnū iusiurandū impono, Et hæc quidem in præsentiarū. Posterius autē illi me daturū, capta Troia, si Dij nobis hoc concesserint, ut ingressus ipse urbē, tantū auri ærisq; in peculiarem sibi deligat sortem, quo unā oneret nauim. Deinde cū cætera inter

Agamēnon uult placare Achillē.

nos dispartiemus, prædam ante omnes sibi eligere liceat, uiginti ex captiuis fœminis secundum Helenam speciosissimas. Hæc *sunt, quæ hic ad* Troiam *daturum me repromitto.* Apud Græciam *uero, ubi* Argos *redierimus, si gener mihi esse sustinebit, eodem beneuolentiæ gradu, quo unicus meus patris delitiæ* Orestes *colitur, à me coletur, data sibi potestate optandi quã uelit potissimum uxorem ex tribus filiabus,* Crysothemi, Laodice, & Iphianaßa, *cum tanta dote, quantam nemo unquàm patrum filiæ dedit.* Etenim *dabo pro dote in uberrima regione septem egregias sane ædificijs urbes, frequentes incolis, atq; maritimas,* Miterſæ & Pylo *finitimas* Cardamylem, Enopem, Hiren, Pheras Anthyan, Æpian, *ac* Pedason, *quarum oppidani dicto audientes erunt, imperata facient, eumque muneribus (mire namq; armentis & gregibus quibusq; abundant) ut deum quendam honorabunt.* Audistis *iam enumerantem me, quæ illi tribuam, reuerso mecum in gratiam.* Quod *utinam* Achilles *redire uelis, & sic tibi lenis sit* Deorum *ille* Pluton, *infestissimus generi humano, atque inexorabilis.* In *me quoque idem tanto minus acerbus sit, atque hactenus fuit: quanto ego te & ætate & imperio antecedo.* Ad *hunc respondens* Nestor, *maxime inquit* Agamemnon, *munera quæ enumerasti danda* Achilli, *haud quaquam ut parum ampla, sunt repudianda, quo magis quàm primum legatos ad illum dimittamus, qui hæc referant, homines ad hanc rem maxime idoneos.* Quod *si*

hi, quos

hi,quos ego diligendos censeo, ipsi hoc officium susci pere uolent,duos legatos dimittemus,& cum his Ioui amicum Phœnicē. Hic dux inter tres erit,& primus Magnus uero Aiax secūdus, diusq; Vlysses tertius: comitantibus eos præconibus duobus. Hodio & Eurybate. Agedū igitur præcones ferte aquā ad abluendas manus, ac iubete oēs huic legationi bene precari, ut libamentis ac precibus Iouem ad misericordiā nostri exoremus. Sic locutus,oībus rite atq; ordine uisus est dixisse,statimq; imperata facientes,præcones quā tulerant aquā,manibus illorū infuderunt. Quibus lotis,iuniores coronata gradatim pocula propinarunt, atq; ubi legati primū dijs libarunt, deinde sibi quo ad uoluntas tulit biberūt,Ex Augustali procedunt, Nestore multa singulis mandante,cōmittente,iniungēte. Quibus pro se quisq; Achillē persuadere niteretur. Digressi à Nestore cæterisq;,iter ingrediuntur apud orā maris,plurima prece ipsum maris deū Neptunum obsecrantes, ut elatos Achillis spiritus possent facile oratiōe delinire, Iidē postq̃ ad tentoria nauesq; Myrmidonum peruenerunt,offendunt illum sedentē ac permulcentē sibi aures cantu,Patroclo,q unus aderat,sedente ex aduerso,expectanteq;, quando ille à canēdo cessaret. Canebat autē ad citharā uirorū fortium laudes. Eam citharā cum Thebas euerteret,inter spolia Eetionis regis inuenerat,nō solum uocalitate, uerum etiā aspectu insignē. Nam & artificio & materia iugo quoq; argenteo erat decora. Progressi legati quorum

Mittūtur legati ad Achillem

rum Vlyſſes antecedebat,coram Achille conſtiterũt. Quibus ille conſpectis,admiratione perculſus,è paui mento protinus,ubi recũbebat, cum ipſa cithara exi- lijt. Patroclus quoq;,cum reſpiciẽs hoĩes uidiſset,re- pente & ipſe ſurrexit. Et Achilles hilarẽ ambobus porrigens manũ.ſaluete,inquit,amici mei atq; amico- rum præcipui. Vt mihi iucundus ueſter aſpectus eſt, atq; aduentus. Etſi abalienatus à Græcis ſum, tamen aĩo meo uos chariſſimi eſtis. Sic locutus.ſeſſum duxit, ſequens ipſe præeuntes. Quos ubi in ſellis inter pur- purea tapeta collocauit, ſtatim Patroclo q proximus ſtabat,inquit, Patrocle, nam uiri longe amiciſſimi ad meũ domicilium uenerũt, appone cratera capaciorẽ, mixtoq; meraciore uino propina ſingulis. Ita effatus, & Patroclo imperata faciẽte, ipſe ingetẽ cacabũ ſup ignem appẽdit, inq; illum tergũ uerueci, itẽq; craſsæ capræ cũ lumbis tenellæ atq; altilis ſuculæ immerſit, quæ Automedonte manibus tenente in fruſta lania- uit. Aliam quoq; partẽ apte minutatã uerubus infixit: magnũ interea ignẽ, Patroclo excitante, ſupponens. Ac poſtq̃ exuſtis lignis reſedit flamma, prunas ſter- nit,ac deſuper carnẽ transfixã uerubus infixit. Subin deq; tollens, ſale cõſpergit, tandẽq; toſtam cũ exce- piſſet, partitus,eũ Patroclus decoro in caniſtro por- tatum panẽ ante conuiuas diſtribuiſſet,carnẽ ipſe ſin gulis apponebat,ex oppoſito Vlyſſis ad parietẽ ſeden tis,iuſſo Patroclo Dijs antea libare, quod ubi Patro- clus executus eſt,libamentis ciborũ in ignẽ coniectis,

N tunc

tunc illi ad appositas epulas manum porrexerunt. Demum esui potuiq; imposito fine, Aiax Phœnici innuit, Quod Vlysses cũ animaduertisset, intelligens quid sibi nutus ille uellet, poculum mero impleuit, illudq; Achilli propinans inquit, Achilles salue. Iamq; postq̃ cœnæ satisfecimus, loquendũ est. Et laute quidẽ cõuiuio sumus accepti, nõ modo nunc abs te, sed etiã paulo ante ab Agamẽnone. Verũ nos hoc tempus nõ elegantiã epularũ, non cõuiuij iucunditatẽ, nõ ullam aliã rem cogitare pmittit, q̃ quõ ab extremo exitio qđ nobis impendet, incolumes esse possimus, arcentes impetum Troianorũ, ne naues illi nostras unà nobiscũ absumant. Quod aliter euitari posse diffidimus, nisi isto singulari tuo robore nobis auxilium feras; cum Troianæ legiones sociorũq; auxilia, collatis nobiscum cominus castris, passimq; accensis ignibus, insultẽt nobis Exaudimus enĩ eorũ uoces de munitiõibus nostris, affirmantiũ non laturos nos impressionẽ ipsorũ, sed intra naues occasuros. Et quo magis illis increscat audacia, ac nobis diffidentia, Iuppiter eis prospera oĩa dextris fulgoribus fore promittit. Itaq; Hector cũ ualidissimis uiribus corporis, atq; hodierna uictoria ferox, tũ uero Ioue fretus, optat q̃primũ apparere luciferum, affirmãs nec cæteros hoĩes, nec cæteros deos (tanta cũ cepit insania, rabies, furor) tanti fore, ut pugnantẽ ipsum prohibeãt, quin naues rescindat, atq; exurat, nosq; ex ipso ardentiũ nauium fumo lymphatos prosequatur. Cuius tã trucis uoti, ne compotẽ eum

Vlysses Achilli.

Dijs fa-

Dij faciant, & eius minas exaudiant, ingens nobis Achilles timor inceſſit: uidelicet ne miſeris Græcis fato ſit datū, ut procul à patria, ut in hoſtili terra, ut uniuerſi pariter occidamur. A quo periculo, & ſi hactenus diſtuliſti, nunc ſaltem q̄q̄ pene ſero, ad nos uindicandos excitare. Alioquin uehementer poſtea dolorem capies, tum ex noſtra interemptione, tum ex facti tui pœnitentia, qđ cum uelis remedia adhibere calamitati, non poſſis, quia cum poſſes, adhibere nolueris. Eapropter Achilles, ne cōmittas quæſo, ut præſentē cladem nolis, ſed futuram multo ante præuideas, quo modo arceas, quanquàm (o Dij boni) quæ nam tibi Peleus pater præcepta dedit, quo die te ex Phthia erat ad Agamemnonem dimiſſurus? Memoria repeto, eum ita tibi præcepiſſe. Fili mi, Iuno & Pallas tibi ſi earum uoluntas feret, ut præualidas uires habeas, præſtabunt. Tu hoc per te ipſum potes ipſe præſtare, ut feruidam pectoris animoſitatem cohibeas, iracundiam comprimas à ſimultate, quæ omnium malorum magiſtra eſt, & contrahenda abſtineas, & contracta deſiſtas. Satius erit colere te moderationem, lenitatem, beneuolentiam, quo plus honoris, plus laudis, plus dignitatis, & apud maiores, & apud minores natu cōſequaris. Hæc tibi patris præcepta Achilles exciderunt? At nunc me admonente in memoriam redeant, & quod ille te facere iubet, feruorem iſtum animi cohibe, ſatis ſit indulſiſſe iræ. Sufficiat non ſuccurriſſe laborantibus, uidiſſe fugatos, occiſos,

 in ulti-

in ultimum discrimen adductos. Iam *tempus est depo nere simultatẽ: cum præsertim* Agamemnon *culpam suam agnoscens, ultro tibi amplissima munera se do naturum, si in gratiã secum redieris, polliceatur.* Eaq; *apud te recensere nos iussit, quod cum facio, oĩa ut ab illo in suo tentorio accepi sic referens,* Achilles *au sculta.* Primũ *septem tripodes nouos nunq̃ igni ad motos, cum uiginti lebetibus, & ipsis nouis ac rutilo fulgore radiantibus.* Deinde *decẽ auri talenta.* Tum *equos duodecim, ut formosissimos, sic pernicißimos, & qui ex certamine currendi palmã assidue reporta runt, ita ut si cui præmia ipsa uictoriarum, quæ* Aga memnon *pro illis adeptus est. sola adessent: is nequaq̃ tenuis aut parũ locuples censeretur, tantũ auri alia rumq; preciosarũ rerum possideret.* Præterea *septẽ* Lesbides *fœminas, quas ille, euersa p te* Lesbo, *sibi ex oĩbus elegerat. forma, probitate, oĩ etiam muliebri ar tificio præstantißimas, cũ quibus &* Briseida, *quam tibi eripuit, remittet, eamq; intemeratam oĩno: si quidẽ secum nunq̃ aut in eodẽ cubili iacuisse, aut more uiro rum mulierũq; fuisse commixtã, magnum iusiurandũ interponit.* Et *hæc quidẽ inpræsentiarum.* Posterius *autẽ illa se daturũ pollicetur, capta* Troia, *si* Dij *hoc nobis concesserint, ut tu ingressus urbẽ, tantũ auri ærisq; in peculiarẽ tibi deligas sortẽ, quo unam one res nauem.* Deinde *cum cæterã inter nos dispartie mus prædã, ante oẽs tibi eligere liceat uiginti ex ca ptiuis fœminis secundum* Helenã *speciosissimas.* Hæc

sunt

ſunt quæ hic ad Troiam *daturũ ſe repromittit.* Apud Græciã *uero ubi* Argos *redierimus,ſi gener ſibi eſſe ſuſtinebis, eodẽ beneuolentiæ gradu, quo iunctus eſt pater,ac deliciæ ſuæ* Oreſtes *colitur, à ſe coleris,data tibi poteſtate optandi,quã uelis potiſſimum uxorẽ ex tribus eius filiabus,* Cryſothemi, Laodice, *et* Iphianaſſa,*cũ tanta dote,quantã nemo pater unq̃ filiæ dedit.* Etenim *dabit pro dote in uberrima regione ſeptẽ egregia ſane ædificijs,frequẽtia incolis,maritima oppida,* Miterſæ *et* Pylo *finitima,* Cardamylẽ, Enopem, Hiren, Pheras, Anthyan, Æpian, *ac* Pedaſon. Quorũ *oppidani dicto obedientes erũt,imperata facient,teq́ muneribus(mire nãq́ armentis gregibusq́ abundãt) ut deum quendã honorabunt. Audiſti quæ daturum tibi ille ſpondet reuerſo in gratiam ſecum.* Quod *ſi* Achilles*(quod abſit)ne ſic quidẽ reconciliari uis,nec perſona donantis,nec amplitudine donorum moueris, eſto illi inimicus, gere cũ eo ſimultates, in unũ* Agamemnonẽ *inexpiabile odium exerce,qui de te male eſt meritus.* Alios *certe uniuerſos* Græcos, *& grauiſſima paſſos,& grauiora paſſuros miſerare,ob hoc meritum poſtea futurus apud eos loco* Dei *cuiuſdã, q ſe de uictis uictores effeceris, & ipſorũ ignominiam in ſuã cõuerteris gloriã.* Eo *quidẽ magis, q̃d qualis nunq̃ fuit,nũc tibi eſt oblata occaſio* Hectorẽ *occidendi,cũ tam in uicino caſtra locauerit, nõ detracturus tuũ cõ greſſum.* Ita *inſanus eũ furor tenet.* Prædicat *nãq́ parem ſibi in bello ex oĩbus qui huc nauigauimus eſſe*

Achilles Vlyssi

neminem. Ad quem respondens Achilles, operæpreciũ est inquit princeps circũspectissime Vlysses, semel me istiusmodi orationi respõdere, ne tu posterius aliiq; subinde adeũtes me, garrulis sermonibus obtundatis. Quod enim mihi constitutum est, hoc reuocari nullo pacto potest. Ac me ne forte quispiam existimet aliter loqui ac sentio, genus illud hoĩm, qui aliud clausum in pectore habent, aliud promptũ in lingua, perinde mihi inuisum est atq; ipsa inferni hostia. Dicam itaq; quod sentio, quod constitui, quod faciã, quod semel dixisse sufficiet. Nullam unq̃ neq; Agamemnonis neq; aliorum Græcorum suasionem mihi persuasurã, ut pro eis descendam in prælium contra Troianos. Quandoquidem ei, qui hoc fecit, & assidue & sedulo fecit, nulla relata est gratia. Nec interest, in bello quis fortiter an ignauiter egerit, pertulerit erumnas militares, an ociosus intra tentoria desederit: bonã operam nauauerit, an malam: utrisq; æquum prænium, æqua prædæ portio, æqua dignitas est. Quippe cum ego nihil peculiarius assecutus sim, q̃d præter cæteros & pro cæteris tot languores animi, tot difficultates in bello, tot pericula mihi suscipienda existimaui, uitæ meæ nõ securus, ac cruentos dies, & peruigiles frequẽter exigens noctes, ita deniq; laborans, ut auis pro pullis suis, quos implumes adhuc & uolare nescientes nequeuntesq; pascat, tolerat ærumnosum illum quottidianum irrequietæ uenationis laborem. Etenim Troiæ finitima oppida duodecim bello nauali, itẽ undecim

decim pedestri prælio expugnaui. Quorum oĩm opes ac copias,& multas & preciosas,ita ut diripuerã,ad Agamemnonẽ detuli,illiq; uniuersa dono cessi. Hæc *ipse dũ accepisset,apud sua tentoria ociũ tenens, retenta sibi maxima parte,mox pauca quædã ex his mihi,nõnulla summis quibuscũq;* Græcorum *principibus. honoris gratia largitus est. Quæ cum sua cuiq; salua sint,à me tamen uno oĩa eripuit, atq; meam nempe fœminam, quæ mihi ob ingenium eius & formam cordi erat,quam etiam uxoris loco habebam, cum ea ipse se oblectare uoluit.* Oblectet *sane, fruatur aliquo alieno coniugio,nihil admodum se, qđ alteri uxorẽ præripuit,peccaße existimet.* Quod *si ita est,quid attinebat eum comparare exercitus, & bellum inferre* Tro*ianis,& tam diuturno tempore in bello nos esse?* An *non hoc ideo fecit, ut* Helenam *marito Menelao ab* Alexandro *ereptam ulcisceretur?* Nisi *forte soli ex omnibus hominibus* Atridæ *sua coniugia amant.*Imo *& alij quoq; si modo sapiunt, & qui boni uiri sunt coniuges suas amant, & de ijs sollicitam curam gerunt, ueluti ego faciebam,*Briseidam *& si captiuam, tota tamen charitate complectens.* Hanc *à me Agamemnon, sic dilectam,& ante in præmium à consensu omnium* Græcorum *traditam, per dolum è tabernaculo, atq; adeo è manibus meis cœpit,rapuit,abduxit,* A *me inquam, qui propter* Helenam *& aliorum qui hic adsunt, uxores, tanta pertuli.* Et *postea me, de quo tam male meritus est, uerbis delinire conatur?*

 Desistat,

Desistat, & satis superq; satis edoctum me ne amplius tentet. Nam quod conatur, frustra conatur. Proinde adempta spe mei, tecũ Vlysses, cũq; alijs regibus consultet, qua ratione naues ab hostili incendio uindicare possit, si hostilẽ ignem extimescitis. En quo mea destitutus ope deuenit. In tutelã nauiũ castra cõmunit muro, fossa, uallo. Nec tñ hoc ita laboriosum opus eũ tutari, & sanguinariũ arcere Hectorẽ potest. At cũ ego in bellis agebã, tantũ aberat, ut à muris nostris munitionibusq;, quæ nullæ erant, Hector esset arcendus, ut à muris suis non auderet pedẽ migraturus efferre, formidine mei. Tantũ cum manu Troianorũ ad portas Scæas turrimq; procedebat. Vbi semel quodã die manere ausum cum inuasissem, ægre fuga elapsus est. Cũ quo, quia certũ est mihi nõ certare amplius bello, crastino die sub exortũ auroræ, cũ Ioui cæterisq; dijs sacrificauero, naues meas onerabo, atq; in mare deducam. Eas tu Vlysses, si hoc tibi aut uacabit, aut libebit qua dixi hora spectabis abeuntes, magna cũ alacritate remigantiũ. Quod si Neptunus tribuerit secundã mihi triduo nauigationẽ, littora patriæ portusq; cõtingam: à qua stulte profectus sum: cum tantæ mihi illic opes ac copiæ adsint. Et ad ea nũc fruenda iure optimo reuertor, reportans multũ auri, multũ æris, multũ etiam eximiarũ puellarum, quibus p me potitus, nõ ab Agamemnone donatus sum. Nam quod honoris gratia dederat, id iterum per ignominiam abstulit. Quocirca Vlysses uerba mea omnia mando publice referas, ut

ras, ut prius me alij in hunc Græci irascantur, si quos adhuc, ut est semp impudicitia uestitus, sperat se posse fraudare: nam me amplius alloqui, & etiã os meũ intueri, licet exhausti ruboris sit, tamẽ cõscius sibi sceleris nõ auderet, Et si auderet, ego respuero omne secum rerum sermonisq; cõmercium. Semel ipsius uerba me deceperũt. Sat ei sit, ꝙ semel meo me honore fraudauit. Non est iterum apud me fraudi locus. Valeat, quiescat. & secũ tacitus affligetur, quod dũ mihi iniuriam fecit, ei Iuppiter infensus mentẽ sensumq; eripuit. Nam quod ad munera attinet, ea uero sunt mihi cum ipso donante odiosa, inuisa, mortis etiam instar. Quibus nõ me sibi placaret, nec si decupla quidẽ donaret, nõ si bis decupla, nõ si deniq; quicquid aut habuit, aut habet, aut unq̃ habiturus est, adderet: non si quicqd uel infertur Orchomeno, uel effertur ex Thebis, illic nauibus, hic iumẽtis ac uehiculis: ex Thebis inquam Ægyptijs, urbe ut capacissima (centũ enim portas habet, p quarũ singulas Duces cũ iumẽtis uehiculisq; egrediũtur) ita oĩbus diuitijs refertissima. Non deniq; si tot mihi munera offerret, quantus est harenarum & pulueris numerus, nisi eũ antea ꝑ iniuria, ꝑ ignominia, pro mœrore, quo me affecit, satis supplicij dedisse cognouero. Iam uero quod socer mihi esse uult, ꝙ electionẽ filiarũ offert, hanc ego affinitatem minime accipio, ne accepturus quidẽ, si filia eius et de formæ uenustate Venerẽ, & de muliebri ministerio Mineruam poßit æmulari. Alium sibi ille generũ de-

ligat, tum magis idoneum, tum maiore præditum regno. Mecum uero præclare agitur, siquidē reducem in domū meam dijs uolentibus me retulero: ut in patria, ut ex autoritate patris, ut ex animi mei sententia uxorem ducam. Sunt enim nō parū multæ in Achaia in Hellade, in Phthia adolescentulæ, summo loco natæ, & magnorū ducum filiæ, & principum, cū quibus iucundam degam ætatē. Ad quod faciendum (ut fatear) maiorē in modū declinat animus. Satiusq; existimo domi meæ cū amantissima uxore patrimonio frui, quod Peleus cōparauit, quàm hic ad Troiam in bello occumbere. Nullo enim precio potest animæ meæ iactura pensari, nō tantis opibus quantæ apud Iliū ante illatum a nobis bellum fuisse dicuntur, non tantis donarijs, quanta intra marmoreū Pythij Apollinis limen reposita sunt. Nam boum quidē, aut ouium, aut equorū aut tripodum, similiumq; amissio resarciri solet. Anima autem hominis, cū semel ē corpore migrauit, nunq̄ rursus aut remigrare, aut instaurari potest. Etenī ita de dea matre accepi, ancipitem mihi ex fatis finē uitæ offerri. Si hic permaneam in obsidione belligerans negato in patriam reditu, maturam mortē, sed immortalem gloriam me manere. Sin relicto bello redirem, ibi negata gloria longissimam ætatem traducturum. Equidem non modo mihi, uerumetiam cæteris faciundum cēseo, uosq; meis uerbis dicatis alijs iubeo, ut hinc soluentes ad penates reuertamur: quandoquidem Græcis adempta facultas est Troiæ expugnandæ, tum Io-

ue aux

ue auxiliante hostibus, tum ipsis Troianis iam feroci-oribus ad pugnandum effectis. Vos itaque duo, Vlysses atq; Aiax, reuersi primoribus Græcorum renunciate, & cum maioribus natu, quorum munus est proprium de Repub. consultandi, quoniam ratio consilij quam me absente inierunt, parum prospere cessit, aliã de integro ineant, per quam & naues, & milites ab hostibus incolumes reddant. Phœnix autem hic remaneat, ut apud nos dormiat, ac crastino die hinc mecum in patriam proficiscatur, si modo sua uoluntas ferat, nam inuitum eum ducere non est sententia. Hæc Achilles. Illi autem diu se omnes intra silentium tenuerunt, stupentes tam rigidam præfractamque orationem. Tandem senior Phœnix multis per ora decurrentibus lachrymis, (erat enim sane de nauibus ac socijs anxius) hunc in modum excepit: Si tibi illustrissime Achilles ita alte insedit animo affectus iste indignationis, ut nullo pacto abduci ad propulsandum sociorum periculum possis, certumq; tibi est hinc proficisci in patriam, quo tandem modo animum inducerẽ, ut hic abs te amantissime fili relinquerer, & alijs tuis te comitantibus unus ego non præstarem tibi comitatum, qui sum ab Peleo patre quo die te ad Agamemnonem ille dimisit, comes tibi præceptorque datus? qui rudimenta dicendi agendique traderem, ut in concionibus atque in Senatu orator, in rebus agendis bellator euaderes. Nondum enim tu per ætatem ad hoc poteras esse instructus, quibus duabus Phœnix Achilli

rebus

rebus maxime inter mortales gloria cōparatur. Post hæc, ut ego abs te dulcissime fili relinquerer nō sustinerē, ne si Deus quidē responderet, se exuta mihi hac senili maláq; ætate, florentē illam ineuntis pubertatis induturū. Qualis tunc eram, cū primū ꝓfugus excessi ex Hellade maledicta, execrationesq; Amyntoris patris ferre nō sustinens, quibus ille me ꝑsecutus est, hac de causa in me furore indignationis accensus. Is habebat amicam quandam pulchram sane fœminā, quam ita adamabat, ut uxorē, eandēq; genitricē meā cōtemptui haberet. Quod genitrix ægre ferēs, quotidie aduoluta pedibus meis obsecrabat, ut cum Pellice sua concumberē. Fors enim hoc modo (ait) illa ꝑ me senem fastidiret amatorē, Adeóq; deniq; me assiduis precibus orauit, ut exoraret. Pater uero ubi cum puella me sua cōcubuisse resciuit, (resciuit autē ꝓtinus) etiam atq; etiam execratus est, inuocatisq; Erinnybus est imprecatus filio filiorū orbitatē, ut nullus unq̄ ex me gigneretur, quē ipse auus sup genua sua collocaret. Quam imprecationē cū cæteri dij inferi, cū Pluto tum regina Proserpina ratam fecerunt. Tūc mihi impatientia subijt animi in eisdē ædibus agēdi nulla ratione, ubi tantopere infensum haberē patrē. Atq; cū abire destinassem, circūsistebant me amici, sodales ꝓpinqui, pro se quisq; orantes, ut ab hac destinatiōe recederē, nec modo precibus me, uerumetiam sacrificijs retinere conati sunt. Plures enī arietes, plures boues, plures sues ex oībus gregibus armētisq; electos immolabant

*labant, incitabant, torrebant, Plures etiam meri am-
phoræ ex patris cella uinaria epotæ sunt. Neq; hoc fe
cisse cōtenti, incensis per totam noctē ignibus, unis in
media aula, alteris in uestibulo cubiculi ex opposito
ianuæ uigilias circa me uicibus agebant, & hoc nouē
noctibus. Ipse tamē clādestino eos consilio fefelli, hac
enim nocte ita furtim rupi thalami fores, licet bene cō
munitas, ut illinc egrediēs, & per aulæ parietes desi-
liens, facile laterē oēs, qui me asseruabant, uiros pa-
riter & ancillas. Deinde ut solus profugerē, spacio-
sam emensus Hellada, in Phthiam deueni ad regē Pe-
leum patrē tuum, qui me honorifice exceptū, eo amore
ꝓsecutus est, ut si filius, si semp sibi unicus, & cui tan-
tæ illæ opes deberētur, fuissem. Siquidē me cōtinuo di-
uitē, imô adeo principē fecit, cōmissa mihi Dolopum
ꝓcuratione in extrema Phthiæ ora habitantium. Ibi
ego cōstituta mihi uiuēdi sede, te Achilles q dijs nunc
similis, ab infantia, atq; a tantulo educaui. Educabam
autē te, nō modo quod arcte amarē, sed etiā quod re-
damarer: quippe cū ita me diligeres, ut nolles neq; ex-
tra domū ad cœnam pergere alio nisi me comitante,
neq; domi cibū capere nisi mecū, nisi sup mea genua se
dēs, nisi prægustato ac inciso à me obsonio, uino quoq;
p me labellis tuis admoto, quo frequenter per uomitū
reddito, ut est infantulis infirmitas, sinus meos perfu-
disti. Quæ ego atq; alia multo plura in tua educatiōe
mihi toleranda ac perferēda eo cōsilio duxi, ut quati-
nus a dijs mihi denegatū erat, ut pater gignēdo essem,*

essem

essem pater educando,teq; filium haberem,ut si quando res postularet,ab indigna me nece uindicares.Itaq; pro mea in te pietate Achilles admonere te debeo, ut istos pectoris tui æstus aliquando sedare uelis,nec implacabilem gerere animum,quod minime decorum est Tum dij ipsi,quorum uis animi,robur corporis,naturæ dignitas,præstabilior est,quàm nostra placabiles sunt & oblatis hostijs,sacrificijs,libaminibus,uotis,nostras preces, qui eos læsimus , audiunt. Etenim ut scias Achilles,preces Iouis filiæ sunt,eædem ipsius offensæ siue iniuriæ comites,claudæ,strabæ, rugosæ, Illa nec rugosa,nec straba,nec clauda:sed integra,sed robusta,sed uelox,eoq; comites omnes longe præcurrẽs, uniuersumq; peragrãs orbem terrarum, passim lædit genus humanum. At preces eius uestigia legentes, meditabundæ,taciturnæq; consequuntur. Has autem quisquis ipsum adeuntes, et ut ueniam det obsecrantes admittit,reueretur,exaudit,hunc ipsæ:postea quando usus est,uicissim exaudiunt,commodis augent,ac compotem uoti faciunt. Sin obstinato animo repudiat, tũc acceptam iniuriam ad patrem Iouem iratæ deferunt, eumq; orando inducunt, ut ob ultionem humanitatis unà cum eis offensam, ad hominem magna pernicie puniendum ire permittat:ut intelligas Achilles, non esse tibi committendum,ut preces filias Iouis repulsa dimittas,cum præsertim ad has accedat id,quod alios quamlibet egregios uiros placare consueuit, honorificentia,qua te Agamemnon prosequi cupit,tot dona

Preces Iouis filiæ sunt.

tot mu-

tot munera, tot res amplissimas offerens. Quod si non faceret, si non te precaretur, si adhuc pergeret tecum gerere simultates, nequaquam ego te iuberem Achilles, ut deposita iracundia, Græcos in ultimū etiam discrimen adductos auxilio tuo subleuares. Nunc autē non modo abiecit simultates, non modo ut tu quoque abijcias precatur, non modo amplissima dona partim nunc offert, partim pollicetur: uerumetiam Legatos pro his rebus ad te dimisit, uiros ex omni cœtu Græcorum & excellentissimos, & tibi amicissimos: quorum personæ, aduentus, oratio, multum per se etiam deberet apud te habere momenti, ne non solum Agamemnon, sed hos quoque pro nihilo habuisse uideare: ne ue, quod hactenus actum non est, iracundia ista tibi uitio uertatur, si eam diutius serues, quod prisci illi Heroes nō factitarunt, quos accepimus ex hoc quoq; fuisse gloriam consecutos, quod cōtractam aduersum aliquos amaritudinem muneribus precibusq; deposuissent. Eos uero, si qui hoc non fecissent, & secum pœnituisse, & ab alijs fuiße reprehēsos, memoria teneo, huius rei non recens, sed uetustum exemplum. Quæ res quo modo gesta sit, uobis pro nostra familiaritate referam. Bellum erat inter Curetes & Ætolos ad Calydonem de ipsa urbe, cum eam illi expugnare niterentur, hi ab expugnatione tutarentur, cum ingenti utriusque populi strage. Autor autē huius calamitatis (ut altius repetam) fuit Diana, quæ iniecit eis materiam discordiarum, uehementer in Oeneum stomachata

cbata, quòd is dum pro arbustorum primitijs sacrificaret cæteris dijs, uni sibi quæ Iouis filia est, nõ sacrificasset, siue ille obliuione captus, siue nõ ratus ea sacra Dianæ fuisse facienda. Igitur dolore indignationis accensa, aprũ excitauit, mira membrorũ, setarũ, dentiũ magnitudine horrendũ, qui cũ impetu corporis, tũ ui dentiũ omnem agrũ Calydonium deuastabat, proterens sata, & messes, arbusta cũ fructibus, quàuis procera radicitus sternẽs, magnam paßim cladem ferẽs nõ modo agris, uerumetiam uiris. Siquidẽ plurimos in occursum ire conatos trucidarat. Hunc tandẽ Oenei filius Meleager cõparata ingenti ex cõpluribus oppidis uenatorum manu, cum magna copia canum (neq; enim cũ paucis tantam feram, & tam sæuam cõficere potuisset) occidit. Hinc dea uolente, inter Curetes atq; Ætolos de capite apri, ac pelle, utris illa cederẽt, utrisq; sibi uendicãtibus, uehemẽs seditio, ac prælium cœptum est, diuq; bellum fuit. Quo in bello quàdiu Meleager uersatus est, semp res Caretũ deterior fuit, ita ut extra ipsorũ muros & si copijs militũ abundabant, consistere non possent, donec euenit, ut Meleager ab armis desisteret irarum æstibus cõcitatus, quibus grauium quoq; hominũ pectora solent cõcitari atq; feruere. Quid autem causæ suberat, ut irasceretur? Althæa mater, quæ fraternæ mortis impatiens (peremerat autẽ illum Meleager positis humi genibus, atq; ambas palmas crebris ictibus solo incutiens) madente lachrymis sinu cum uociferatione deos superos atq; inferos

feros inuocans, necem filio est imprecata: cuius eam imprecationis immitissimo ingenio Erinnys cõpotem fecit. Ob hanc detestationẽ matris, cõturbatus animo Meleager, ac tabescens, omissis prælijs domi se continebat, solans acerbum mœrorẽ apud Cleopatrã amantissimam uxorẽ, fœminamq; pulcherrimam. Hæc autẽ filia fuit Idæi & Marpisses: Marpisses quidẽ speciosæ inter paucas nymphæ, Idæi uero oĩm illius sæculi uirorum formosissimi, & qui arcu sagittisq; sumptis Apollinẽ inuadere ausus est ob Marpissen sibi à deo ereptam, quam postq̃ rapta est parentes Alcyonẽ cognominauerunt, ꝙ mater eam domi deflebat. sortita luctuosum ac flebile Alcyonis fatum. Igitur, ut institueram dicere, Meleagro cessante, ecce ibi cõfestim Curetes Calydonẽ petunt, subeunt portas, turres murorum subruunt. Ibi fremitũ pugnantium, fragorẽ collabentium curruum, succlamantiũ uictorum, exultantiumq; audires. Tunc principes Ætolorum tanto exanimati periculo Meleagrum adeunt, obsecrant, obtestantur, ut arma sumat, & in hostes iam mœnia demolientes prodeat, ciuitatemq; à præsenti euersione tutetur, Eoque inexorato reuersi. summos sacerdotes ad hominẽ mittunt, ut adiuncta precibus deorũ religione animũ permouerent, adiecta etiam ingẽti sponsione. Offerre enim se facultatẽ, hinc ex ornatissimis quibusque prædijs, quæ in plano posita sunt, unũquodlibet optandi, cuius mons quinquaginta passuum esset ex dimidiato uitibus consitum, ex altero dimidio fru-

mentarium. Spretis ciuibus, contemptis sacerdotibus, despectis muneribus, senior pater accessit ad thalamum filij, clausisq; foribus, tanquàm Meleagri genibus aduolutus, & ea identidē quatiens, diu multumq; omni precationum ambitu supplicabat. Supplicabant unà cum patre fratres, eodem modo procumbentes. Supplicabat & mater. Sed quo magis per se quisque preces inculcabat, eo magis surdas ille aures habebat Supplicabant postremo certatim familiarissimi, amantissimique sodalium, sed ne hi quidem durum animum euincere & obstinatum pectus expugnare poterant. Et licet nihil proficerent, tamen omnes in eodem flebili rogandi tenore perstabant. Hoc interim spatio Curetes iam in turres murorū euaserant, iam discurrentes per urbem tectis incēdia miscebant. Quæ uxor Cleopatra ubi animaduertit, cum ingenti lamentatione ut succurrat maritum cōprecatur. Exponensque cuncta infanda, quæ in euersione urbis uicti a uictoribus perpeti solent: O mi uir inquit, urbs concrematur, puberes trucidantur, impuberes capiuntur, fœminæ captiuæ ducuntur. Tum demum Meleager tanta rei indignitate perculsus è thalamo prosilijt, sumptisq; raptim armis, urbem ciuesque suos ab extremo defendit exitio. Et cum hoc fecisset, non tamen eum Ætoli tantis tamq; eximijs donis remunerati sunt, q̄d quicquid egisset, non illorum precibus, sed suo stomacho tribuerat. Quod tu Achilles absit ut facias, neque te hoc amicus dæmon facere sinat. Difficile enim tibi erit

*bi erit ardentibus iam nauibus auxilium ferre.*Nunc *pronius auxilium feras, nunc antequam ardeant naues, nunc cum dona amplissima offerũtur, nunc quando ex facto tuo gloriam & quasi diuinam es reportaturus.* Alioquin, *nisi in hoc periculo succurris, etiam si postea prælium ineas, etiam si socios defendas, etiam si gratis facias, nequaquã tibi erit factum tuum tanto honori futurum.* Hæc Phœnix. *Ad quem respondens* Achilles: *Istum inquit honorem uenerande* Phœnix, *quẽ mihi ostendis, neutiquam requiro, contentus honorari iudicio* Iouis, *quo nunc iniuriam meam ille ulciscatur.* Eoq; *dum ingredi potero, & dum spiritum traham, certum est mihi ex his tentorijs non egredi, dumtaxat gratia pugnandi.* Illud *autem sic habeto, & quod dicã considera, atq; imis sensibus manda.* Ne *uelis amplius tu mihi tuo dolore, tuis lachrymis, tua ad commouendam miserationem apposita oratione, affectus fundere, & ad misericordiam concitare, ut per hoc* Agamemnoni *gratum facias, cui profecto nec amicus esse debes, qui inimicus meus est, ne ob id amicus mihi esse desistas, & eius demum, qui studiosus mei sit, decet te esse studiosum, quippe qui parem mihi regni dignitatem, dimidiumq; mecum imperij obtines.* Itaq; *hi duo legationem renunciabunt, tu uero hic maneas apud me dormiturus, crasque sub auroram mecum consultaturus, redeamus in patriam nec ne.* Sic *locutus* Achilles *tacitis superciliis, ut stratum* Phœnici *sterneret atque adornaret*, Patro- Achilles Phœnici.

clo innuit, uolens iam tunc ſenem incipere de reditu in patriam deliberare. Tunc Aiax: Abeamus inquit, ſapientiſſime Vlyſſes. Vt enim rem ire uideo, finē nō faciemus colloquendi, & alioquin reditum noſtrum cunctus Senatus apud curiam ſedens expectat, nunc & ſi triſte reſponſum tamē neceſſe eſt quamprimum renunciemus. Namq; iſte nullam rationē habet neque humanitatis, neq; beneuolentiæ ſuorū, neq; honoris, quo ſemper eum præter cæteros in his caſtris nos amici proſecuti ſumus. Ita imperauit ſibi, ne preces noſtras admitteret, durus, rigidus, ſæuus. At enim fuit qui pro occiſo fratre, aut etiam filio oblatis ingentibus donis ſatisfactionem accepit. Licuitq; ipſi percuſſori poſtea impune in populo agere ſine ulla eius, cui iniuriam fecit, offenſione. Tibi uero Achilles inuicē Dij mentē nunc animumq; implacabilē dederunt, qui nō ob filium, nō ob fratrē, non ob aliquē neceſſarium interemptum, tam reſpuas ſatisfactionē, ſed ob ereptam puellam, & quidem unam. At nunc pro una ſeptē longe excellētiſſimas offerimus, eandē quoq; illā, ſimulq; cū illis alia plurima. Sed tu quæſo Achilles aliqn̄ aīm placa. Da hoc pudori hoſpitij (hoſpites enī tui ſumus à cōcilio Danaorū miſſi,) da noſtræ neceſſitudini, da amicitiæ. Qui enim huc uenimus, ex oībus Græcis cupidiſſimi tui & fuimus ſemper, & ſumus. Ad hunc

Aiax Vlyſſi & Achilli.

reſpondēs Achilles. Quæ inquit princeps Aiax dixiſti, ea mihi in bonam partē accipiuntur, ac grata ſunt Cæterum cor meū irarum æſtu toties feruet, quoties

Achilles Aiaci

reputo

reputo quanta me contumelia Agamemnon affecit, q̄ me inter Græcos loco gregarij cuiusdam militis habuit, aut hominis profugi patria, atq; extorris. Vos tamē abite, & renunciate cæteris quæ respondi, namq; non prius mihi bellum curæ erit, q̄ Hector fusis Græcis, nauibusq; incensis, ad tentoria nauesq; meas progrediatur, si modo progredietur, quod non opinor: quippe & si ad hoc agendum prono esset animo, tamē subsistet, eumq; ab his tentorijs mei timor arcebit. Hæc Achilles. Illi autē, cùm gradatim cratera libassent, ab Achille digressi: ad concilium reuersi sunt, Vlysse præeunte. Patroclus interea socijs ancillisq; negociū dederat, ut cōtinuo Phœnici lectulum concinnarent, quod illæ dicto audientes executæ sunt. Itaq; senex in lectulo tenuibus linteaminibus stragulâq; ueste admodum decora concinnato, se capiendi somni gratia collocauit: iacuitq; ad auroram. Tum Achilles ad cubile suum, quod in penetralibus tentorij erat, se recepit, & ex aduerso Patroclus, cum sua uterq; amica & utraq; formosa. Ille cū Diomeda Phorbantis filia quā è Lesbo abduxerat: hic cū Iphi, quam ex euersa Scyro Enyei urbe captiuam Achilles amico donauerat. At legatos cum præconibus tētorium Agamemnonis ingressos Græci surgentes protensis oculis alij alium exceperunt. Deinde de responsione Achillis sciscitati sunt. Et primus omnium Agamemnon: Dic age inquit clarissime Vlysses, uult ne ille nos nostrasq; naues ab hostili igne uindicare, an potius durante ad-

huc acerbitate animi pnegat? Cui respondens Vlysses: Magne inquit Agamemnon, immo uero pernegat atq; ad orationes, ad preces, ad promissa nostra, non modo non sedatur uerumetiam increscit animi eius acerbitas, adeo & te & tua dona perosus est. Quum & crastino die, simul ac refulserit aurora, comminatus est deducturum se suas naues in mare, atq; in patriam reuersurum. Eoq; te iubet per te ipsum sine se prouideas, quo modo naues uiriq; incolumes ab hostibus sint. Me quoq; iussit uerbis consilium dem cæteris ut hinc soluētes, ad Penates reuertantur: quandoquidem nobis dempta facultas est Troiæ expugnandæ, tū Ioue auxiliante tantopere hostibus, tum ipsis Troianis iam ferocioribus ad pugnandum effectis. Hæc eū ita locutum testor hos, qui mecum uenerunt, Aiacem ambosque præcones. Nam Phœnix remansit ab illo iussus, quod cras cum eo in patriam abiturus est, si tamen abire uelit, inuitum enim ducere Achilli non est sententia. Ad hanc Vlyssis relationem diu se omnes intra silentium tenuerunt, stupentes Achillis tam rigidam præfractamq; orationem, nec stupentes modo, sed etiam mœsti ac lugentes. Tandem Diomedes: Non fuit inquit princeps Agamemnon faciendum tibi, ut ad Achillem mitteres legationem, ut supplicares, ut dona promitteres. Isto enim modo hominem alioquin impotentem & tumidum, etiam tumidiorem reddidisti Sed eum missum faciamus: siue abire hinc, siue remanere uelit. Tunc pugnabit, cum aut cupido sibi incesserit, aut

Diomedes Græcis.

rit, aut Deus *animum dederit.* Quod *supereſt, accedite oẽs ſentnetiæ meæ. Nunc cibo & uino refrcti petite ſomnum.* His *enim rebus uis animi & corporis uires uigent, cras uero ſub ipſo ſtatim auroræ ortu tu Agamẽnon ſimul omnes copias equeſtres pedeſtresq; iubebis tentorijs prodire in aciem. ſimul ipſe inter primos bellatores in pugna uerſabere.* Hæc Diomedes. *Cuius oratione probata, ac laudata uirtute, cuncti, ut ille cenſuerat, prius tamẽ facta libatione, in ſua quiſque tentoria reuerſi ſunt, ſtratumque ac ſomnum petiuerunt.*

Finis Libri Noni.

¶ Auſonij poetæ, in Decimũ Homeri Iliados librũ Argumentum.

CAEtera per naues ſomno ſopita manebat
Turba ducum, ſolum cura anxia vexat Atridem.

¶ Vlyſſes et Diomedes ſpeculatum nocte progreſſi Dolonẽ cõſpicanť, qui & ipſe pmiſſis Hectoris incitatus, Græcorum conſilia exploratum prodierat, Et fateri vniuerſa compulſum eodem loco interficiunt. A quo de aduentu Rheſi Thracum regis edocti, ipſum etiam cum eo obtruncant, equoſq; eius premium ſimul & teſtimonium gratulationis adducunt, inſignes candore & celeritate, vt & niuibus & ventis antecederent.

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Decimus.

ET Cæteri quidem Græcorum principes grato ſopore proſtrati, noctẽ illam oẽm traducebant: Agamemnon autem alijs atq; alijs cogitationibus animum infeſtantibus ſomnũ oculis capere nõ poterat. Atq; ut Iuppiter immenſam uim imbrium, aut grandinis, aut niuium late agros obtegentium in terras demittens, aut inſanam uentorum concitans pugnam fulgurat, ſic illi crebra ex imis pectoribus ſuſpiria trahebantur, cor inſolito motu palpitabat, anima ipſa intra uiſcera contremebat, & nunc ad caſtra hoſtium, nunc ad ſua flectebat oculos, admirabaturque cum tot apud Troianos urbem uerſus lucentes uideret ignes, tot tibias, tot fiſtulas, tot muſica inſtrumenta canere, tantum hominum fremitum exaudiri, at cum uiciſſim reſpiciebat ad ſuos, ſine ignibus, ſine ſocijs, ſine fremitu dormientes, oculos ad cœlum tollens, erumpente gemitu, Ioui utraq; manu capillum radicitus diſcerpebat. Tandem cum plurima cogitaſſet, hæc ſibi uiſa eſt ſententia præſtare, ut primum ſe ad Neſtorem conferret, conſultandi cum illo gratia, ſi quid remedij periclitanti reipub. Græcorum inueniri poſſet, Igitur ubi ſurrexit, primum humeris ac pectori tunicam, deinde pedibus decoros calceos induit, tum rutilantem immanis leonis pellem ad pedes uſque demiſſam circundat: poſtremo lanceam dextra ſumit.

sumit. Cum autē ita se accingeret, ecce Menelaus discolori pardi pelle circūdatus, galeāq; capite ac lanceam manu gerens, q nec ipse somnū capere poterat, festinabat trepidus anxiusq; pro Græcis inter noctē calamitatis, q ipsius gratia tāto mari traiecto animosum Troianis intulerat bellū. Veniebat autē excitaturus fratrē, penes quē summa exercitus potestas erat & ueluti deus quidā uulgo colebatur. Hic cū tentorium intrasset, & gratus sane eius aduentus Agamēnoni fuisset, prior ita fratrē est allocutus. Primigenie frater, quid tantū hoc noctis surrexisti? Nunquid ut aliquē sollicites sociorū ire episcopū ad explorāda hostium castra? Verūtamen si hinc progredi statuis, uereor ne quis uicißim illorū episcopus huc eadē causa iussus ire te inuadat. Nam ad aggredientiū maleficium, ipsæ noctis tenebræ animū addunt. Cui respōdens Agamemnon: cupio inquit Menelae me et te aliquod salubre excogitare consiliū: p quod nobis impendens periculū propulsemus, quoniā Iuppiter à nobis alienatus est, acceptiora habens Hectoris sacrificia q̄ nostra. Illius enī fretus numine Hector facit ea, quæ facit: qualia uno die fecisse aliū neminē nec uidi unq̄ nec ullo referente audiui: cū tñ nec Deo sit genitus, nec deæ. cuius diei magno cū mœrore Græcos diu longumq; recordaturos scio, tantū cladis heri ab illo perpessi sunt. Tu uero celeri cursu cōtende ad naues, ad Aiacē, atq; Idomeneum, eosq; ad nos cōsultum uoca. Ego nāq; ad Nestorē pergo excitaturus eū à somno:

Menelaus fratri.

Agamēnon Menelao

deducturusq́; , si uoluntas sua feret, ad excubiarum locum: ut edoceat quid nobis agendum sit, Est enim is cuius sententiam omnes facillime sequantur, Adhuc eius filius cum Merione illic, quibus duobus illud negocium dedimus, excubijs præsunt. Ad hunc respondens Menelaus, utrum tamen iubes me facere: ubi Aiacem Idomeneumq́; uocauero: morari ne me illic, donec unà ueniamus ad locum excubiarum: an simul ac eos uocauero iterũ huc recurrere ut assequar quo dixisti euntem? Cui Agamemnon, uolo inquit te illic morari, ne forte suam uterq́; uiam ingredientes (sunt enim plurimæ in castris semitæ) inuicem non occurramus. Illud tamen obseruato, quemcũq́; à somno excitabis, eum cum alloquere, honoris gratia ex patris nomine atq́; ex dignitate generis appelles, eidẽ reuerentiam præstes: nihil secum elatum, nihil sublimè proferas. Quippe sic nobis laborandum est nostræ conditionis oblitis, quoniam eo malorum aduersa Iouis uoluntate deuenimus. His optimis admonitionibus Agamemnon instructum fratrem ubi à se dimisit, ad Nestorem pergit, ad quem cum uenit, ingressus tentorium, offendit senem molles agentem somnos, appositis iuxta uarijs armis atq́; fulgẽtibus, galea, scuto, duobus iaculis, ac baltheo, quo solebat accingi, quoties cũ suis cohortibus dux atq́; imperator prodibat in aciem utpote nondum succumbens extremæ urgentiq́; senectuti. Hunc Nestor uenientem cum ad strepitũ sensisset, in cubitum se leuans, palmáq́; eadem caput sustinens

Menelaus fratri.

stinens, sic ad Agamemnonē inquit, Quisnam tu es, qui solus nocturno tempore, cum cæteri quiescunt, per castra deambulas, & ad naues uenis, palpātibusq; manibus iumentum, aut socium quæris? Noli ad me taciturnus accedere, effare quid quæras, & quid te ego adiuuare possim. Cui respondens Agamemnon ait, Nestor Neleides ingens Græci nominis gloria, agnoscis ex uoce Agamemnonem me esse, quem Iuppiter in tot coniecit ærumnas, ut tam diu futurus sim miser, quā diu super pedes ire, aut communē auram haurire potero. Venio autem huc, quod somnum oculis capere non queo, de hodierno bello mœstus, de imminēti nobis discrimine sollicitus. Cuius rei tantus me timor tenet, ut genua contremiscant, cor è præcordijs conetur emicare, animus malis attonitus apud se nō sit, deniq; corpore ac mente captus sum. Quare si quid cōsilij in hoc rerū statu excogitare potes, uelim ut (quoniam nec te habet somnus) ad excubitores descendamus, uisuri, ne illi forsitan tum labore tum sopore uicti dormitent, omissa prorsus uigiliarū diligentia, cū tamen tā exiguo interuallo distemus ab hostiū castris nesciamusq; an per noctem etiā oppugnare nos tentent Ad hunc respondens strennuus Nestor, nō est inquit maxime imperator Agamemnon, ut censeas Iouē Hectori nunc ad uotum cuncta largiri. Siccine reris tu illū nostra castra uelle oppugnare? At ego cōtra suspicor, angi eū & quidē uehemētibus curis, ne Achilles fortassis in gratiam tecum redierit. Nihil tamen

Agamēnon cū Nestore

Nestor Agamemnoni.

minus

minus te equidem ſequi non moror, atq; etiam tecum uenire ad alios principes excitandos, Diomedẽ, Vlyſſem, Aiacem, celerẽ Megem. Nam Aiacẽ magnum & Idomeneum, qui longius hinc abſunt in extrema caſtrorum parte, o ſi quis adeſſet, q iret uocatũ. Atqui Menelaus, q foret idoneus, nunc dormit, relicta tibi uni cura ac moleſtia rerum agendarũ, q in hac intoleranda temporũ difficultate, cũ res noſtræ ad perniciem ſpectent, deberet uigilare, ſingulos principũ curiæ rogare, orare, poſtremo nihil omittere, quocirca eum licet amicũ mihi, & in reuerentia à me ſemp habitum, tñ ut meritus eſt obiurgabo, ne ſi quidẽ non patiaris me dicere in eũ diſſimulare potero, aut me continere, quin illum ſermone caſtigẽ. Ad quẽ reſpondens Agamemnon. Iſtud quidẽ inquit, uenerande ſenex facere te aliàs etiã cohortarer, ne dum paterer. Nã ociari ille utiq; q̃ negocia agere mauult: ſed frequenter ſe labori ſubtrahens, neq; id aut inertia, aut imperitia, ſed quia ad me reſpicit, & ut ego ſemp incipiam, expectat, Nunc autẽ multo me prior ſurrexit, meq; adijt, quẽ ego ad iſtos ipſos, quos tu cõmemoraſti uocandos dimiſi. Itaq; eamus nos reperturi illos expectantes cũ uigilibus ad portas, quo ego iuſſi uniuerſos cõuenire. Cui ſenex Neſtor, oĩno inquit iſto modo nemo erit cæterorũ Græcorũ, qui indigne ferat iuſſa tua, Nemo q imperata nõ faciat, cũ uiderit & te & fratrẽ tuum, q primi in exercitu eſtis, primos eſſe etiã in labore. Sic locutus induit ſibi tunicã, deinde decoros ſoc

ros soccos, tum Chlænā Phœnicei coloris uillosamq́;, atq; ita spaciosam, ut duplicata amiciri poßet, quā & spintre substrinxit. Postremo sumpta robusta lancea, præacuto ferro præfixa, cū Agamemnone prexit ad naues aliorū: & primū ad Vlyssis, quē cum à ianua tabernaculi inclamasset, exprectus ille protinus, & intellecta senis uoce, processit: & ad eos admiratus ait. Quid ita uos duo nocturnis tenebris in tā sollicito rerū statu p castra uagamini, et soli huc uenistis? Cui Nestor, noli inquit factum nostrū prudentißime Vlyßes inculpare. Tristis enī necessitas, quæ Græcos premit, hoc facere nos cogit. Venimus autem huc, ut nobiscū eās ad excitandos alios senatores, cū quibus consultemus, utrū pugnare debeamus, an fugere. Sic locuto Nestore, Vlysses in tabernaculū regressus, appensoq́; humeris clypeo metallorū uarietate distincto, iterum prodiens unà cū illis, ad naues Diomedis abijt. Eum autē offendunt extra tentorium dormientē sub armis, bouino corio membris substrato, capiti uero insigni tapeto: circa eum comitibus ipsius dormiētibus, nō armatis, sed habentibus sub capitibus scuta, cætera uero arma ad circulū cuspidis stantiū lancearum suspensa, & instar fulgoris longe fulgentia. Ad hunc ita iacentē Nestor cū propius acceßisset, porrecto pede, ut à somno excitaret, succussit, iubens pariter eum surgere, atq; ultro his uerbis increpans. Surge age Diomedes Tydei fili. Quid solidā noctem dormitas? Nō sentis ex uocibus Troianorū, eos in tumulo cōsedisse,

Nestor Diomedē excitat è somno

Quan-

Quantulum campi nos dirimit ab illis? Ad hanc Nestoris uocē Diomedes cum sese protinus leuasset è terra, tu inquit durus homo & irrequietus es senex, qui nunq̄ à laborando uacas. An nō tibi iuuenes præsto erant, qui ad excitandos gradatim singulos principes irent? Tu tamen hoc munus p te obire maluisti. Oīno senex unus inexpugnabilis es, atq; indefatigabilis uir. Cui Nestor. Ita tu quidem oīa Diomedes, & rite, & amice locutus es. Sunt enī mihi filij, & quidē egregij uiri, sunt famuli, & ij nō parum multi. sunt quibus negocium hoc uocandorum principum poterā dare: uerum nos tanta urget necessitas rerum, ut nulli cessandum sit, cum periclitemur, in ancipiti cōditione positi teterrimam mortē obeamus, an deuitemus. Sed quoniā tu es iunior, & ætatis meæ te miseret, ito uocatum ad concilium Aiacem celerē, ac Megem. Sic locuto Nestore. Diomedes rutilantē immanis leonis pellē ad talos usq; demissam sibi circūdat, sumptaq; lancea, abijt, excitat, adducit (ut iussus erat) Aiacē, ac Megem. Igitur ubi ad loca excubiarū uentum est, reperiunt præfectos excubiarū & ipsos excubitores nusq̄ dormientes, nusq̄ stratos, nusq̄ curam remittentes: sed uigilantes sub armis oēs, sedentesq;, & ex aduerso Troianorum, intentis oculis in hostiū castra, semp speculātes, si quando illi se moueant: nō aliter insomnem ac sollicitam noctem agentes, q̄ custodes ouium canes, audito rapacis feræ sono, quam ex montano saltu uenientem ad rapinam pecoris ipsi ac pastores magno cum fre-

mitu

mitu ab ouili arcere conantur. Hos ita strenue excubantes intuens Nestor, mirum in modum lætatus, eosq; oratione exhortandos ratus, ita allocutus est. Vigilate diligenter ut facitis dulcißimi filij, nec cuiq̃ uestrũ hoc in casu somnus obrepat, ne p incuriã recepta clade simus hostibus gaudio atq; ludibrio. Ita locutus extra munitiones exiuit. sequentibus eum præter prædictos principes Merione atq; Thrasymede, iussis & ipsis adesse consilio. Egressi nudo in loco cõsederunt, seorsum nõnihil, illic ubi frequentia sociorum cadauera iacebant, & unde à strage Græcorum Hector interuentu noctis fuerat summotus. Ibi cum inuicem sedentes colloquerentur, Nestor orationem ita exorsus est. Ita ne tandem inter nos amicissimi uiri nemo existet tanti animi præstantia, qui illuc, ubi Troiani consident, se conferat, exploraturus quid illi in cõsilio decreuerint, manere ne illic ubi sunt, an post æditam tantam è nostris stragem in urbem se recipere. Explorare autem poterit, aut intercepto aliquo ex postremis eorum, aut supra auscultando sermones ipsorum, quid dictitẽt eis esse ex iussu Hectoris agendum. Quod si is omnibus exploratis sine noxa ad nos redierit, immortalis hunc apud homines omnes omnemq; posteritatẽ gloria consequetur, præterea eximia à nobis remuneratio. Nãq; ipsum maximi quiq; præfecti nauium singuli singulis nigro uillo ouibus fœtis cũ suis fœtibus donabunt, cui simile nihil possideri potest, simulq; ut in oĩ solenni cõuiuio atq; epulo, ob hu

Nestor uigilibus.

Nestor Græcis.

ob huius diei memoriam semper interfit. Hæc Nestor

Diomedes Nestori

Cæteri autē aliquādiu se intra silentiū tenuerūt. Tū Diomedes excepit. Mihi quidē Nestor præstātia animi adest, atq; adeo uoluntas pro speculatore subeundi hæc, quæ nobis minari uidentur hostiū castra. sed ita si quē ad hoc socium habeam: quippe maior duobus aīi præstantia, plusq; alacritatis cōsiliiq; adest, quia alius aliud excogitat, quod ad rē transigendā conducat. At qui solus est, etiā si quid recte excogitauerit, tamen sibi ipsi pleriūq; diffidit, & apud diffidentiā suam consilij pondus intercidit. Hæc locuto Diomede, frequentes alij libenter se singuli comitatū præstare dixerūt Volebat comes ire Aiax Thelamonius, uolebat Aiax Oileus, uolebat Meriones, uolebat Thrasymedes, uolebat Menelaus: uolebat etiā, ut semp erat aīo fidentissimo, Vlysses. Ad quos Agamemnon inquit, Diomedes uir aīo meo iucundissime, quoniā permulti sunt, q tibi nauare operā uolunt, & tecū ire spondent, delige arbitratu tuo ex oībus optimū: neq; p uerecundiā cōmittas, ut omisso meliore, deteriorē legas, respiciēs aut ad claritatē generis, aut ad magnitudinē potētiæ Ita autē Aganemnon locutus est, qd timeret Menelao fratri, ne forte à Diomede ob hæc ipsa deligeretur. Tunc Diomedes. Si inquit ad meū arbitrium mihi eligere socium sinitis, quo tandē modo Vlyssem missū fecerim? cuius ingenium solertissimum est, animus in oībus periculis promptissimus, quēq; dea Pallas singulari amore prosequitur. Hoc ego comite, quæ hoīs

Agamēnon Diomedi

Diomedes ad Vlyssem

prouidentia ac uirtus est, sperauerim nos ambos etiã, ut sic dicã, è medijs igniũ flammis euasuros. Ad hunc *respondens* Vlyßes, *noli me (inquit)* Diomedes *magnopere apud hos nec laudare nec carpere, scientes qualis ego, & ista uera ne an uana sint.* Sed *age eamus: nam aduentante iã aurora, ac cæteris stellis maiorem curriculi partẽ emensis, nox admodũ in procliui est, & exactis duabus eius partibus, tertia sola superest.* Sic *locuto* Vlyße, *uterq; ipse ac* Diomedes *armis se instruxit, &* Diomedi *quidem, quia nec ensem, nec scutũ attulerat,* Thrasymedes *suum ensem utrinq; acutum cõmodauit, suãq; illius capiti galeã aptauit, nõ ferream, sed ex taurino corio, nec anterius buccula nec posterius cristis præditam, quæ cassis dicitur, tantũ idoneam ad capitis tutelã.* Vlyssi *autẽ* Meriões *suum dedit ensem, suũ arcum cũ pharetra, suã galeam quã suis etiã manibus illius imposuit uertici.* Erat *autem galea è corio facta multis introrsum loris intẽta ac rigẽs.* Exterius *uero hinc atq; hinc, sed inter se uicinæ apri setæ extabant, scite & scienter appositæ, medium pileo, qđ è pilis beluarum fit, apte insidente.* Hanc Autolycus *apud* Eleonem *urbẽ, suffossis* Amyntoris Ormenidæ *ædibus sustulit, quam mox* Cytherio Amphidamanti *muneri dedit, eandẽ* Amphidamas *iure hospitij* Molo *donauit* Merionis *patri, à quo filius in usum præliorũ acceptam nũc à suo in* Vlyßis *transtulit caput.* Igitur *ita instructi* Diomedes *atq;* Vlysses, *à suis castris ad hostiũ tendunt, cæteris proceri-*

Vlysses Diomedi.

Diomedes & Vlysses exploratũ eunt, q̃d pa rẽt Troiani

bus ibi relictis, atq; ecce Erodion iuxta uiam, quam in gredìebantur dextro clangore præteruolat, erat autẽ Pallas, cuius aduentu Vlysses gauisus (cognouit enim deã, licet auem p obscuritatẽ noctis uidere nõ posset) ita illi uota fundebat. Exaudi me Iouis filia Minerua ut soles, semp namq; mihi in oĩbus meis laboribus ades nec unq̃ mei ad nouos conatus te capit obliuio. Q̃d si quando mihi propitia extitisti, ut sæpe extitisti, nũc propitia quæso sis maxime, desq; mihi nauato insigni aliquo facinore, q̃d Troianis perpetuo doleat, incolumem reuerti ad naues. Secũdo loco Diomedes ad eandem deã, ita præcatoria uerba fecit. Et me quoq; exaudi Iouis filia Tritonia, & sic mihi dux esto, ut patri meo Tydeo fuisti, cũ à cæteris Achiuis & à flumine Asopo Thebas pro caduceatore dimißus est, expositaq; illic apud Thebanos pacificatoria legatiõe reuertebat. Ibi enĩ tecum, & tua ope præclarũ illud de hostibus facinus ædidit. Ita nũc quæso eximia dea mihi uolens adsis, reducẽq; me facias. Voueo autẽ tibi bouẽ anniculũ, immunẽ aratri, atq; indomitum, quẽ auratis cornibus ipse tibi dea uoti reus immolabo. Sic precati atq; exauditi à dea Pallade, in morem duorum leonum inter noctis umbras p cadauera, p sanguinem, p arma occisorum ire contendunt.

Hectoris oratio apud suos.

Hector uero quod ad Troianos attinet, nec ipse suos dormire permittens, summos quosq; principes Troianorũ atq; primarios, nõ singulariter, sed promiscue ad concionẽ uocauit, quibus coactis ita orationẽ habuit. Ecquis uestrũ uiri

erit,

erit, qui hoc mihi negocium recipiat, atq; efficiat? habiturus præter eximiam facti gloriā etiam ingēs uirtutis suæ premiū, quo ego ipsum remunerabo. Nā *donabitur quidē duobus cū curru iugalibus hostiū equis inter oēs præstantißimis.* Negocium *autē quod ab eo exigo, hoc est, ut proxime ad naues accedat, exploretq;, nunquid* Græci *quemadmodum prius faciebant, ad naues custodias agant, an nostris manibus profligati non audeant castris se credere, & graui hodiernæ pugnæ labore confecti, non sint pares agendis custodijs noctis, sed ascendere mare, ac fugere statuant.* Hæc Hector. *Illi uero mutuum se omnes intra silentium tenuerunt.* Aderat *autem illic* Troia*nus quidam* Dolon *noīe,* Eumedis *præclarißimi præconis filius, unicus nunc, sed & quinq; fratrum superstes, uir auri ærisq; ualde locuples, illeberali admodum facie, sed egregia pedum pernicitate præditus, hic ad* Troianos *& ad* Hectorem *ita inquit:* Hector, *equidem tibi istud ego recipio, & effecturum me esse confido, ut proxime accedam ad naues* Græco*rum, eorum explorem consilia.* Nam *& si mihi mala facies malusq; habitus corporis est, affirmo, non tamen malus speculator existam.* Omnes *enim naues, si opus sit, lustrabo, dum ad nauem* Agamemno*nis perueniam, apud quam futurum censeo, ut* Græco*rum senatores cogantur consultādi gratia, ac statuendi, satius sit eis pugnare an fugere.* Verum *protenso sceptro interpone iusiurandum, daturum te mibi*

Dolon Troianis.

equos Achillis, ac currum, cum eo ornatu, quo ille solet ire in bellũ. Cui respondens Hector: Iouẽ Iunonis maritũ tibi Dolon testor, qđ nemo Troianorum illis equis atq; illo curru præter unũ te inuehetur unq̃. Tu Achillis biga frueris, tu perpetuo in ea sublimis decorusq; spectabere. Hæc locutus, ac deinde iuratus, ut Dolon maturaret instabat. Ille protinus ad humeros fulgenti arcu suspenso, & canescentis lupi pelle superinducta, capitiq; adaptata cassìde ex pelle hircina, ac sumpto iaculo, proficiscitur, sed nõ reportaturus rem comparatã, nec unq̃ ad Hectorẽ reuersurus, Nãq; ita digressum à socijs ac pleno gradu ex aduerso uenientem Vlysses conspicatus, ad Diomedẽ ait. En tibi uir quidã ex hostibus, q huc tendit, haud scio an pro episcopo ueniat ad naues, an ad cadauer, aut aliqd ex his spoliet, Verũ sinamus eũ paululum procedere p campum, ac nos præterire. Mox inuadentes celeri cursu prehendamus hoĩem. Quod si eũ assequi, quia uelocitate nos superet, nõ poterimus, urgebis tũ illum assidue ad naues intenta hasta, ne refugere ad urbẽ queat. Hæc cũ dixißet, & ambo paululũ à uia declinantes sese inter cadauera submisissent, adueniẽs Dolon, festinis demens passibus prætergressus est. Qui ubi tantũ processit quantũ muli in fine sulci boues præcessiße solent (muli enĩ q̃ boues aratrũ in ducendo sulco celerius trahũt) post eũ ambo currere cœperũt. Ad quorum sonitũ ille substitit, atq; respexit, sperans post se aliquos adhuc sociorũ hortatu Hectoris eiusdem rei

Hector Doloni.

Dolõ in Vlyßẽ et Diomedẽ ĩcidit

gratia

gratia uenire : sed ut uidit eos intra iactum teli aut etiam propius adesse , nimirum hostes esse cognouit, ideoq; effuso cursu fugam capessit. Illi *uero cōfestim hoīem insequi, atq; ut duo uenatici canes, iam usu experti, ac natura saeui, hinnulū aut leporē inter nemorosa loca assidue urgent, prae timore in currendo lamentantem, sic* Diomedes *atq;* Vlyßes *fugienti* Doloni *instantes, sedulo eū à* Troianis *castris longius submouebant, nauesq; uersus urgebant.* At *cū parum id aberat* Dolon, *quin excubantibus se immisceret, tunc* Pallas Diomedi *uim uiresq; immisit, uerita ne quis forte excubitorum huic praeriperet gloriā, prior hastam in* Dolona *iaculatus, ut ad saucium iam secundo loco* Diomedes *accederet.* Igitur *in iaculū insurgens* Diomedes, *aut siste gradum ad* Dolona *inquit , aut iaculo te consequar, nec diu miseram tibi necē ab hac manu licebit effugere.* Et *haec dicens, hastam contorsit, sed consulto nō nihil obliquam ab hoīs corpore,* Nāq; *hasta super dextrum* Dolonis *humerum infesta transuolans, cuspide ante eū humi defixa est.* Tūc *miser substitit, prae formidine pallens atq; attonitus, crepitantibus dentibus , titubante ore , lingua confusos sonos edente.* Ad *quē* Diomedes *atq;* Vlysses *cū anheli accessissent, eum hinc atq; hinc manu capiunt.* Quibus *ille cum lachrymis,* Seruate *me inquit quaeso, uiuumq; abducite.* Est *enī mihi domi plurimū auri, plurimumq; aeris, unde pater. si sospitem à uobis asseruari audierit me redimet mißis ad uos ingentibus donis.* Cui Vlysses, *bo*

ses, bono, inquit, esto animo, nec mortis terreare formidine, modo mihi hoc responde, nec quippiã in referendo mentiare. Quid ita solus à reliquis Troianis sub noctem, cum cæteri sopiti sunt, uenis? utrũ ad legenda spolia aliqua occisorum, an speculator, ad explorãda oĩa, quæ apud nos fiunt? Et si speculator, tua ne spõte, an missus ab Hectore? Ad hunc respondens Dolon toto corpore tremebũdus. Hector inquit etiã atq; etiam obtundens exagitansq; circũuenit me, additis etiã promissis, qđ diceret se donaturũ Achillis bigam cũ suis equis, si ego proxime accedẽs ad uestra castra, explorarẽ, nunquid uos, quemadmodũ prius faciebatis custodias ad naues agitis, an nostris profligati manibus nõ audeatis credere uos castris, & graui hodiernæ pugnæ labore confecti nõ sitis pares agendis custodijs noctis, sed ascendere mare statuatis ac fugere. Ad quẽ subridens Vlysses. Magnum tu quidẽ inquit Dolon munus concupisti, qui equos dari tibi Achillis optaueris, arduos, difficiles, nulliq; alteri uectori, nisi uni Achilli dea matre genito obtẽperantes. Cæterũ hoc quoq; mihi responde, nec quippiam in referendo mentiare: cũ ab Hectore digredereris, ubi nã eum reliquisti? ubi arma ipsius reposita erãt? ubi equi? quõ præterea se habẽt cæteri Troiani? custodias ne agũt, an dormiunt? quid postremo illi cõsilio decreuerunt, manere ne illic, ubi nunc sunt, an post æditã tantã de nostris stragẽ in urbem se recipere? Ad hunc respondens Dolon. Ista tibi equidẽ citra mendacium inquit

recense

recenſebo. Hector quidem ſeorſum à turba cũ ampliſſimis q̃buſq; principibus ac ſenatoribus, apud religioſum Ili ſepulchrum, de rebus agendis conſultat, uigiles uero, quos ipſe excubare iuſſit, & ubiq; ab oĩ exercitus parte cuſtodias exercere, nulli obtemperant, præter Troianos, quorum ſane ſunt, quicunq; adhuc ſunt. Hĩ demũ uigilant, & ſe ad peragẽdas cuſtodias mutuo exhortantur. Nam ſocij & auxilia, excubiarũ cura relicta Troianis, alto ſopore oppreßi, ac ſecuri quieſcunt, ut quos nullus timor pro uxoribus, filijſq; ſollicitat. Longe enim hinc ipſorum pignora abſunt, tuta à ueſtris armis. Age uero, Vlyſſes inquit, certiorem de hoc quoq; me facias, promiſcui ne inter Troianos ſocij atq; auxilia iacent, an ſemoti, & id quoq; ut plane intelligam. Cui Dolon reſpondens, & iſta quoq; inquit tibi citra mendacium recenſebo. Ad partem maritimam (ita enim loca fuere ſortiti) ſunt Carij, ſunt Pæones, ſunt Leleges, ſunt Caucones, ſunt Pelaſgi. Ad eã uero, quæ uerget Tymbrũ uerſus, agunt Lycij, Myſij, Phrygij, Meones, Sed quamobrẽ ſingulatim à me hæc uniuerſa diſquiritis? Quod ſi ideo, quia animati eſtis illo ire, accipite hoc amplius. Thraces, q proxime uenerũt, ſeorſum & poſtremi omniũ agunt, cumq; ipſis Rheſus Rex Eionei filius, cuius ego inſpexi & equos ſingulari forma ac magnitudine conſpicuos, cãdore ſupra niualẽ, pernicitate ipſis uentorum flatibus ſimiles, equorũ currũ auri argentiq; artificio ornatiſſimum, & armaturam auream, terribilem, &

Rheſus à Dolone proditur

lem, & admirabilem, quam non hoĩes dicas, sed immortales deos dignos esse q gerant. Ergo quoniã singula uobis aperui, ducite iã me ad naues: aut alligatum hic arctis nodis relinquẽtes, ite ad exercitũ Troianorum scituri illic, an ego uobis uera, an falsa retulerim. Ad hunc torue intuens Diomedes, noli mihi Dolon inquit & si cõmoda nobis denunciasti, sperare fugã, uitamq; tibi promittere, cũ in nostras pueneris manus. Quia si te, aut securũ omittimus, aut numerata redẽptione dimittimus, redibis idẽ posterius ad naues uel episcopus ut modo fecisti, uel oppugnator, sin tibi mea manu spiritum dempsero, nunq̃ post hac eris Græcis detrimẽto Atq; fatus hæc, nudato ense insurgens, parãti illi, apprehensa percussuri barba eũ obsecrare, mediã ceruicem pcussit: quo ictu neruis utrinq; amputatis, adhuc murmurante lingua, caput humi collapsum in puluere iacuit. Tum ab interfecto arma detrahũt, cassidẽ lyncinam, sagulũ lupinum, arcũ, lanceã: quæ oĩa Vlysses in cœlũ sublata manu tenẽs ad Pallada bellorũ præsidem ita est gratulatus. Salue dea his spolijs donata à nobis remunerataq; : te namq; inter immortales deos præcipue inuocabimus, præcipueq; donis prosequemur tu modo quod superest, eo nos dirige, ubi Thraces uiri quiescunt, q tam eximios habere dicũtur equos, currũ armaturam. Hæc ubi dixit, illas Dolonis exuuias ad Myricas appendit, atque ut ne reuertentibus nocte fallente locus ignoraretur, decerptos, ut arescerent quosdam Myricarũ ramos cum complicasset, pro signo ap

Dolonis mors

gno apposuit. His factis, parma iterum & cruorē p̄cedunt, ubi Thraces uiros esse acceperāt, p̄pereq́; ad eos, q erant extremi p̄ueniunt. Tenebantur autem illi p̄fundo sopore, utpote de uia fessi, sed tamē digesti ordine, nā triplici serie humi iacebant, singulorum, et armis & equis iuxta collocatis. Rhesus uero ipse cubabat in medio, atq; cū eius equis ab extrema bigæ parte capistratis. Hunc Vlysses prior cōspicatus atq; Diomedi demonstrans. En tibi uir inquit equi, quos nobis significauit Dolon, quē obtruncauimus. Nūc res exigit tuā in hoc negocio uim, uiresq́; declares, nec decet te cū arma habeas ociosum exhibere spectatorē, age autem disiunge equos & ego hoīes perimam, aut contra tu hoc facito, & ego equos disiungere curabo. Hæc Vlysses. Pallas uero uires Diomedi & animū dedit: Itaq; ferro iacētes adortus, nūc hunc, nūc illū occidebat, atq; ut leo incustoditos nactus aut caprarum aut ouiū greges illas cōsueuit inuadere, in easq; sæuire. sic Diomedes faciebat in Thraces. Ibi acerba suspiria, fœdosq; gemitus: ibi singultus: ibi reluctationē: palpitationēq; morientiū audires. Ibi uideres terrā sanguine natare, quemcūq; autē Diomedes interemerat, hūc à tergo Vlysses p pedē extrahebat, uolēs munire trāsitum, qua facile equi & ab occursu cadauerū interriti (nō enim habebat eos cognitos) traducerētur. Et iā duodecim Thraces Diomedes occiderat, cū ad regē p̄uentū est, tertiūdecimū futurū. Huic suauē somnum ducēti, atq; stertēti, ad caput præsto fuit mortifer somnus

Rhesus occiditur, & equi abducuntur.

nus, quem illi Diomedes attulit, Palladis beneficio. Interea Vlysses equos iã disiunxerat, iam infrenauerat, iã in eos conscenderat, iam extra exercitum educebat arcu ꝑ flagello (quoniã illud è curru sumere in mentẽ nõ uenerat) utens, cũ sociũ adhuc perstare uidit, tum certo eũ sibilo acutoq; admonuit. Perstabat autẽ ille rẽ arduam secũ deliberans, nunqd bigam, ubi arma illa miranda apposita erant, prehenso temone pertraheret, an in altũ sublatã sine sensu aliorũ exportaret, an in occidẽdis Thracibus pseueraret. Cui talia apud se uersanti, Pallas prope astitit atq; inqt: Fili Tydei, nõ excidat tibi reditus, nec cõmittas ut pterritus reuertaris ad naues, neue, cũ hic moraris, quispiã Deus Troianorũ studiosus eos a somno excitet. Sic loquẽtis deæ uoce protinus Diomedes agnita, in equos insilijt, Vlysseq; uerberante equi ad naues cursum, ac prope dixerim, uolatũ capessunt, Sed neq; Apollo segnis pro Troianis excubat, q ut conspexit Pallada ad exercitũ Troianorũ euntẽ, ac Diomedi loquentẽ, simulq; rẽ gestam animaduertit, iratus Deæ illuc & ipse sese contulit, ac uirum spectatũ Thracum principẽ, regiq; patruelẽ. Hippocoonta excitat, qui experrectus, ut locũ ubi stetissent equi, uacuũ, & regem cũ alijs trucidatũ iacere in suo cruore conspexit, eiulatũ tollit, charissimum amicum, ac propinquũ nomine uocans. Ad cuius uociferationẽ plurimus cum fremitu atq; clangore per omnẽ exercitũ tumultus exortus est, & undiq; ex cunctis populis promiscue concursus fiebat. Obstu

pebant

pebant uniuersi ad tam audacis rei spectaculum, quod hostibus tanta facere, quod abire impune licuisset. Illi autē, postquàm ad eū locum uenerunt, ubi Hectoris speculatorē peremerant, Vlysses equos retinuit, Diomedesq; desilijt in terram, q cruenta hoīs spolia cum in manus socij tradidisset, iterum equos insilijt. Equi uero Vlysse uerberante, citoq; applicare cupiente, intermissum repetunt cursum, & ad naues ire festinant. Quorū aduentantium strepitū Nestor primus exaudiens, ad socios inquit: O amici Græcorum principes, mentiar ne an uerum loquar? Certe ad credendum inclinat animus. Currentiū huc equorum sonitus mihi aures pellit, quos Vlysses ac Diomedes à Troianorū exercitu abegerunt. Verū ut timui, ut sollicitus, ut anxius fui, ne quid hi duo Græcorum præstantißimi paterentur indignū, facto in ipsos Troianorum concursu. Vix hæc locuto Nestore Vlysses ac Diomedes affuerunt, & ab equis descenderunt. Quibus cæteri principes salutē dicebant, dextram porrigebant, gratabantur, bene aiebant. Ibi primus oīm Nestor Vlyssem de equis percontatus est: Dic age inquiens Græcorū gloria Vlysses, unde uobis isti equi tam candidi, & ipsis solaribus radijs similes? nunquid è medio hostium exercitu sublati, an ab aliquo Deorum obuiam se præbente oblati? Equidem olim iam cum Troianis in prælio uersor, & in rebus bellicis senui, nunquam tamen neque apud Troianos, neque his in castris, neque alibi usquam tales equos, aut uidi, aut

Nestor Vlyssi ab exploratione reuerso

qui ui-

qui uidiſſet audiui. Eoq; adducor, ut credam deum aliquē uobis obuiam factum, iſtos equos obtuliſſe, quippe quos ambos ſcio in arcta tum Iouis cœlitū principis, tū eius filiæ Palladis beneuolētia eſſe. Ad quem reſpondēs Vlyſſis: Neſtor inquit Græci noīs decus, deo quidē promptū eſt uel præſtantiores his equos offerre, multo enim diuina uis humanā antecellit, cæterum hi equi, de qbus ſcire uis, Thraces ſunt, in Troianorū caſtra recēter applicati, quorū dominū Rheſum regē Diomedes interemit, cū duodecim famulis, una iuxtaq; cubantibus. Hūc uero cuius ſpolia attulimus, hinc ꝓfecti prope naues intercepimus, erat enī ſpeculator ab Hectore alijsq; Troianis principibus ad noſtra caſtra exploranda ſummiſſus. Hæc locutus, equos ꝑ foſſam uallūq; agebat, lætus ac geſtiēs, Cæteris quoq; q eū comitabantur exultātibus. Atq; ubi ad inſigne Diomedis tentoriū ꝑuenerunt, illic ad præſepia decoris capiſtris equos alligant, ubi alij equi Diomedis ſtabulabantur, electo pane cibari aſſueti. Exuuias autē Dolonis Vlyßes in naui repoſuit, conſecrādas poſtea Palladi, tantorū beneficiorū autori. Mox ambo mare ingreſſi, ſudorē quo madebant ē collo, ē femoribus, ē ſuris abluunt. Abluti corpore pariter atq; animo refrigerato, labra mirifice fabricata introeunt, ac calida lauant aqua, unguntur que nitidiſſimo oleo. Poſtremo egreſſi ad cœnam ſe conferunt, diſcumbunt, plenaq; meri optimi patera et Palladi bibāt et ſibi epotant.

Vlyßes Neſtori

Finis Libri Decimi.

¶ Ausonij poetæ, in Vndecimū Homeri Iliados librum Argumentum.

Tithoni croceum linquens aurora cubile,
Spargebat terras referens operaq; atq; labores.

¶ Ab omnibus Græcis egregie quidem sed improspere dimicatur, Quorum proceribus vulneratis, incognitæ multitudini pugna cōmittitur, qua afflictione fortunæ Achilles paulisper inflexus, Patroclum mittit præsentia cognoturū: Qui cū aduersi status nuncius reuerteretur: Eurypilum cōtemplatur ægrum ex vulnere, fomentisq; medicæ artis admotis redintegrat sanitati.

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Vndecimus.

VBI Vero de illustri Titoni coniugis thoro surrexit Aurora, ut immortalibus pariter atq; mortalibus lucem exhiberet, tunc Iuppiter Peruicaciam, sæuum inter deos numē, ad castra Græcorum dimisit, præferentē manu impiæ pugnæ portentum. Hæc ad Vlyssis tentoriū delapsa, q ita illius naues in medio classis, ut Achillis atq; Aiacis uiribus ac uirtute fidentium pro cornibus erant, atq; in eius culmine stans, ut utrinq; exaudiretur, uastum horrendumq; exclamauit, per quod ingentē pectoribus oīm Achiuorū uigorē iniecit, qui defatigari bello nō posset, qui pugnando aleretur, qui deniq; maiorē ex dimicando, q̄ ex redeundo in patriam haberet dulcedinis sensum. Iam primū ipse Agamēnon hoc numine instinctus clamorē edidit, & ut oēs ad arma pperarent imperauit, quod ipse pariter fecit. Ac ibi arma primū sibi in

Peruicacia dea.

Agamēnonis arma

sibi induit argenteis loris circa talos fabrefacta, tum thoracē illum, quē Cirynes & quidē grati muneris loco donauerat. Etenim inspiciebantur extrinsecus in eo ueluti uiæ tribus distinctæ coloribus, decē ceruleæ duodecim aureæ, uiginti squameæ, ceruleū aureumq; colorē inter se nitentes, cū tribus itē ingenti magnitudine draconibus, ueluti in ipsum armati iugulum altrinsecus insurgentibus, quorum colorē simillimū diceres Iridi, quam, ut sit miraculo mortalibus, Iuppiter statuit in nimbo. Post hæc ensem, aureis bullis radiantem, aureisq; cingulis perquamdecenter argēteæ uaginæ illigatis, accommodat humeris. Dehinc clypeū pene ad mensuram hominis capit, miro artificio uisendum, quē decem ex ære orbes ambibant, interiore gyro bis totidē è stanno candenti. In medio autē atq; in ipsis umbilicis cernebatur cerulea Gorgon, terribilibus oculis terribilius intuēs: latera eius diris numinibus terrore ac timore cingentibus. Super zonam uero clypei, quæ argentea erat, excitabatur in spira, tortus haud parui corporis Draco triceps, quæ capita ex uno colli trunco nascebantur, conuersos mutuo hiatus habentia. Tum galeam induit, quadruplici ex equinis sætis crista superbam, quæ ad motum, quiddam horrendū uidebatur annuere. Postremo duobus hastilibus dextra correptis, tū ex robusto ligno, tū præacuto ferro præfixis. Ita ex hac totus armatura refulgebat, ut prælonge & prope dixerim in cœlum fulgor ipse ferretur: Atq; ita armatū regem Mycenarum,

quo ma

quo magis honestarent Iuno & Pallas, ingentem ab alto sonitum reddiderunt. Tunc suo quisque aurigæ præcepit, equos cum curribus instructos ornatosque pro fossa tenerent. Ipsi pedestres è castris sublato ingenti clamore prorumpunt, atque ibi extra munitiones paruo equis interuallo distantibus, a tergo se Troianis ostendunt. Illi quoque e regione relicto in quo statiua habuerant, tumulo, & ipsi procedunt, circa suos quique autores, Hectorem, Polydamanta, & Æneam, qui e Troianis uelut Deus a populo in honore habebatur, tresque Antenoris filios, Polybum, Diumque Agenorem, & Dijs similem Acamantem adhuc cœlibem. Hectorem autem cum modo inter principia, modo inter postremos curaret, eo qp nunc intermitteretur, nunc oculis subduceretur, ac subinde conspiceretur, putares stellam esse aliquam ueluti caniculam, nunc emicare inter nubes, nunc ipsis nubibus operiri. Atq; ita totus, dum huc illucq; properat, ferro relucebat, ut cœlesti fulgore, quod fulgur appellant, simillimus uideretur. Quibus ita in occursum mutuum uenientibus, Iuppiter Contentionē immisit, acerbam funestamq;, per quam tot illustrium uirorū animas inferno destinauerat, exhibito etiā futuræ cædis prodigio. Nam pro matutino rore (adhucq; diluculū erat) cruentas guttas ab æthere in terram, hominesq; dimisit. Igitur Troianus exercitus Græcusq; confligēs tale spectaculū edebat. quale messores edunt, cū bifariam diuisi, late diffusam beati hominis uel triticeam

uel

Pugna initur.

uel ordeaceã messem serũt. Nam ut illic frequẽtes manipuli cadunt, ita hic frequẽtes hoïes cadebant ferro percussi. Nec aliter q̃ si lupi essent, illi in hos, & hi in illos ferebantur, atq; pugnabant, uulnerũ prorsus ac mortis immemores. Nec eorũ quẽpiam uideres caput in pugnando submittere. Qua ex re tacitam apud se Peruicacia dea capiebat uoluptatẽ, sola enĩ uersabatur in acie, cæteris dijs adesse ꝓhibitis, ac se intra domũ (habent enim singuli in olympo mirificas domos) continẽtibus: nõ tamen ociosis, sed etiam Ioui succensentibus, quod ipsis ꝓ nihilo habitis, uictoriam eius certaminis daturus Hectori erat. Ille enimuero sedebat seorsum à cæteris, tũ hoc suæ gloriæ gaudio fruens: tũ eiusmodi spectaculo, quod urbẽ Troianã, ꝙ castra Græcorũ, ꝙ splendorẽ armorũ, ꝙ ut alij occidebant, alij occidebantur inspiceret. Tã diu autẽ anceps prælium fuit, multiq; utrinq; sauciabantur ac multi cadebant, cũ ascendente iam die ea aduenit hora, qua cæsores arborũ post excisam in nemoroso mõte materiã, lassa iã manu, ac lacessente fame, ad instruendũ prandium, relicto opere se accingunt. Tunc Græci turmales gregalesque suos adhortando, Troianas phalãges ui ac uirtute proruperunt, quorum primus fuit Agamẽnon, interẽpto Bienore principe cum Oïleo auriga. Sed in dominũ quidẽ ipse impetũ fecit, in se uero aurigæ impetũ excepit. Siquidẽ ille post Bienoris necẽ de curru desiliens, se obuiũ præbuit, cui ex aduerso atq; impigre plagam ferenti, Agamemnon hastili co-

ronam galeæ ferit, qua ictum non sustinente, pertransiens ferrũ in loco, q̃ superciliorũ est medius, infixum transfosso etiam osse in intimo cerebro madefactũ est & hoiem, ut erat ad ictũ paratus, extinxit. Hos Agamẽnon uita exutos, ubi etiam radiantibus armis exuit, humi iacentes reliquit, & in duos Priami filios fertur, alterũ legitimũ, alterũ nothum, Antiphũ & Isum in eodẽ curru stantes, hunc aurigatorẽ, illũ (erat enĩ præstantior) pugnatorẽ. Et priorẽ quidẽ Isum infixo subter papillam iaculo, post autẽ Antiphũ peremit, pcussa gladio aure. Quos moribundos Agamẽnon protinus cũ præcipitasset, armisq; spoliaret, eos esse agnouit, quos aliquando in altis Idæ secessibus, cum armenta boum gregesq; ouium pascerent, captos alligatosq; Achilles ad naues adduxißet, ibiq; aliquamdiu detentos postea soluta redẽptione remisisset. Eos autẽ cum inspexissent cæteri Troiani, non aliter ab Agamemnonis manibus subleuare aut potuissent, aut ausi essent, quàm cerua teneros fœtus, si forte uel interfuit, uel interuenit, cũ eos in ipso cubili nactos immanis leo statim acri dente confringit, atq; exanimat. Atq; ut misera illa hoc ipso, quod tam filijs uicina est timidior pro sua, quàm audacior pro illorũ salute, in confragosas syluas, saltusq; se proripit, tremebunda, anxia, sudoribus manans: sic Troiani sibi timẽtes se auerterunt. Quinetiam Agamemnon duos, eosdẽq; fratres in eodẽ stantes curru, cepit, Pisandrum & Hippolochum insignis Antimachi filios. Hic est Antimachus,

Agamẽnon complures occidit.

qui donis Alexandri auroq́; corruptus, impedimento fuit, quo serius Helena Menelao redderetur. Huius filios cum perturbatio mentis cepisset, quod habenæ fugerant manus, (pariter enim equos moderabātur) Agamemnon ritu leonis in aduersum ꝓsiliit. Illi ex ipso curru regis genibus aduoluti, his uerbis obsecrabāt: Reserua nos te obsecramus Agamēnon, facturus operæpreciū ex nostra reseruatione. Habet enim pater Antimachus domi repositam magnam uim, auri, æris, ferri, aliarū rerū preciosarū, unde te propterea non modo satis, sed etiam abunde remaneret. Sed pro mitibus precibus immite responsum acceperunt, Ita ne Antimacho geniti estis, illo insigni uiro, q pro cōcione Troianos hortatus est, ne Menelaū dum ad uos legatus uenit cū dio Vlysse, redire sinerent, sed intra urbē atq; illic statimq́; trucidarent? Luite ergo nunc filij pœnam paterni peccati. Hæc locutus, Pisandrum ꝑcusso lancea pectore deturbauit a curru, eoq́; resupino humi strato, germani Hyppolochi (is autē desilierat) primū manus, deinde ceruices gladio præcidit, lacentēq́; ubi spoliauit armis: protrusit, pedibus bellantiū tanq̄ pila pistoria contundendū. His actis iterū ubi maxima cōferta acie tumultuari uidet, eo se infert, alijs eū comitantibus. Sed ita Troianis copijs in fugam uersis, toto camporū spatio equestres equites, pedestres Græci pedites insequebantur, ac terga cædebant, quorum omnium pedibus q̄plurimus strepitus late ferebatur. At Agamemnon assidue & instans fu

gientibus

glentibus, & insequentes exhortans, tantam de hostibus stragem ædebat, quantam de arboribus ignis immensus, cum in densam undiq; spirantibus uentis incidit syluam. Videres passim equos inanem trahentes redam per planiciem illam hac illacq; discurrere agitatorum desiderio, quasi illos adepturi essent. Hi uero in solo iacebant, uulturibus multo q̃ uxoribus optabiliores. Hectorem uero per medium belli ardorem per tela, per mortes, per sanguinem, per puluercam quoque caliginem Iuppiter ipse subtrahit. Et iam ad sepulchrum Ili Dardanidæ Troiani peruenerant, auidi urbis contingendæ, Agamemnon tamen, nec instare, nec uociferari, nec manus alia super aliam cæde cruentare cessabat. At ubi ad portam Scæam fagumq; peruentum est, tunc inhibita fuga Troiani steterunt: cæterosq;, qui adueniebant ad numerum suum recipiebant, Qui uero in fuga lentiores erãt, eos Agamemnon in locis patentibus adortus urgebat, atq; mactabat. Atque ut leo armenta boum intempesta nocte adortus, omnes quidem in fugam timore dispellit, sed unum rapit, resciss áq; prius ceruice, mox sanguinem sorbet, ac uiscera cuncta depascit. Sic Agamemnon ex omnibus, quos insequebatur, postremum quemq; feriebat: hũc pronum, illum supinum, aliumq; alio modo de curru equisq; prosternens. Et iam sic furens Agamemnon prope erat ut mortiferã illam lanceam ferens succederet muris, atq; urbem subiret, cum Deorum atq; hominum pater Iuppiter, in nemorosum Idæ

uerticē cœlitus est delapsus, manu tenēs rutilum fulgur. Ibi postq̄ resedit, Irim nihil cunctantē ferre mandata ad Hectorē iubet, inquiens, Iri pernix ito cum his mandatis ad Hectorē. Quamdiu uiderit Agamēnonem principē inter primos propellentem hostiles acies, atq; trucidantē, tamdiu subducens se ipse cæteram Troianorū manū acriter aduersus Græcos certare cōpellat. Postea uero q̄ eundē, uel cæsim, uel punctim sauciū in currū se recepisse cognouerit, tunc ego tantum ipsi suggeram roboris, ut Græcos uicissim in fugam uertat, ut cū ingenti strage premens in castra redigat, ut p castra ipsa ad naues usq; persequatur, nec ante cædis faciat finē, quàm sol occumbat: almæq; noctis aduenerint tenebræ. Hæc locuto Ioui, obsecuta Iris, ex aura alas, ex aura pedes habens, ab Idæis iugis ad augustam Troiam Hectoremq; se contulit. Quem cū inuenisset (stabat autē ille in curru) proxime accedens ita affata est: Hector fili Priami, Iuppiter pater hæc me tibi iussit ferre mandata. Quamdiu uideris Agamemnonem principē inter primos propellentē hostiles acies, atq; trucidantē, tamdiu subducens te ipse, cæteram Troianorū manū acriter aduersus Græcos certare cōpellas, Postea uero q̄ eundem uel cæsim uel punctim saucium, in currū se recepisse cognoueris tunc tibi Iuppiter tantū suggeret roboris, ut Græcos uicissim in fugam uertas, ut cū ingenti strage premēs in castra redigas, ut per castra ipsa ad naues usq; psequare, nec ante cædis facias finem, quàm sol occum

Iris mittitur ad Hectorem.

bat, al

bat, almæq; noctis aduenerint tenebræ. Hæc effata Iris abijt. Hector autẽ, ut erat armatus, è curru desi-lijt, quatiensq; manu iacula, copias suas obibat, adhortans ad dimicandũ. Ad cuius uocem conuersis in ho-stem Troianis, restitutũ est prælium, & recruduit pu-gna. Nihil tamẽ minus Agamemnon instare, ac pri-mus inter suos, qua auiditate erat, & longe primus præliari. Hoc loco uos musæ inuoco cœlestia tecta in-colentes, ut mecũ dicatis quis nunc primus Agamem-noni se obuiũ tulit, ẽ Troianis ne, an ex auxiliaribus socijs? Is fuit Iphidamas Antenoris filius, corpore la-to atq; procero, educatus nõ in Troia, sed in Thracia ouium matre atque nutricula, non à patre, sed ab auo Cisseo, qui & ad iustæ pubertatis annos usq; pduxit, quo tẽpore militaris gloria maxime cõparatur. Nec eum alio prius ire permisit, q̃ ipsi filiam collocaret, qua desponsa, Iphidamas, ẽ thalamo ad troianũ bellũ, parandi nominis gratia profectus est, usq; ad Perco-tam quidẽ (ubi & naues reliquit, duodecim fuerunt) maritimo, illinc autẽ ad Troiam terrestri itinere ac pedestris, qualis nunc Agamemnoni occurrit. Itaque uterq; infesto ferro alterum petẽs, ubi sub coniectum telorũ uentum est: Agamemnon contra lancea fru-stratus est, ictu trans Iphidamantẽ perlato. Secundo loco Iphidamas zonam Agamemnonis, quæ thoraci insidet, nõ emisso sed retento ueruto percussit, ipsumq; ictum reprimens manu adiuuit. Verũ ne sic quidẽ spi-culum penetrauit, sed apud ipsum zonæ argentum se

Agamẽnon Iphidamanta occidit

inflexit. Tunc Agamemnon, & a se euulso, & ab Iphidamantis dextra reuulso telo, in illum instar leonis irruens, ceruicem uiri gladio haurit. Ille solutis corporis uiribus procumbens, in ferreum somnum soporatus est infœlix, qui dum pro popularibus suis bello oppressis operam nauare uult, uxorē reliquit, adolescens adolescentulam, pulcher formosam, ignarus ignaram alterius coniugis, & ex qua nihil adhuc uoluptatis percepisset: cui præsertim tanta pecora, quibus sane quam abundabat, tum donaßet, tum spopondisset, donauerat enim boues centum, pollicitus mille caprarum pariter & ouium capita. Hunc autē Agamemnon ubi armis exuit, ipsasq; exuuias per exercitū ferens cum esset Coonti conspectus, qui erat primigenius filiorū Antenoris, ingens fratrem de fratris nece subijt mœror, & oculos oppleuere lachrymæ, Sed ut erat eximius bellator, proximus Agamemnoni stetit, sed ex transuerso, ut uidelicet eum lateret, atq; ita mediam regis manum subter cubitum lancea transfixit, Agamemnon autem hoc ictu & si uehementer exterritus, nam tota cuspis extabat ex altera parte, tamen ne sic quidē à pugnando deterritus est, Ipsumq; Coontem rapido saltu petens, trahentem inter acies per pedem Iphidamantis cadauer, & fortissimos quosque sociorum uocantem, sub parma iaculo confodit, moribundoque caput supra corpus fratris germani præcidit. Ita duo Antenoris filij sub eiusdem uiri manibus diem suum obierunt, eodem ex loco, eodemq;

Coon ab Agamēmnone perimitur.

tempore

tempore, altam Plutonis domum ingressi. Rex *vero quoad calidus è uulnere cruor profluxit, ordines hostium uastare pergebat, hos lancea, illos ense, alios feriens ingentibus saxis, uidelicet acerbitate doloris nondum ad ima demersa: quod factum est, posteaquā manare destitit sanguis, & circa ipsum uulnus exaruit.* T*unc enim ingrauescente cruciatu, quali se mulier parturiens configi sentit immisso à* Lucina Luci*naeq; filiabus, in currum insilijt, iussoq; auriga ad tentoria tendere: inter eundum ad socios exclamabat:* O *principes socij primoresq;* Gr*aecorum, uos iam sine me naues ab hostibus & castra tutamini, quoniam ipse pro uoluntate integrum diem pugnare cum* Troi*anis ab* Ioue *prohibeor.* H*aec dicens excessit à pugna, corpore & animo saucio: equi uero datis habenis cursum ac prope uolatum capessebant. super undas spumas pectoribus emittentes, super autem siccam puluerē admittentes.* I*llum* Hector *simul ac digressum bello animaduertit, magna ad suos uoce proclamat.* N*unc* Tro*iani, nūc* Dardani, *nunc* Lycij, *ut estis, uos uiros ostendite.* N*unc roboris, nunc memores este uirtutis, cum à uobis stat* Iuppiter, *qui eximiam inde gloriam destinauit,* Agamemnone *hostium praestantissimo a pugna submoto, uos agedum equites recte in hostilem aciem immittite equos, adepturi praeclara militiae decora.* Sic *locutus accendit animos ardoremq; singulorū, & ad inuadendos hostes non aliter instigauit, q̄ uenator acres canes acrius instigat in leones aprumue aliquē*

Agamēnon saucius è pugna excedit

papillam illato confodiens è curru deturbat. Idē Vlyſſes facit in illius auriga Molione, uiro inter primos eximio, His à bello, id eſt, à uita ſubtractis p medium pugnæ tumultū ire pergentes, ueluti gemini apri audacia freti, cū in canes uenaticos incidūt, ac dominos item alios unà cū curru ceperunt uiros, nō è grege, ſed plus q̄ egregios Percoſij filios in oī diuinatiōis genere ſup alios præſtantiſſimi. Et qui cū ſciret futura filiorum, quantū in ipſo fuit, eos ad mortiferū bellum ire nō ſiuit, ſed ne irent perſuadere nō potuit, triſtibus ad mortē illos ducentibus fatis, quorū Diomedes dum animū ab anima, animā à corpore, corpus ab armis ſeparat (erat enim ſingularis armatura) interea Vlyſſes Hippodamū & Hypirochū uita armaturáq; ſpoliauit, Erat autē inter primos Troianorū bellatores heros Agaſtrophus Pæonis filius. Sed hoc ipſum quod inter primos erat, licet pedeſter, cauſam ei mortis attulit, præſertim longe ꝓgreſſo à curru, in quē ſe recipere, ut fugā capeſſeret, nō poſſe uehemēter indoluit, à Diomede apud coxā lancea pcuſſus. Et iam Iuppiter ab Ida deſpectans reſtituerat præliū, & æquo Marte ſe inuicem Troiani Græciq; interimebant, q̄q̄ Græci pleriq; amica fuga elapſi, ab Hectore reſpirabant. Ipſe autē Hector, cū alios, tum uero Agaſtrophum confectū uulnere repente cū animaduertiſſet, in hoſtes cū uociferatione fertur, Troianorū phalangibus cū ſequētibus. Quē ubi Diomedes agnouit, propere ad Vlyſſem, qui prope aderat, inquit, Vlyſſes in

in me teq; cum tāta mole ingruit ualidus Hector, Sed agedum stemus, mutuoq; nos tutemur auxilio. Hæc locutus, immanē lanceam in Hectorē directam excussit, nec eum fefellit ictus, pcussa iuxta conum galea, nam & si nihil admodum de corpore tælum præstrinxit, atq; galea euolauit, quæ & triplici lamina & diuino opere fabricata erat (si quidē Apollon eam illi donauerat) tamen ita hoīem concussit, ut attonitus trepido gradu q̄celerrime potuit, etiam celerius q̄ pro firmitate uirium, recurrens se agmini immisceret, caligantibusq; insueta nocte oculis in genua succumberet, ac manu humi innitens surrexit. Cæterum cum Diomedes ad recipiendam lanceam tendit, eo: quo illam tulerat impetus, longe inter propugnatores humi iacentē Hector interea resipuerat, in currumq; conscenderat & ad mediū suorum se receperat, ex impendenti fato ereptus, Diomedes uero resumpta lancea ac reducta, quasi iterū petiturus Hectorē, postq̄ abeuntem uidit, Euasisti inquit canis, licet uix euasisti, & hoc nō tuis uiribus, sed beneficio Apollinis, cui facere uota debebis semp iturus in prælium, Quod si tamen iterū mihi occurres, non iterum effugies teterrimam mortē, si quis modo & mihi deus affuerit. Nunc alios tuorū psequar, si quos & consequar. Sic locutus Agastrophi corpus, à quo spoliando fuerat interpellatus, per ocium spoliat. Iamq; ab humeris parmam, à pectore thoracem, à capite galeam detraxerat, insignem prorsus armaturā, cum Paris intento arco sese inclinans

atq; occultans ad sepulchralem cippum (nam ibi ue- Paris Dio- tustum Ili Dardanidæ monumentum erat) exploratamedem ex aliquādiu occasione sagittā expulit, quæ manū expul- insidijs uul- soris minime fefellit, illata in dextrū Diomedis pedem nerat. supra digitos transq; plantā perlata, atq; humi infixa Qua de re Paris exultans ac subsultans, festiuissimos cachinnos magno ore tollebat, Diomediq; gloriabun- dus insultabat. Ictus es Diomedes, ictus es. Quod uti- nam pro pede tibi latere transfosso spiritum abstu- lissem, tamen & sic bene habet, aliquo laborum laxa- mento dato Troianis, qui te uelut trepidæ capræ leo- nem expauescunt. Ad quem respondens Diomedes, contumeliose inquit sagittarie, contumelia digne, ca- pite puellariter cōpto, corde puellis addicto, quid tan- topere gloriaris, quod extremum pedis mihi pupugi- sti? quod nō pluris facio q̄ si fœmina me aut puer par- uulus percussisset. Citra sensum enī doloris est ictus uiri, nulla uirilitate, nulla uirtute pollentis. Quod se- cus fiet ex me. Nam siue obuium te mihi ferre tenta- bis, nullo tibi ista arma erunt adiumento, siue telo meo te uel paululum assequar, satis penetrabile esse illud intelliges, quo quicunq; ictus est, statim iacuit exanimis. Et cum domi uxor inter pupillos filios præ dolore amissi coniugis dilaniet genas, ille non fœmi- narum turba, sed auium stipatus, in eo loco putre- scit, quem sanguine suo moriens tinxerat. Hæc effa- tus, cum Vlysses eum proxime accedens: stansq; scu- to protegeret, ipse subsidens sagittam eduxit, consecu-
toq;

Diomedes pugna excedit.

toq; atroci dolore in currum ascendit, & aurigam dirigere ad naues cursum iussit, uix satis patiens uulneris uexationē, Vlyßes autē, cū se solū cerneret, ocsq; alij perculsi fugissent, apud se cū gemitu inquit. Hei mihi, quo difficultatis redactus sum? Fugero cōsternatus aio? ingens dedecus, mansero? ingens periculū ne circumueniar, cū nemo mihi in tāta hostiū multitudine adsit, supersimq; solus, cæteris à Ioue metu perterritis. Sed quid me solum? quid socios abesse? quid metu perterritos fingo? cum sciam deteriores tantū solere discedere à prælio, nō fortes, quorū ut quisq; præstantissimus est, ita cōstantissime in acie pstare arbitror, ut aut feriat alios, aut ipse feriatur. Hæc dū Vlysses mente atq; aīa uersat, iam clypeatæ Teucrorū cohortes aduentabant, iā plures unum intersepserant, iam undiq; infestis telis premebant, eum in modū, quo uenatici canes uenatoresq; iuuenes, aprū ex profundo saltu progressum circumsistunt. Et licet fera in obsistentes, atq; hinc illincq; assilientes, infrendēs, dentes animūq; exacuat, illi tamen perstant, instant, urgent. Huic apro similis Vlysses in egregiū Deiopiten insiliens, summū humerum hasta traiecit, dehinc interemit Doonem Ennomūq;, ac Chersidamantē. Sed Chersidamantē equos iam conscendere parantē, qui tamen accepto prius sup scutum uulnere inter umbilicū ac latus relabens, ac terram cubito contingens, in puluere iacuit. His relictis Vlysses Charopem Hippasi filium & ipsum lancea confodit, Cui auxilio ueniens

Vlysses secum.

Vlyssis i pugna uirtus.

genero

generoso animo & diuina dignitate corporis Socus *(erat enĩ frater)proxime* Vlyssẽ *stetit,atq; ad eũ inquit.Clarissime* Vlysses,*doli laborisq; auidissime,hodie aut ex duobus* Hippasi *filijs gloriaberis interemptis spoliatisq;,aut hoc telo cõfectus spiritũ perdes.* Post *hæc uerba contorsit telũ, quo* Vlyssis *clypeum thoracemq; ac latus oẽ traiecit,uitalibus tamen(*Pallas *nãq; probibuit)illæsis. Ille ubi sentit uulnus non esse lætale,relato aliquantulũ pede,*Socũ *affatus est. Infœlix,eripuisti ne mihi usum belli? At ego tibi usuram uitæ eripiã, & quidem hodie,atq; hoc in loco:ut hoc iaculo ictus,mihi quidẽ gloriã,* Plutoni *uero des animã.* His *dictis* Soci *tergum iam in fugã uersi,atq; abeuntis,sic inter humeros iaculo cõfixit, ut cum pectore quoq; transigeret.*Ei *cũ sonitu in terrã collapso atq; animã agenti,insultans:* Soce *inquit* Soce, *plane cœpit te mors.* M*iser,nõ parentes tibi istos oculos legent,sed infaustæ aues ad inhumatũ cadauer aduolantes eruent.* Me *uero defunctũ* Græci *mei sepelient.* Sub *hæc dicta lanceã* Soci,*qua erat ipse transfixus, è latere pariter & ex scuto extraxit, ui cruoris extra uulnus,ui doloris intra uulnus subsecuta.* Quo *cruore cõspecto,*Troiani *se mutuo cohortãtes,in unum cuncti feruntur.* Ille *uero sese referre,ictus uitare,infesto telo ictus inferre,deniq; oĩ opere mortẽ arcere,et inter hæc socios quanta maxima poterat uoce inclamare,semel,iterũ, tertio.* Quæ *cum* Menelaus *toties & ipse audisset,ad* Aiacẽ *extemplo, qui propinquus*

runt, multaq; etiam rudera peruoluit in mare. Et hæc Hectore ignaro, ut in sinistra acie occupato ad flumen Scamandrum, ubi moles belli erat. continens fremitus exaudiebatur, plurimæ mortes fiebant, sed præcipue ab Hectore, nunc è curru, nunc è solo, nunc lancea, nunc alijs telis phalanges hostium profligante. Quod cum ita esset, non tamen Græci loco, quo institerant, moti fuissent, nisi Alexander confixo trigona sagitta Machaonis humero, inutilem eum bello reddidisset. Pro quo cum cæteri Græci, ut in ea conditione, extimescerent, ne forte ipsis fugam facientibus, ille ab hostibus extingueretur, Idomeneus protinus ad Nestorem inquit. Nestor Achiuorum gloria, conscende currum, ut tecum Machaonem sumas. Vir enim medicus præmultis alijs pollet, dum præcidenda extrahendaq; sunt tela de membris, & fomenta medicamentorum apponenda. Sic locuto Idomeneo, obsecutus Nestor, ubi currum suum cũ Machaone ascendit, equos ut irent flagello iussit. Illi sua alioquin sponte naues uersus ire cupientes, uiã (ut sic dicam) uorabant, ac prope uolabant. Cebriones autem eũ in alio quasi cornu turbari apud Troianos cognouisset, ad fratrem inquit. Hector nos in extrema belligeramus acie, cum cæteros Troianos in dextro cornu tumultuari uideam, equitibus peditibusq; promiscuis. In tumultũ enim eos agit Aiax Thelamonius, Prope nãq; hominem noui ex spacioso clypeo, quem ad humeros gerit, Dirigamus ergo illuc equos, ubi acrior

Nestor & Machaon è pugna digrediuntur

crior pugna eſt pedeſtrium, atq; equeſtrium, & unde continuus ſonus uenit ſe inuicē interimentium. Hæc *locutus, equos ſonanti flagello cædēs, & quo dixerat properare adigens, ſup cadauera clypeoſq; ducebat.* Vidiſſes *nō modo rotas, ſed totū axem ipſumq; ambitum ſellæ curulis oppleri ſanguineis guttis: quas cum ferrum rotarū: q canthus dicitur, tum ſublimiter currentium equorū ungulæ, in altum iaculabantur ex ijs corporibus: quæ conculcabant. Ita auidus* Hector *q̄ primū irrumpendi in aciē, perduelleſq; perrūpendi, ferebatur: redditurus Græcis miſerū tumultum: ut intelligeretur eum nō diu ab ipſorū cæde ceſſaſſe.* Vbi *peruenit, quas habebat obuias hoſtiū cateruas, has lācea, gladio, ſaxis ingentibus inuadit, in fugamq; cōuertit, ipſumq;* Aiacē *(Iuppiter enī illi timorē incuſſit) à pugna cōpeſcuit. Stetit igitur* Aiax *inops conſilij: leoninoq; aſpectu nouū tumultum intuebatur. Tum reiecto poſt tergū ſcuto, ſe in fugam uertit, perculſus inuitus, mœrens, nō magis ſua, q̄ nauium cauſa. Ideoq; modico gradu & genu à genu uix moliens abibat, ur gentibus cum retro* Troianis, *ueluti agreſtibus uiris cum agreſtibus canibus uilloſum leonē, quem ingreſſum boum ſepta cupientēq; iam adoriri opimum taurum illi nō ſinunt, acutis iaculis incēſiſq; facibus inceſſentes: atq; hunc in modū tota nocte cōſumpta, etſi maxime uiolēta fera eſt, tn̄ tot erroribus coērcita ſub ortum* Luciferi *mœſta diſcedit.* Et *quemadmodū pueri cum ingreſſum ſata aſinum circūſiſtentes fuſtibus*

Aiax fugā capeſſit.

enixe

enixe cædunt: atq; adeo super eum fustes infringunt, brutum tñ depasci segetē pergit, cōtemptisq; uerberibus (quippe illius ætatis) nō prius illinc abigi potest, q̃ saturatū fuerit. Sic Troiani *auxiliaresq;* Aiacē *lanceis infestabāt, & ille subinde cōscia uirtute cōuersus phalanges hostiū ab instādo cohibebat: rursusq; cū fugam repetebat, tū uniuersi ad castra cōtendebant, tam q antecedebant (medius enī ipse inter utrosq; incedebat) q̃ qui insequebātur.* Quorū *insequentiū tæla, partim in immenso illo scuto, partim nō perlato ictu humi defigebātur.* Hunc *ita obrui tælis cū animaduertisset* Eurypylus, *accessit, proximusq;* Aiaci *stetit.* Tum *obseruato quē hoiem quēq; hois locū feriret,* Apisaonem *principē* Phausij *filiū subter iecur iaculo transfixit, eūq; protinus uita fugiēte collapsum adiēs spoliauit armis.* Quod *uidēs* Alexander *atq; indigne ferēs, reducto neruo & rursus remisso, sagittam emisit, &* Eurypyli *femur dextrū ita pcußit, ut harūdo ipsa in uulnere frangeretur.* Eo *ictu* Eurypylus *uehementer affectus resiliens, ac reiectis ab humero spolijs, retro se recepit ad suos, tardante tum uulnere incessum, & ad illos inter eundū exclamans, inquit.* O *socij principes primoresq;* Græcorum, *facta manu adeste* Aiaci Thelamonio, *atq; occurrite, ut eū à præsenti eripiatis exitio, qđ non opinor euadet, ita eū multis tælis obruunt hostes:* Sic *uociferato* Eurypylo *socij affuerūt, in anteriora clypeis sinistra, in posteriora lanceis dextra reductis.* His *ita uenientibus* Aiax *obuiā uadens,*

ubi proximos eos habuit, conuertit uultus, atq; in hostem stetit. Cũ hæc in acie gerũtur, pugnaturq; torridis & sole & labore corporibus, interea Nestor manantibus sudore equis Machaonem in castra perduxerat, quem inter transitum Achilles cernens, agnoscensq; (stabat autẽ in sublimi puppi ad spectaculum tam duri certaminis, flebilisq; fugæ) euestigio Patroclum nomine uocauit. Ille ad amici uocem, è tentorio ubi erat, strennue prosilijt (quæ prima ei causa exitij fuit) priorq; ad Achillem inquit. Achilles qua me accersisti gratia? quo mea opera uti uis? Ad quẽ Achilles: Mi Patrocle, nimirum nũc Græci, ut reor, ad mea se genua proijcient, obsecrantes auxilia. Ita enim in intolerabiles necessitates deuenerunt. Tu uero adi Nestorem, ac percontare, quemnam è prælio saucium deportauit, Nam cum non longe hinc rapido cursu præteruеheretur, uultum comitis intueri non licuit, à tergo autem plane Machaon esse mihi uisus est. Ita iubenti amantissimo amico Patroclus obtemperans, currenti q̃ eunti similior, ad castra se contulit. Sed eo iter carpẽte Nestor ac Machaon iam è curru descenderant, quem disiungendum Eurimedonti, qui famulus Nestoris erat, relinquentes (si quidẽ ad Nestoris tentoriũ uenerant) sua uterq; ueste sudorẽ siccabant ac stantes ad orã maris aduersa se aura refrigerabãt Tandẽ tabernaculũ subeuntes, in sua uterq; sella resederunt. Quibus ita sedentibus, potionem, quã uocant ciceonẽ, præparabat Hecameda magnanimi Arsinoi

filia,

filia, quam à cæteris Græcis electam (erat enim forma deabus æquanda) sibiq; donatam Nestor, quod consilio reliquos antecelleret è Tenedo deportauerat, cũ id oppidum Achilles euertisset. Præparato ciceone, mulier primũ mensam apposuit, decorã sane decoreq; uestitam, Dehinc superposuit æream cõcham cum cæpis ad potus cõdimentum, & melle, necnõ hordeaceas farinas, iuxtáq; per q̃ decorum calicem, quẽ senex domo portauerat, aureis clauis interpunctũ, duobus innixũ pedibus, quattuor uelut auribus redimitum, ad quarũ singulas binæ colũbæ aureæ pasci uidebantur, deniq; tam grauem, ut repletum uix à mensa alius uel moueres sufficeret, quem Nestor non modo mouere sufficiebat, uerum etiam poturus facile tollebat. In hoc cum ea, quæ ad ciceonem pertinent, Hecameda nigro mero diluisset, caprinumq; caseum certo fermento trituratum addidisset, unáq; farinas hordeaceas subegisset, confectum ciceonem illos iussit haurire, quo ambobus aridam sitim, & qua enecti erant, omnino Patroclus sedauit, Cum ita epoti sermonibus se oblectarent, ecce ad Nestorẽ ce Patroclus diuina corporis dignitate ad ianuam aduenit. fuit. Cui senex, simulac eum uidit, à throno assurrexit, obuiamq; processit, manuq; prehensum introduxit, & ut resideret iubebat, atq; adeo cogere conabatur. Nam ille recusabat, dicebatq;: Non uacat mihi uenerande Nestor sedere, ne cogas, nõ acquiescam, cum me Achilles miserit, mihi non modo reuerendus, uerum etiam formidandus, Probe enim ipse nosti qua-

lis iste sit, qua morositate, q̃ subito erumpat inculpationem etiam culpa uacantiū. Misit autē sciscitatum te, hic quē ducebas quisnā esset. Quis sit, sciscitari nō attinet, cū uideam agnoscāq; Machaonē esse. Nunc functus officio, renūciaturus illi reuertar. Cui respōdens Nestor. Et qd ita inquit Achilles Græcā gentē euertit? An nō ipse euertit, aut se illā euertere ignorat? En inquit quo calamitatis deuenimus? Sūmi Græcorum apud naues iacent, aut gladio, aut lancea, aut sagitta uulnerati, ut hic quē postremum ego adduxi, Præter hūc ictus est Diomedes, ictus est Vlysses, ictus Agamēnon. Horum malorū nihil Achilli dolet, nihil curæ est. Quid enī in tāta hoīs uirtute crudelius est? An cunctatur dū nobis oībus alijs sup alijs trucidatis miserū in modū naues hostili absumantur incendio? Etenī mihi uires nō adsunt, iam p senilē debilitatem incuruo. Atq; utinā adessent, quales olim florēte ætate, ut eo bello, qd inter nos & Epios, q idē Elidenses sunt, exarsit, cum Itymoneū illum Hypirochidem, qui habitabat Elide, iaculo interemi, uirū in primis strenuum, & tunc inter primos tutantē sua boum armenta. Abigebamus enī nos à finibus Epiorū pecua pro abnegato ab illis credito. Cætera rusticorū manus cū illum iacentē cōspexit, aufugit. Nos opimā sane prædam abegimus, boum quinquaginta armenta, totidem greges ouium, totidē porcorum, totidē caprarum, plurimorum capitū singulos, nec nō paria equarū centū, quarū nulla nō grauida erat, pars bona pullos etiam

Nestor Patroclo.

allacta

allactabat. Hæc cum per nos Pylon perducta uidisset senior Neleus, miro afficiebatur gaudio, cum ex ipsis opibus, tum uero ex filij uirtute, qđ maiora q̃ pro æta te opera militiæ ederẽ. Postridie simulac diluxit (nã p noctẽ cum præda intraueramus) publica præconis uoce iussis adeße ijs, qbus ab Epijs debebatur, quæ ma gna multitudo erat, singulis pro sua portione satisfa ctum est, optimatibus q ob hoc ipsum coacti erãt cau sas singulorũ cognoscentibus. Prius tamen Neleo pa tri grandi grege ouiũ, trecentorũ uidelicet capitum & boum armento cũ suis pastoribus sibi delectis, & quasi rebus repetitis ab ea ciuitate, à qua multũ ei de- bebatur. Siquidẽ Augias Epiorũ Rex, quatuor equos uincere assuetos, quos Neleus eo miserat ad curule certamen, qđ ibi exercebatur, proposito tripodis præ- mio, cũ curru retinuit, remisso turpiter auriga. Caput autẽ atq; illecebræ Epijs atq; Augiæ interuertẽdi cre diti & patrẽ p ignominiã afficiendi fuit cõtemptus paternæ senectutis, adolescentiæ meæ, pyliorũ pauci- tatis. Postq̃ Hercules (longum hoc iã tempus est) no- stram domũ patriamq; euertit, ex duodecim Nelei fi- lijs uno me & minimo, ex frequẽtiq; populo infirmio- ribus relictis. In huius itaque Augiæ iniuriæ satisfa- ctione pater plurima sibi sumpsit ex his, quæ supera- bant ex debitorũ solutiõe, Cætera populo inter se ui- ritim, ne quis exors esset lucri, dispertiẽda concesit. Quod nos ubi rite atq; ordine fecimus, simul circa ur bẽ sacra perpetrauimus. Tertio autẽ q̃ hæc gesta sunt

 die,

die, ingens Epiorum instructusq; exercitus, iunctis pe ditum atq; equitũ copijs, Thryoessam adoriũtur, quod est oppidum satis longinquũ à nobis, ac regni Pylij po stremum, supra Alpheum arduo in loco positũ. Atq; id obsidẽtes omni opere expugnare nitebantur. Addu xerant quoq; secum Molium, cui nondum per ætatem uires uiro militari necessariæ suppetebant, Hos autẽ eo uenisse atq; oppidum obsidere oppugnareq;, Pallas propere nobis noctu delapsa cœlo renunciauit, arma∘ riq; ciuitatem, fieri agmen, & protinus in expeditio∘ nem prodiri iussit. Quod alij cum libentes alacresq; fecissent, unus ego ꝑ patrem facere prohibebar, quod diceret nondum me satis gnarum rei militaris, Quic∘ quid diceret parũ hoc fuerat, nisi equos mihi oẽs oc∘ cultasset. Sed ne ista quidẽ impedimenta mihi impedi∘ mento fuerunt, quin in bellum uel pedester exirẽ. Sic me auidum agebat Palladis numen, Sed pedester ita egi, ut cum maiore laude, q̃ equestres nostri, redirem. Eo die ergo cũ equitibus socijs ad fluuium quendã no mine Mynyeium uenissemus, q oppido Arenæ uici∘ nus, hostia maris facit. Ibi subsedimus usq; ad aurorã expectãtes dũ pedestres copiæ applicarent. Inde ꝓ∘ fecti sub armis uniuersi circiter meridiẽ ad uberẽ Al phei fluuiũ peruenimus. Ibi solennia Ioui optimo sa∘ crificia celebrauimus, immolãtes Neptuno quidẽ atq; Alpheo singulos tauros. Mineruæ autẽ eximiam uac∘ cam, mox corpora curauimus, sumpta comiter cœna, & præter ipsum profluentẽ strati somnum cepimus.

Postera

Postero die prima luce, uotis Ioui ac Mineruæ nuncupatis, nihil minus q̃ tantum belli opus expectantibus hostibus apparuimus, ac priusquã expugnarẽt Thryoessam, quã oppugnantes oĩ ui offendimus, arma intulimus, Vbi utrinq; cõcursum est, cõsertoq; prælio acriter dimicatũ. Primus oĩm ego cõtorta lancea Moliũ interemi, uirum strennuũ, & tũc præ cæteris loco & ũo & robore dimicantẽ. Erat hic præfectus equitum Epiorum, ac gener Augiæ Regis, Cuius primigeniã Agameden in matrimonio habebat. Idcq; gnarus tot generum medicamenta faciendi, quot ea sunt quæ tellus, quanta est, parturit. Hunc tantum uirum comites cum in terram prolapsum, meq; in eius curru stantem (quippe in currum illius arreptis equis ascenderam) & inter primos pugnantẽ uiderunt, territi passim diffugerũt. Ego uero nymbosæ procellæ instar irruere, instare fugiẽtibus, terga cædere, donec ad quinquaginta currus cœpi, binis apud quemq; hominibus meo telo interrẽptis. Cum quibus forsitan duo Actorionis filij Moliones, terrã & ipsi à me confossi dentibus momordissent, per quod Iouis beneficio magnus nostræ uictoriæ cumulus accessisset, nisi pater Neptunus illos multa nebula opertos è prælio subduxisset. Nos tamen immisso equitatu, hostem persequentes, stragem ædentes, spolia legentes, emensi sumus Aspideos campos usq; ad Buprasiop, petramq; Oleniã, & Alesion, unde urbs illa sortita est nomẽ. Quo ex loco, occiso illic ultimo p me hostium, domum imperio

perio Palladis ſumus reuerſi, oĩbus palmam, ut inter Deos Ioui ſic inter uiros Neſtori dantibus. Talis ego extiti, quoties autoritas, aut publica exigebat utilitas. At Achilles inter has neceſſitates ſociorũ ſolus uim uirtutẽq; ſuã tenebit in ocio? quẽ certũ habeo ubi oẽs fuerimus extincti, plurimũ mœroris ex pœnitẽtia contracturũ eſſe, ac tantã Græcorũ cladẽ illachrymaturum. Quanq̃ o dij boni, qđ ad te attinet Patrocle, qđ tu? qd rei geris? Ita ne tibi præcepit clariſſimus heros Menœtius pater, quo die te ex Phthia ad Agamemnonem miſit? Audiuimus enim (ne ignorare me putes) ego atq; Vlyſſes intra Pelei palatiũ ſingula, q̃ pater tibi præcepit, cũ ambo oẽm Græciã obeuntes cõparandi gratia exercitus cõtra Troianos, ad Peleũ ueniſſemus, ubi & patrẽ tuũ inuenimus, & te iuxta Achillẽ Forte tũc Peleus apud cohortẽ aulæ opimi tauri, quẽ immolabat, femora adolebat, ſup ipſa ſacra libans nigrum uinũ ex aurea patera, quã manu ſuſtinebat, te atq; Achille circa carnẽ uictimæ occupatis. Quibus ita agẽtibus, cũ nos interueniſſemus, pro foribus ſtetimus. Achilles, ut nos inſpexit, ſtupefactus exilijt, manuq; prehẽſos introduxit, atq; in ſellis licet renitẽtes collocauit, & appoſito cõuiuali edulio, ut mos eſt, hoſpitaliter accepit. Poſtea uero cũ cibo et potu refectis atq; exhilaratis, dicẽdi copia facta eſt, ego ſermonẽ orſus ſum, et ut uos iuuenes nobiſcũ ueniretis hortatus, id qđ ipſi magnopere uolebatis. Tũ ſenes parẽtes ſuo uterq; filio dedere mandata. Peleus quidẽ Achilli, ut nitere-

niteretur semp ad optima, & primas inter principes obtinere. Menœtius autē hæc tibi: Fili mi, natalibus Achilles te, natu tu illo es maior. Ipse tibi uiribus multo antestat, tu eū scies debebisq; (nā recti cōsilij admittet ille rationē) autoritate regere, sapiēter admonere fideliter emendare. Hæc tibi senior pater, qđ præceptū Patrocle oblitus es. At nūc certe redigēte me tibi in memoriā, admone hæc Achillē, si consilij tui admittat fortasse rationē: nam qs scit, an dæmone uolēte, tu potissimū eū inducas? efficax enim est amici exhortatio. Quod si religione aliqua, aut Iouis oraculo p matrē renunciato, retinere se excusat: te saltē in aciē mittat, concessis tibi suis tū armis tum militū copijs, ut aliqua salus efficiaris nostris, si forte specie Achillis cōterritus Troianus exercitus, facessat a prælio, et Græcus respiret, iā pene consumptus, ac refocilletur. Refocillari enī a pugna sufficit breui momēto. Vos uero integri ac recētes facile defessum hostē uel ipso clamore a castris ad mœnia sua repelletis. Hæc Nestor. Quibus pmotus Patroclus repetito cursu ad Achillē redibat. Et cum naues Vlyssis præteriret, quo in loco res forenses ac senatoriæ agebantur, stabantq; altaria, obuiū Eurypylum habuit, claudicantē ob fœminis uulnus, atro sanguine scaturiente cum sonitu, capite atq; humeris sudore uelut imbre manantibus, sed adhuc tamē compotē mentis, quē Patroclus miseratus cōplorāsq; ita affatus est: O indignū casum luctuosam q; fortunā principum Achiuorum. Hoccine fato huc

Patroclus senior Achille.

uenerunt,ut longe a patria suo corpore canes pascerent? Sed age heros Eurypyle, hoc unũ mihi respõde. Vtrũ adhuc nostri Hectori pares sint, an impares, atq; ab illo ꝓfligantur? Huic respondẽs Eurypylus, actũ est inqt illustris Patrocle de nobis,actũ est. Oẽs haud dubie apud has naues occũbemus:nã & nostrorũ clarissimi quiq; caesim punctimue sauciati in tẽtorijs iacẽt,& Troianorũ uirtus in nos assidue inualescit. Sed tu me ut serues obsecro,in tentoriũ ducas,sagittã incidas,euellasq;, calida aqua cruorẽ eluas,uulneri mitigatoria illa atq; optima medicamẽta adliga, quae te Achilles edocuit a Chirone iustissimo centaurorũ ipse edoctus:nã ex duobus medicis fratribus Machaonem existimo in tẽtorijs manentẽ,magis aliũ meliorẽ sibi medicũ reqrere,q̃ se medicum alij praestare, Podalirius uero in cãpis ferociam sustinet Troianorũ Ad quẽ respondẽs Patroclus, qui potest inquit istud fieri heros Eurypyle? cũ mihi sint mandata Nestoris praeuertẽda,quae renũciare Achilli me iussit. Verũ ne sic quidẽ patiar te neglectũ in tanta calamitate. Haec ubi dixit mediũ hoiem cõplexus ac baiulans tabernaculo intulit,sup bouina coria, quae famulus dominum ferri uidẽs substrauerat,extẽdit. Dehinc sagittã desecuit gladio, eduxitq;. Post haec mẽbra cruore foedata abluit calida aqua. Postremo radicẽ quandam,quã manibus triuerat,amari saporis, sed quae doloris amaritudinẽ leuaret,apposuit,p quã unà cũ dolore sanguine represso siccatum est uulnus. Finis.

¶ Ausonij poetæ, in Duodecimũ Homeri Iliados librũ Argumentum.

ACtorides fouet Eurypylum dum vulnere fessum.

¶ Partes dubiæ apud Græcos vel potius afflictæ vltimæ fortunæ statu aguntur, præstantibus procerum vulneratis, cætero exercitu fugato, aut formidine perculso, Troiani naualium munimenta rescindunt, vallumque transgressi augurijs iuuantur ex euentu ambiguis. Itaque & pars muri ab Sarpedone conuellitur, & ab Hectore ictu lapidis porta discutitur, & in ipsis naualibus pugna conseritur.

ILIADOS HOMERICÆ Liber Duodecimus.

DVM *ita Patroclus circa Eurypyli curationẽ apud illius tẽtorium occupatur, interea oĩbus copijs inter Troianos & Græcos certabatur, hos quidẽ inclusos intra munitiones, illos autẽ extrinsecus fossam transcẽdere, uallũ proruere, castris irrumpere quærẽtes. Qđ & facturi erant dijs uolentibus, qbus infensis Græci munitiões illas ad tutelam nauiũ, ducta extrinsecus fossa excitauerãt, quod nullum eis exhibuißent honorẽ sacrificiorũ, ut p hoc, & uiri & prædæ cæteraque quæ muro cingebantur, incolumia essent. Quo factum est, ut nõ modo hæc opera nõ arcerent hostes, sed ne diu quidẽ perstarent.* Siquidem *q̃diu inter uiuos* Hector, *in iracũdia* Achilles, *sospes* Priamus, *incolumis fuit Troia, tam diu stetit & murus. Postea uero q̃* Troianorum *præstantißimi quique oppetiere mortẽ, Græcorum partim extinctis, partim superstitibus, qui superfuerunt, decimo demum an*

no Troia excisa in patriam reuerterunt. Tunc cū Neptunus atq; Apollon inito consilio exciderūt, immissa undatione fluminū, quæ ex illis mōtibus deuoluuntur, Rhesi, Heptapori, Caresi, Rhodi, Grenici, & Æsepi, Scamādri, Simoentisq;, ubi tot scuta, tot galeæ, tot etiam Semideorū hoīm corpora humi deciderant. Horū fluminum hostia quidē Apollon opa illa nouendiali spacio detorsit. Alueos uero Iuppiter, quo properantius euerterent, iugibus pluuijs inflauit, cum interim Neptunus in hoc ministerio princeps tridentē tenēs, truncos ac saxa, qbus murus fundatus erat, ac multo cū labore structus, utpote sublimis & crassus, demoliebatur, & in hellesponticū mare iaciebat, tandemq; exciso (quantuscunq; ad orā maris & super omne littus extendebatur) harenis inductis oēs fluuios reuocauit in pristinū cursum. Hic exitus muri futurus erat, ubi nūc & de quo inter duas nationes acriter certabatur, turriū tabulatis ad crebros ictus hostium cōcrepantibus: nam Hector nō cōtentus fugasse Græcos è campis, trepidosq; in castra cōpulisse beneficio Iouis, etiā debellare pgebat, Troum manu sociorumq; comitāte. Atq; ut apri leonesue à canibus uenatoribus sese addensantibus, ac mutuo auxilio subnixis crebra tela intorquētibus circumuenti, generosus aīus neq; timet neq; terretur, sed ea præstantia, qua ad extremū occasurus est, identidē se cōuertit, & quocunq; tendit, etiā illi tendunt. Sic Hector in quamcunq; partem pugnæ ibat, suos in se cōuertebat, fossamq; murosq; interscindebat

debat, transcendere iubens. Sed neq; hominibus neque equis suppetebat audacia, quippe haud facile uidebatur, equos uel fossam transilire tam latam, uel aliqua ratione transire, uel in tam iniquo aggere insistere, præsertim currũ trabẽtes: tũ eo ꝙ ubi ad summã crepidinẽ aggeris peruentũ eßet, timendũ erat ruinæ periculũ, cum ꝑ se magnũ tum uero ꝙ ructes induerent se sudibus, q penitus defixi ad tutelam castrorũ, ut introrsum crassi, ita extrinsecus præacuti in utroque fossæ labro crebri extabant. Itaq; ut equestres aggrederẽtur castra in curribus stantes ratio nõ erat. Sed pedestres si fossam transissent. Quod intelligẽs Polydamas, Hectorem adijt, atq; ita allocutus est: Hector uosq; alij ciuiũ ac sociorum principes, nõ constat ratio equos ꝑ fossam traducendi, quod perq̃ arduũ est & propter sudes, & propter murũ in supercilio ripæ positũ, ut neq; descendere cũ equis nobis fas sit, neque illinc pugnare loco angusto, & ad recipiendã calamitatẽ quam inferẽdo magis idoneo. Quod si oĩno Iupiter in hostes male cogitans, in animo habet auxiliari nobis, ut hæc diruamus, nihil magis uelim, q̃ ista exe crata hostiũ capita quamprimũ hic longe a patria ad interemptionẽ redigi. Sin minus, & illi rursus a nauibus uertentes ora, nos terga uertere cõpellant, & in hãc sic alte depreßam incidere fossam, opinor ne nunciũ quidẽ de nobis esse reditururũ, ita ad unũ oẽs ab hoste necabimur. Quare agite oẽs assentiamini sententiæ meæ, relictis hic supra fossam equis, suo cuiq; auriga

Apparet hic aliquot uerba deesse

riga

rigæ, ipsi ut sumus armati Hectorē pedestres uniuersi sequamur. Sic nō sustinētes impressionē nostram Græcos occidione occidemus. Hæc Polydamas. Cuius sententia ut salubrior ꝓbata: Hector, sicut erat armatus ē curru desilijt, Cebrione se Polydamanteque comitari iusso, & alio minus strenuo ad custodiendos equos ꝑ Cebrione substituto. Cæteri uiso Hectore descendisse & ipsi descendunt, iubentesq; suo quisq; aurigæ, ut ꝑ fossa instructos atq; in procinctu tenerent equos, in quinque cuneos se discreuerunt, cum ternis ducibus. Primus cuneus præstabat cæteris & animo & robore hominum, quibus nihil longius erat, quam rescißis munitionibus ad tētoria nauesq; pugnare. Hunc ducebat Hector, Polydamas, & Cebrion. Secundū Paris, Alcathous, & Agenor. Tertiū diuina specie Deiphobus Helenusq; Priami filius, & Asius hyrtaco genitus. Quartum formosus Æneas Anchisiades, cū duobus Antenoris filijs Archelocho & Acamante, oīs rei bellicæ scientißimis. Quartū qui constabat ex auxiliaribus, Sarpedon cū Glauco Asteropæoq;, quos ex omni sociorū manu præcipuos, ut erant sine cōtrouersia post Sarpedonē præcipui comites, sibi delegerat ille uir summus atq; singularis. Igitur ita distributi, ac confertis clypeis instructi, in hostes tendunt, magno impetu, maiore animo, maxima spe murū proruendi, eosq; intra illū extinguendi. Solus autē omnium Asius non existimans sibi consilio Polydamantis acquiescendū, maluit experiri stans in curru cū auriga

Troiani in Græcorum castra irrumpunt

Asij temeritas.

tene-

penetrare ad naues, uelocissimis equis, quos ex patria Arisba duxerat, fretus: sed animosius quàm prudētius Nam neq; cū equis, neq; sine equis ad Troiana mœnia reuersurus erat, sed misero fato in castris sub Idome*nei tælo postremum diem obiturus.* Hac *itaq; fiducia Asius sinistrorsum uiam tenens, quæ ferebat ad portam, per quam redire* Græ*corum currus è campo solebant, equos immisit, & forte euenit ut porta aperta esset, quod uidelicet si qui adhuc* Græ*ci foris essent, illac se possent recipere. Leonteo tamē &* Polypœte Pi*rithoi filijs custodibus.* E*am Asius sicut altam latamq;, ita late patentem cum uidisset, recta concitat cursum.* So*cij quoq; quorū quinq; præter Asium principes erant,* Iamenos, *Orestes, Adamas,* Thoon, Oe*nomaus, sublato truci clamore insequuntur, se nō posse ab hostibus sustineri, sed in ipsis castris* Græ*cum obtruncaturos persuasum habentes, sed stulte persuasum.* Inue*nerunt quidem portam apertam, sed & custodes eosq; fortißimos, ut in utroq; Lapitharum genus agnosceres, siue ex uigore animi, siue ex robore corporis, siue ex staturæ dignitate,* Sta*bant enim pro porta uelut geminæ in montibus quercus, quæ magnis immißis radicibus nitentes in illis non pauescunt, nec pluuijs nec uentis celsos ipsarum uertices ferientibus, nec ad aduentum magni Asij loco cesserunt terrore perculsi, sed corporibus animisq; fidentes expectauerunt irruentem.* Nec *minus Asius socijque protentis in altum clypeis redintegratoque ululatu subeunt*

murum

murũ. Polypetes autẽ atq; Leonteus tã diu intra portam perstiterunt, dum ad propulsandũ periculũ socios excitarẽt, a quibus ubi palam factũ est hostẽ in murũ niti, tũ uero exclamatum, trepidatũ, & ad subsidia ferenda cõcursum est, moxq; hi duo extra portam pugnare cœperũt, tanq̃ in montuoso saltu gemini atq; indigenæ apri, q uiso aduentantiũ canum, ac uenatorum tumultu, expectant, ac proruẽtes, qua obsepti sunt sylua, in apertum prodeũt, donec eos aliqs uenatorũ uenabulo exanimet. Et qualis illorũ aprorũ frendentiũ crepitus fit, ita & horũ armaturæ fremebant ex iactibus aduersariorũ. Addebat autẽ eisdẽ animũ ad acriter dimicandũ præter conscieñtiam uirtutis, ꝙ de superiori loco socij pro turribus stantes, tũ alia tela, tum maxime saxa iaciebant, de castrorũ, de nauiũ, de ipsorũ salute solliciti, adeo ut ex atris nubibus insano uento impulsis nõ plus niuiũ excutiatur in terram, quàm tũc missiliũ ultro citroq; cõmeabat. Sed ex lapidibus (nam multo erant meliores) uastior sonitus reddebatur, galeas clypeosq; pulsantibus. Qua de re ingemiscens Asius, ꝑcussoq; femore Ioue dolore dictante his uerbis appellat. Iuppiter pater, omni modo et tu amator es uanitatis atq; adeo amantissimus. Ego tibi fidem habẽs spe ducebar credebamq; fore, ut non sustinerẽt hostes uim uiresq; nostras. En ut acres uespæ atq; apes, posita ad arctũ callẽ tecta, cũ filijs subeunte uenatore nõ deserunt, sed ꝑmanent, pertinaciterq; propugnant. Sic duo hi aut amplius a porta submoueri queũt

obstina

obstinati potius aut trucidari aut capi, quàm cedere. Hæc Asius,qua oratione Iouē exorare nō potuit,iam animatū ad hanc gloriam Hectori dandam:nam interea alij ad aliam portā dimicabant,quas pugnas sigillatim me exequi nō modo difficile sit,sed etiam diuinū quiddam.Enimuero undiq; circa murū ignes dispositi erant,Troianis cremare naues cupiētibus,Græcis uero, si salui cū nauibus esse uellent, occurrere coactis. Quo ex spectaculo tristes dij,quicunq; Græcorū studiosi erant,tamē pugnantibus Lapithis uires suggerebant.Ibi primū Polypetes Damasum impigre dimicantē interemit,galea iaculo traiecta,atq; omni intus cerebro dissipato. Post hunc alios duos Pylonem & Hormenum,Necnon Leonteus Hippomachum,apud baltheum forte percutiens,emissa lancea sternit,mox educto gladio in alios irruens obtruncat Antiphaten quo humi resupinato,obtruncat deinceps Menonem, Iamenon, atq; Orestē, quorū corpora cū interfectores spoliant,tunc & plurimi & optimi Troianorum Hectore ac Polydamante ducibus, omni ope uiam sibi per ruinas muri facere nitebantur, ut ad deflagrādas naues procurrerent.Græci,ne id fieret, pro fastigijs munitionum sollicite prouidebant. Inter hæc ecce in aëre aquila quædā immanē maculosumq; anguem ac seminecē unguibus ferēs,Troianos, ut rescindēdo muro instabant,a sinistra circuiuit,Atq; ita inter ferendum nondū deposita naturali ferocia anguis conuerso retrorsum ore in raptricis pectore iuxta iugulū den- Augurium aquilæ

tes impressit. Illa prae dolore morsus praedam in media aciē demittēs, cū clangore ꝓcul illinc quanta maxime potuit celeritate auolauit. Eo colubro uiso, sic ꝓpalā iacēte, Troiani exhorruerunt ueluti infausto Iouis augurio. Ipse quoq; Polydamas Hectorē adiēs ita affatus est: Hector & si me semp uerbis territas recta consulentē, tanquam tibi parū in ista tua potētia obsequentē, tamen cū sit cōtra officium, eū qui cū ciuibus de repub. agit, praeuaricatione ueritatis demereri hominē aliquem, ut ego nūc te demererer falsa dicens, etiam nūc promam quod sentio optimū esse. Nō instemus expugnare castra, spe ad naues penetrandi, nihil admodū profecturi, nō magis ꝙ auis ista profecit, quae (si quid mihi credis) ad nostrum uenit exemplū, namq; hoc augurīū ita interpretor. Vt haec ales, quē ferebat unguibus immanē colubrum, ad nidum filijs escam pferre nō potuit, sed uiuo relicto abijt: sic nos etiāsi stremue murum fortiterq; refringamus, iterū ingruentibus Graecis repellemur a nauibus castrisque, turpiter remetientes tandē qua uenerimus, uiam, ac relinquentes nostrorū plurimos ab hoste trucidatos. Atq; hunc in modum praestantissimus uates, & ariolandi solertissimus, cuiq; caeteri fidē habebant, augurium auguratus est. Hector autem toruis hunc intuens oculis, respondit: Polydama, ista quae dixisti, haud quaquam mihi ꝓbantur, Et tu aliter quàm sentis dixisti, nolens ueram ipsam atq; hanc meliorē aperire sentētiam. Sin utiq; ex animo atq; iudicio locutus es, nimirū tibi dij

Polydamas Hectori

Hector Polydamanti.

& ani-

& animum & iudicium & sensa & sensus ademerunt. Quippe qui iubeas me neglectis consilijs diuinis atq; pollicitis tuis ariolationibus accedere, quas nihili facio prorsus atq; cõtemno, siue dextrorsum aues ortum uersus, siue sinistrorsum ad occasum uolent. Nos ipsi Ioui, qui me iußit sperare, confidimus, & hominum & omniũ deorum principi. Quo mihi ista auguria tua? optimum augurium est pugnare pro patria. Aut quid tanto tẽpore bellũ atq; aciẽ perhorrescis? Si enim cæteri nos ad naues occumbemus, non est uerendum ne tu quoq; occumbas, quippe nõ es ita præstanti animo atq; pugnaci. Cæterum, ne inscius sis, si quẽ hominũ uerbis tuis seductũ subtrahere se a pugna, aut teipsum pugnam detractare cognouero, e uestigio mea lancea confixus animam fundes. Hæc fatus Hector processit, cuneo sociorũ sequente cũ læta uociferatione, insuper exorta uenti, qui ab Idæis montibus flabat, tempestate (Iuppiter eam excitabat) campestris late puluis ferebatur in ora Græcorũ, qui illorũ quidẽ mentẽ interemit, Troianorũ uero auxit audaciam pariter & gloriam, præcipue Hectoris. Ergo Troiani tũ ipsorum uirtute tum Iouis numine subnixi propugnacula perfringere, turrium gradus conuellere, saxa prominentia, super quæ turres stabant, demoliri, magis ac magis sperantes patefacere sibi iter ad naues, Græci nihil minus perstare, nec gradu deijci, propugnacula ipsa scutis protegentes, subeuntem Troianum ad illa diruenda, arcere atque detrudere. Atq;

Aiaces Græcis

Aiaces p turres ambo properantes, atq; oia obeuntes cũ uociferatione animos sociorũ excitabant, alios mollioribus, alios durioribus uerbis instigando: O socij Achiui, quiq; eximij, quiq; mediocres, quiq; infimi estis neq; enim oẽs in bello sunt pares, sed oẽs unus labor hic uocat, quod & ipsi cognoscitis, nemo hinc ad naues refugiat, aduersariorum territus minis, sed et ipsi procedite, & ignẽ facere alios mutuo iubete, si forte altus Iuppiter dederit, ut hoc propulsato discrimine, ipsum hostẽ ad urbẽ usq; psequamur. His exhortationibus duorũ principũ alij ad propugnandũ incitabantur: Quã multi autẽ niuiũ uilli, nymbis, a Ioue sopitis uẽtis, hyemali die labuntur, qbus (præter mare niues illabentes in se p instabilitatẽ conuertẽs) cætera oia uestiuntur, excelsi montes, celsa promontoria, herbidi campi, læta arua, amœna littora, sinuosi portus: tam multi lapides utrinq; uolitabant, sonitu ictuũ uociferationumq; undiq; apud murũ inualescẽte. Neq; uero

Sarpedonis uirtus in capiẽdis Græcorũ castris

Hectori cæterisq; Troianis fas unq̃ fuisset fores portæ atq; repagula perrũpere, nisi Sarpedonẽ filiũ Iuppiter in hostes, ueluti leonẽ in boues, excitasset. Huius clypeus ex sex taurinis tergoribus cõpositus erat, inducta desuper lamina ferrea, & eius orbe (nã erat rotundus & a fabro ærario factus) aurea ora ambiente. Hunc Sarpedon clypeum sinistra præferens, ac duo iacula dextra quatiẽs, ire prexit, tanq̃ leo montiũ alumnus, qui diutina efferatus inedia, hortante fame, ad rapinã in caulas ouiũ se quantumlibet munitas intendit

tendit, ubi se custodiā cū lanceis canibusq; ad tutelā gregis offenderit, nihil tamē minus securus periculi sui insilit in oues, aut rapina potiturus, aut uulnus ꝑ rapina accepturus, Tali Sarpedon aīo ad inuadendum murū euertēdáq; propugnacula rapiebatur, Prius tñ etsi ꝑperabat, Glaucū Hippolochi filiū sic allocutus: Glauce qd ita nos ambo præter cæteros tanto in honore apud nostros habemur, & loco sedēdi et plenioribus poculis possidētes etiā ad orā Xanthi tā eximium prædiū, partim consitū, partim ad sata uberrimum & quos Lycij tanq̄ deos quosdā intuētur? Nōne ea ꝑpter deceat nos cum primis popularibus stare in pugna, & primos discrimē adire certaminis? ut sint è nostris, qui dicant. Profecto nostri reges nō desunt gloriæ suæ, nec se imperio Lyciorū, carneq; æsculētiore ac uino poculentiore quo fruuntur, indignos ostēdunt cū dimicēt tanto robore, ac tanta audacia. Quanquā Glauce si huiusce belli defuncti periculo, sperarē fore ut immortalē uitam & exortem senij uiueremus, nimirum neq; ipse pugnarē imprimis, neq; te ad idē agendum adhortarer. Nunc autē non modo in hac mortalitatis necessitate positi cū simus. sed etiam mille generibus mortis obnoxij, certæ ineuitabilisque, eamus uel daturi de nobis alteri gloriam, uel nobis de altero adepturi. Hæc locuto Sarpedone Glaucus nec abnuit, nec annuit, Quos ambos sequente Lyciorū caterua, cum ex aduerso tendentes conspexisset Menestheus Petei filius, & turrim, ubi ipse erat, petentes, uehemēter ex-

 timuit

timuit, intelligens quantam cladẽ essent allaturi. Collustrans igitur oculis si quẽ principũ è curru cõspiceret, q socios tutaretur in tãto periculo, Aiacẽ utrũq; cõspexit, una stantes, ac iuxta illos Teucrũ, q tũc ueniebat a nauibus. Quos uocantẽ, ut in tanto strepitu; fragore, fremitu uel armorũ, uel portarũ munitionũq; quas rescindere Troiani nitebantur, uel uociferationũ, quæ ferebantur in cœlũ, qa exaudiri fas nõ erat, ꝓpere Thooten præconem pro se dimittit, dicens: Dic Thoota, curre curriculo ad accersendũ huc utrũq; Aiacẽ. si uterq; (quod multo satius est) præsto hic esse ꝑ eorũ cõmodum potest, qa præsens hic ꝑnicies imminet ab ingruẽtibus Lyciorũ ducibus, quorũ tanta in superioribus prælijs extitit uirtus, Sin uterq; nõ potest, ꝙ & illic laboratur, at Thelamonius certe cũ Teucro fratre præsto sit. Cui obtẽperans præco cursu decurso ante Aiaces stetit, & ad eos inquit: Aiaces Achiuorũ principes, Menesteus princeps uos illuc præsto esse efflagitat, parũper saltẽ illuc opẽ laturos, & quidẽ utrumq; (quod multo satius est) si ꝑ uestrũ commodũ licet, quia præsens ibi ꝑnicies imminet ab ingruentibus Lyciorũ ducibus, quorum tanta in sũperioribus prælijs extitit uirtus, Sin uterq; nõ potest, qa hic laboratur: at Thelamonius certe cũ Teucro fratre præsto sit. His auditis acquiescẽs Aiax Thelamonius confestim ad Oïleum inquit: Aiax, tu nunc Lycomedesq; hic stantes urgete socios ad pugnandũ, dũ ipse ad ferendas illis suppetias eo, ac redeo: nã cõtinuo huc re-

dibo

dibo, postea q̃ ab illis periculum propulsauero. Hæc ubi dixit Aiax, abijt comitāte eũ Teucro et Pandione qui arcũ Teucri ferebat. Hi postq̃ ad Menesteũ per murũ ingressi ad turrim puenerunt, offendunt illum cũ socijs, satagentes quonam Sarpedon Glaucusq́ cũ alijs Lyciorũ primoribus iam in fastigia euaserant. Hic iterũ ad aduentũ subsidij renouato clamore concursum est, & Aiax oĩm primus magnanimũ Epicleũ socium Sarpedonis interemit, siquidem nactus rude marmor inter ipsa culmina, quod uix unus quales nũc homines sunt ætate & uiribus florẽs altera manu ferret, ipse facile sublatũ ita contorsit in Epiclei galeam ut ea diffissa, caput ipsum cum ossibus facta cerebri confusione cõtereret. Ille in caput labẽs, sicut in aquã proni præcipitantur, deorsum a turri delatus est, atq́ exanimatus. Teucer quoq́ animaduerso Glauci apud ipsa fastigia strenue pugnam cientis brachio nudato, locum ipsum sagitta confixit. Eo ictu Glaucus ab instituto pugnandi feruore cohibitus est. Sed dissimulato uulnere, ne quis hostium illo cognito gloriabundus ei uerbis insultaret, furtim desilijt. Sarpedonẽ autẽ & si digresso Glauco, quẽ statim digressum esse cognouit, subijt dolor, non tamẽ diffidentia, protinusq́ Alcmaonem Thestoris filium certo ictu confodit, a quo educta iterum lancea, pronus ille in faciem corruit. Tunc Sarpedon propugnacula ipsa atq́ uestigia reuellẽs manibus, parte partẽ (ut ligata inuicẽ erant) sequente, murum denudauit, uiamq́ fecit ad multorum

pariter ingressum. Quod cernentes Thelamonij fratres, unũ talis ambo petiuere, Teucer quidem sagitta quæ in lucentẽ clypei baltheum circa pectus illata, ne occideret hoĩem Iuppiter obstitit, nolens filij exitum illo loco esse, Aiax uero lanceam, qua reducta insiliẽs scutũ transuerberauit, eumq; concussit, ac quantũlibet ferocẽ repreßit, ac consternauit. Et cæteri quidẽ paulum a summitate muri submoti sunt, Sarpedon uero non prorsus loco cessit, optans speransq; incepti muneris assequi palmam, conuersusq; ad suos: Quid ita inquit Lycij ignauum istic tenetis ocium? nam uni mihi quamuis strenuo perq̃ arduum sit rescindendo muro uiam munire ad naues. Agedũ conferti ingruite, Plurium enim q̃ unius est opera præstantior. Hanc exhortatoriam ducis castigationem reueriti comites, circa ipsum ducem in hostem uehementius ingruunt. Græci contra alia atq; alia cohorte (magni negocij res uidebatur) aciẽ introrsus firmabant. Ita neq; Lycij p ruinam muri uiam sibi ad cõcremandas naues facere poterant, neq; hos Græci reijcere ab eo muri uestigio, qđ illi semel institerãt. Sed quẽadmodũ duo uiri de terminis indiuidui limitibus agri discordes mensoriã lineã, qua fines utriusq; discernãt, manibus tenẽtes, tandẽ de exiguo termino rixãtur, sic utriq; de propugnaculis, qbus diuisi erant, belligerabant, & hi & illi scutis parmisq; protecti. Eo ꝙ etsi nõnulli nudato inter uertendum se tergo, plures tamen per ipsa scuta sauciabantur, turribus ac muri culminibus ubique

cruore

cruore natantibus. Et *sicut mulier proba, quæ quæstū manibus facit, ut natos ab inopia uindicet, in apponenda lana trutinā subleuat uēto præpōderantē, ita inter* Græcos *atq;* Troianos *pari more decernebatur, donec* Iuppiter *hoc eximiū gloriæ decus* Hectori *dedit insiliēdi ante oēs in castra* Græcorū, Nā *exclamans inter eundū ad socios inquit.* Ingruite *fortissimi ciues demolimini murū, aperite iter, & ignē hostilibus nauibus inferte.* Huic *exhortatiōi oēs* Troiani*(nā oēs audierūt)obtēperantes, murū addensati inuadūt, tælaq; præferētes turriū scalas ascendūt.* Ipse *uero saxū qđ ē regiōe portæ stabat, arripuit, uasti tum ponderis (nā duo illud uiri, quales nūc sunt, nō facile in plaustrū ē solo leuarēt) tum corporis: sed deorsum crassi, sursum acuminati, id* Hector *una manu sublatū ac facile tractās(*Iuppiter *enī faciebat illi leue) nō laboriosius, q̄ opilio cū fert arietis uellus, portauit propius portā.* Huius *autē portæ erāt geminæ fores, ut proceritate sublimes, ita asserū crassitudine robustæ: quas interius obseruabāt totidē repagula altrinsecus posita, sed eadē arborū claue.* Huc Hector *proxime accedens, ac bene annitēs pedibus, ne uanior esset ictus, sed prolato sinistro, ac totis in rotādo saxo aduocatis uiribus, medias fores cū ingenti fragore pcussit. sed cū maiore prostrauit,* Nam *diffractis utrisq; cardinibus, emotisq; repagulis, discerptæ altera ab altera ruinam fecerūt, saxo suapte mole ingresso, qđ insecutus* Hector, *uolucri noctuæ similis irrupit: quē tunc nemo*

alius (dijs exceptis) se obuium ferens illinc coërcere potuisset. Oculi uelut ignis ardebant, undiq; corporis armatura fulgorẽ horrendũ reddebat. Ipse duo iacula manu gerens, ad Troianos conuersus, iubet eos transcendere munitiones. Illi celeriter imperata facientes, partim munitiões superant, partim p ipsas portas infunduntur. At Græci fugam capessentes cum attonito tumultu se ad naues proripiunt.

Finis Libri Duodecimi.

¶ Ausonij poetæ, in. XIII. Homeri Iliados librum Argumentum.

IVppiter admouit Troas atq; Hectora classi.

¶ Neptunus miseratione cõmotus, Argiuorum tuendis nauibus auxiliator accedit: et vsurpata varis effigie Aiaces duos in præliũ cohortatũ, nec minus cæterã multitudinẽ præsentia maiestatis instigat, Idomeneus egregio certamine eminet. Troiani iam referentes gradũ, firmati rursum per Hectorem, contrahuntur: & ingenti clamore vtrinq; certatur.

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Decimustertius.

IVppiter autem, posteaquam Hectora cum Troianis ad Græcorum naualia euexit, relicto illis interim studio, ut per se cruentum committerent prælium, ipse illico procul ora cõuertit, oculosq; defixit in regionibus Thracum equestri bello strennuorũ, Mysiorumq; fortium bellatorum, ac Agauorũ innocentissimæ gentis, ut quæ sine ullis diuitijs equino uictitat lacte. Cũ igitur nusq̃ ad Troiam respiceret, haudquaq̃ suspicãs fore, ut aliquis deorum auxilium ferret Græcorũ partibus,

tibus, Neptunum oblata hæc occasio non latuit, insidentem tunc nemorosum Samothraciæ *dorsum, in* q̃d *progressus è mari conscenderat, unde* oēm Idam, oēm Troianā *urbem, oīa castra subijcere oculis posset: unde prospiciebat bellum, admirans* Troianos, *miserans* Græcos, *& ob id grauiter* Ioui *succēsens.* Itaq; *statim citato gradu à monte descendens, subter immortales plantas syluis collibusq; trementibus, ter conatus est Ægas petere, ubi in medijs aquis phanum habet, & in phano armaturam auream immortalemq;: ter conatus ter pedem continuit. Quarto tandem moram rupit, quo in loco ubi institit primum equos ad currum iunxit auricomos atque aëripedes, dehinc auream sibi armaturam induit, tum sumpto flagello & auro & arte conspicuo bigam inscendit, immissisq; equis super undas fertur ita leui agilique cursu: ut axis nihil admodū tingeretur, ipsis aquis præsentia numinis (agnoscebant enim suum principem) lætis atque obsecūdantibus, cetis quoq; undiq; è fundo excitis. Cum appulisset specu mari circumfluū inter* Tenedon *atq;* Imbron, *illic equos sistit.* V*incula, quibus alligati ad currum erāt, detrahit: quo pasci possent. Cōpedes aureas quæ nec frangi queant nec dissolui, ut reditū domini operirētur, inducit:* Ambrosiā *pabulū apponit, mox ad exercitū* Græcorum *è mari ire cōtendit. Cum uenit,* Troiani *uel turbini uel flammæ simillimi* Hectorē *cu neati sequebantur, rabidi, acclamantes: nihil ex labore, nihil ex conatu remittentes: quod uidelicet spe ingressi*

Neptunus auxilio uenit Græcis.

gressi

gressi essent, se cunctas naues cum cunctis Græcis ad internitionẽ redacturos. Ipse imagine assimulata robusta, uoceq; Calchantis, Græcos hortabũdus adijt, & in primis ambos Aiaces sua nihilominus sponte alacres ac pronos ad pugnã, inquiens. Aiaces hic quæso tutamini remp. solitæ uirtutis memores, nõ miseræ fugæ, aduersus hostẽ, qui ui transit murũ. Nam alibi nihil admodũ metuo, ubi sunt, q arceant Troianos. Pro hoc ego loco timeo, pro hoc præcipue sollicitus sum, quẽ Hector, ipse cũ sua manu oppugnat, furens, ardẽs & q se maximi Iouis esse filiũ iactat. Vobis autẽ deus aliquis aĩo suggerat, ut perstetis hic fortiter, hortantes etiã alios, ut illum, quantũlibet annitentẽ, etiã autore Ioue fretum, tamen ab accessu nauiũ prohibeatis. Hæc cum eis dixisset, ambosq; scipione tetigisset, iter intendit ea pernicitate, qua se de arduo æditissimæ rupis culmine ad insequendã alteram auẽ demittit accipiter, eã superne conspicatus in subiecta planicie agentẽ. Eo tactu ambo sibi pectus animositate, manus agilitate, pedes leuitate, genua uigore aucta esse senserunt: sed prior Oileus. Ideoq; ad Thelamoniũ protinus ita inquit Aiax, nõ uates nos Calchas ad defendendas naues adhortatus est, sed aliquis cœlitum sub Calchantis imagine, quẽ ex talis ac poplitibus, cũ abiret, facile agnoui. Facile enĩ dij ab hoĩbus dignoscũtur. Quin mihi animũ sentio factum esse animosiorẽ ad repugnandum, atq; pugnandũ: manus quoq; & pedes uegetiores, & quasi me ad agendum instigantes.

Neptunus Aiacibus

Cui re

Cui respondens Aiax Thelamonius. Et mihi inquit idem cōtingit, manus ad lanceā pruriūt, pedes inuitāt & sua sponte moliri uidentur, animus ita exurgit. ut cum Hectore tā acri atq; indefatigabili bellatore pugnare uel solus audeā. Cū hæc inter se duo alacres colloquuntur Aiaces, illo corporis & animi uigore, quo erant à deo instructi, tūc ipse deus eos quoq; incitatum pgit, qui malo domiti post hos apud tentoria mentē à formidine, membra à defatigatione relaxabant. Eosdē cum hostē expugnatis munitionibus irrupisse in castra uidissent, ingens mœror ac desperatio incessit, fatentes tum lachrymis tum uoce, nulla iam ratione præsentem deuitari posse perniciē. Hos Neptunus sic attonitos adiens, nō difficile animauit, erexitq; & ante oēs è primoribus præstātioribusq; septem, q cæterorū phalanges instruerent. Teucrū, Leitum, Peneleum, Thoantē, Deiterum, Merionē, & Antilochū quos ita allocutus est. Quid istud dedecoris Argiui principes, quos ego, ut uiribus atq; ætate florētes, cōfidebam pro defendenda nauiū incolumitate stare in acie? Vos uero segne tenetis otiū. Quod si pergitis, hæc dies nobis illuxit, qua sub Troianis occumbamus. O facinus: quid nouitatis? quid ego prodigij uideo? qđ me nunq̄ suspicatus sum fuisse uisurū. Troianos in castra uenisse, qui antehac neq; conserere nobiscum manus, neq; expectare nos uel momento temporis audebant. Non secus atq; imbelles fugacesq; cerui, nō resistunt alijs feris, ut lupis, pardalis, lyncopantheris: sed in syl-

Neptunus cæteris Græcorum principibus

in sylvis huc illucq; discursantes, harum ferarum pabulum fiunt. Nunc uero longe ab urbe ad ipsas naues præliantur. Cur ita? nempe ob uecordiam ducis & secordiam militum: qui in inuidiam ducis, quē exosi sunt, quod Achillem læsit, pugnā detrectant, & ob id apud naues quoq; trucidamur. Et ille quidē haud dubie in culpa est, qui iniuriam fecit. Non est tamen cur à bello nos subtrahamus. Placemus quæso q̃primū uirus acerbitatis. Placabiles namq; sunt sensus bonorū. Atq; ista secordia atq; militiæ detrectatio, cum oībus turpis, tum uero nobis turpißima est, nō modo fortibus, sed etiā principibus fortium. quod facientibus, quod ad me attinet, infirmior enim sum q̃ alij, q̃ ut uobiscum ipse digladier, cum toto uos ex aīo male odero O Dij boni, cunctabimini adhuc? at ista cūctatio malum hoc mox maius efficiet. Ponite quæso ante oculos singuli dedecus huius rei atq; indignitatem. En Hector foribus portæ cum ipsis uectibus refractis, ad naues iam pugnans robur suū ostendit. Adeo res in ultimum est adducta discrimen. Hunc in modum Neptuno illos adhortato, phalanges Græcorū circa duos Aiaces sese coēgerunt, steteruntq; tam strennue, ut eas neq; Mars ipse si interueniat, neque ipsa Pallas, uterq; bellorum præses incesseret. Nam qui erant robore ac uirtute præstantes, Diuum Hectorem cum socijs expectabant, aliquantum ab alijs seiuncti, inter se tamen ita coniuncti atq; conglutinati, ut scutum scuto, clypeus clypeo, lancea lanceæ, galea galeæ, uir uiro co-

ro cohæresceret, & prope initeretur, ipsis etiam minacibus cristis superfulgentes galeas sese contingentibus. Atq; ita instructi, ac pleni fiducia, & ad pugnandum bene animati, Troianis duce Hectore ingruentibus sese obijciunt, & tela in eos ualētibus dextris excutiunt. Quemadmodū autem cautes aliqua solutis citato torrente radicibus, à dorso celsi montis, cum ingenti fragore per stragē nemorum rapida fertur, subinde subsiliens, sed ad nulla obuia subsistens: eadē ubi in plana deuenit, quantūlibet incitata, tamen rotandi tenorem seruare nō potest: sic citatus ferebatur Hector, occidens hostes, minansq; ad naues usq; ad mare se esse penetraturū dumtaxat, anteq̄ in globos hostiles incideret: in quos impactus nō modo stetit, sed etiam coërcitus reiectusq; est, tot lanceis, tot gladijs ex aduerso petitus atq; concussus. Itaq; relato pede, socios magna uoce inclamauit. Fortes Troiani, magnanimi Lycij, Dardani bellatores, assistite mihi, non enim opinor diu me hostes sustinebunt, & si globis se arctauerint, sed ab hac manu propellentur, si uoce à principe deorū Ioue iussus ego adiutusq; contra hos pugno. Hæc locutus aīm accendit, ardorēq; singulorū. In q̄bus Deiphobus, quæ sua magnanimitas erat colligens se sub clypeum, quē præferebat, agili gradu procedebat, In hunc Meriones explorato quē feriret loco, pilū emisit, nec aberrauit, si nō aberrare est uano ictu ferire. Nā pilū inter taurina tergora hostilis scuti, in ea parte, qua ferrū hastæ suffigitur, crepuit, ulterius

ſingula cadauera bini Græci ad ſuos protraxerunt. Amphimachum Meneſteus & Stichius Athenienſiũ principes, Imbriũ ambo Aiaces, ſingularẽ eorum uirtutem declarantes. Atq; ut duo leones præreptam ab auidis canibus capram tenaci morſu tenentes, ſuſpenſam ferũt in ſpiſſum nemus: ſic hoſtile cadauer uterq; Aiax ad ſuos aſportauerunt. Quod ubi armis exuerunt, Aiax Oileus capite truncauit, ægro ferens aĩo Amphimachi necẽ: conuerſusq; in hoſtes caput rotauit, quod pedum tenus Hectoris delatũ eſt. Neptunus quoq; ex Amphimachi nepotis exitu magna ſane acerbitate cõtracta, illinc ad naues iter tendit, ut plus periculi Troianis plusq; calamitatis crearet, excitatis ad præliũ alijs Græcis. Allocuturusq; Idomeneũ, ſpeciẽ ſibi induit uocẽq; Thoantis Andremonis filij, q princeps Ætholorũ in oĩ Pleurone et in excelſa Calydone tenebat imperiũ, & ut deus quidã uulgo in honore habebatur. Idomeneus autẽ quando Neptuno obuius factus eſt, redibat à tabernaculo amici, quẽ ſura cõfixa ſocij uix eripuerant: datoq; medicis mandato, petebat tentoriũ ſuum, cupidus adhuc redeundi in pugnã. Huic occurrens Neptunus ita inquit: Princeps Idomeneu, quo euanuerũt minæ illæ, atq; inſultatiões noſtrorũ hoĩm in Troianos? Cui Idomeneus: O Thoan inquit, nemo in cauſa eſt, quantum equidem intelligo. Non enĩ inſcitia rei militaris, nam oẽs pugnam callemus: nõ ignauia, formidine, nã nemo ab acie fugit, nõ ſegnitie, nam nemo laborem recuſat, profligamur ab

hostibus: sed sic deorum maximo placet, ut longe à patria, ut in terra hostili, ut inglorij, mortē, & quidē teterrimā uniuersi oppetamus. Tu tamen Thoan ex tua consuetudine facis, semp enim fuisti pugnax, q alios, ubicūq; cessare cernis, horteris ad prœliū. Perge igitur, nec munus istud cohortādi cæteros intermittas. *Tunc excepit iterum* Neptunus: Ego *uero* Idomeneu *imprecor ei qui ualens hoc in statu nō pugnat, ut ex hac terra nunq̄ redeat domū, sed hic canū esca & ludibriū fiat. Tu ocyus sumptis armis unà uenias. Oportet enī huic rei pariter incumbere, si cui usui, etsi tantum duo, tamen alicui usui esse poßimus. Coaugmentata enim uirtus hoīm pollet etiā quantūlibet infirmorum, de quo numero nos nō sumus, assueti etiā pugnare cū fortibus. Sub hæc* Neptunus *in aciem abijt.* Ido*meneus autē ingreßus tentoriū sibi arma circūdedit. Tum egressus, gerens manu iacula, citato gradu proficiscebatur, fulgore armorū maiorem in modū utpote ex cursu uibrantiū, similis fulguri, qđ terrificis incensum radijs* Iuppiter *sublimi dextera ab illustri* Olym*po excutit, ostentans mortalibus immortale ostentū. Atq; sic festinās, nō ita multo extra tentoriū habuit obuium* Merionē *famulum, qui ueniebat ad lanceam sumendam. Ad quē* Idomeneus *inquit:* Meriones *mi, quidnā uenis relicto prælio atq; acie? Nunquid & tu uulneratus es: & ita, ut perferre dolorem non possis? an nuncius ad me uenis? seu tua sponte, quod cupias me in acie potius stare q̄ domi sedere? Cui* Meriōes:

Imme

Immo uero inqnit uenio sumpturus telum, si quod tibi domi reliquũ est. Nam quod habui in ipso ictu sup scutum Deiphobi *principis iaculatus infregi:* Ad quẽ Idomeneus: Non *modo aliquod unum. sed unum & uiginti domi mihi sunt, hoc est tibi sunt, si tot uolueris: qui ex aduersa fronte ianuæ stant, ipsoq; fulgore se indicant, & ea quidẽ* Troiana, *quæ ex illis interemptis abstuli, in tentorio uidebis.* Neq; *eum opinor cui hæc sunt eminus cum hoste pugnare.* Cui Meriones: Et *mihi quoq; inquit cõplura sunt hostium spolia. sed longius q̃ ut expedito mihi sint ad sumendum.* Nam *neq; me degenerẽ existimo, sed semp in ancipiti acie cum primis stare consueße, nec alicuius sociorũ tanq̃ mihi auxilio futuri recordari, & hoc teipsum optime scire.* Ad *hunc* Idomeneus, *scio equidẽ quanta uirtute sis, cæterũ quid ista cõmemorare te attinet? qđ si nunc præstantissimi quiq; Græcorũ contracti certatim pro nauibus pugnemus (uirorum enim uirtus præcipue ex æmulatione dignoscitur) iam strennuus ab ignauo, ab imbelli bellator appareat,* Namq; *ille uix potẽs sui est, ut nequeat eodem in uestigio persistere. sed subinde mutat loca, modo huc modo illuc pergit nutans atque uacillans, superq; utrumq; pedem subsidens præ metu, miserum in modum corde palpitante: ac dentibus cum sonitu trementibus.* Hic *autem neque locum mutat, neque corpore uacillat,* In *ipso primo pugnæ congreßu modice timet, cũ insedit loca ad tendendas insidias, optat quàmprimum acri se prælio miscere,*

hoc in loco tibi si uel ense feriare uel telo, nõ tribuetur ignauiæ aut imbecillitati, dummodo nõ feriare in ceruice, tergoue, aut alia posteriori parte, sed in aduerso pectore, aut in utero, & hoc cũ ultro pedem infers, nõ cum pedẽ refers: interq́; primos dimicas: non post primos. Sed hæc hactenus, ne ueluti pueri fabulantes tempus teramus, neue proteruus aliquis hoc nobis uitio uertat. Tu age introeas domũ, telũq́; capias Hæc locuto Idomeneo, Meriones, ut erat certaminis auidus, celeriter introijt, telũ cepit, iterũ redijt, Idomeneumq́; secutus atq; assecutus est. Quales autẽ cum Martẽ patrem in bellũ euntem comitantur duo filij, Craterus, & qui quẽlibet strennuũ terreat bellatorẽ Atarbes, cũ è Thracia in Ephyros aut in Phlegyas arma sumentes, perq́; mediã aciem, seu p cornua eũtes non utrosq; exaudiunt, sed alteros tantũ, ut ijs uictoriam largiatur. Tales hi duo principes & aĩo & specie in bellũ se conferũt. Et Meriones ad Idomeneum prior: Quam in partẽ inquit Idomeneu inclinat animus ut pgamus, in dextrum ne latus an in sinistrum? Nam nusquã non credo negociũ exhiberi socijs. Cui respondens Idomeneus. In medio inquit præsto sunt alij propugnatores, & in primis ambo Aiaces Teucerq́;, cum in stataria pugna bonus, tum in sagittando oĩm optimus. Hi Hectorẽ (quantalibet sua sit fames sitisq́; pugnandi) saturabunt, satiabuntq́;. Et ut fortis strennuusq; sit, tamen arduũ ei erit talibus uiris deuictis deflagrare naues, nisi in illas Iuppiter ipse flagrãtem con

tem concitet facem. Neq; enim maior Aiax ei similis est, qui mortalis sit, q pane uescatur, qui ferro possit saxisq; uiolari. Adeo ne ipsi quidē (quo nihil est fortius) Achilli concesserit, dūtaxat in stataria pugna. Nā in celeritate pedū nulla contentio. Eapropter pge mihi ad leuum cornu, ut uideamus q̄primum, si cui demus ipsi gloriā, an si quē nobis. Hæc locuto Idomeneo Meriones strenue ire ac præire cōtendit. Qui cum eo peruenissent, quo maturabāt, & (ut conspicui ex armis erant) conspecti & cogniti fuissent, in ambos oībus se inuicē cohortantibus cōcursum est, ad ipsas extimas naues: ubi redintegrato certamine, sic inhorruit acies, utrisq; infesto aīo, corpore, ferro, in mutuā perniciem incūbentibus, ut inhorrescit pugna uentorum, cum nacti puluerulentas uias pro se quisq; puluereā nebulam excitare, & in altum torquere conantur: & illa nebula in aduersum ueniens oculos premit, sic tūc continens fulgorē galearū, loricarum, scutorum proxime politorum premebat, nec oculos tantū sed etiā mentem, ut supra modū fuerit futurus impauidus, qui hāc spem alacrior, q̄ timidior inspectaßet. Huius autem tantæ inter hos heroas cladis autores erant duo dij partiū studiosi. Hic quidē uolebat Græcos uictos à Troianisq; uexatos, nō tamen extinctos, & Hectorē Troianosq; eatenus esse uictores, quatenus Thetidi atq; eius filio, quibus hoc dabat, satisfeciſset. Ille ediuerso Græcis uim uiresq; subministrabat dolēs uicem eorum qđ ita à Troianis domarentur, & ob id sum-

me, ut apud naues de re uxoria ac sponsalibus transigamus, Neq; enim indignus sum, quo aruspice hæ nuptiæ fiant. Cum sic locutus eum pede per aciem traheret: ecce Asius in ultionem defuncti aduenit, stans ante equos, quos sedulo auriga post dominum pedestrem ducebat, pene ipsius humeros ac terga afflantes. Et sic magna auiditate Idomeneum ferire conanti, Idomeneus ipse ita guttur subter mentum coniecta hasta percussit, ut illa p ceruicem emineret. Quo uulnere Asius nō aliter q̄ quercus, aut acer, aut ilex aliqua sublimis, à fabris in usum succisa naualem, humi collapsus est, confusumq; murmur pariter & sanguinem fundens ante equos, quantus erat, in cruento puluere uolutabatur. Hoc cū uidisset auriga, stetit inops mentis, & quasi ipsi sibi excidit, nō ausus ab hostibus in fugam auertere equos. Cui Antilochus inter hanc hæsitationem telo mediū uentrem, quē locum destinauerat, thorace nō sustinente, confixit. Eoq; de curruli sella prolapso, humiq; singultiente aīa, equos abduxit. Deiphobus autē casu tristatus Asij, propius accedens Idomeneū iaculo petit. sed ille telum ex aduerso speculatus, subter orbem clypei se contraxit, ut aut deuitaret illud, aut clypeo exciperet, siquidem is clypeus duobus canonibus erat cōpactus, lamina ferrea taurinis tergoribus obducta. Verum Deiphobus, & si spe, nō tamen ictu frustratus est, cuius iaculum Idomenei clypeum superuolans, ac cū sonitu radens, in iecinore principis Hypsenoris Hippaso geniti demersum est,

hominemq; confestim genibus submitti coēgit. Hic uasta Deiphobus, ac procaci uoce iactabūdus exclamat: Nō iacet inuindicatus Asius, nō caret apud inferos ad quos tendit mortis solatio, nā profecto gauisurū scio, qđ ego sibi parentaui. Sic insolenter locutus Deiphobus, cū alios Græcos dolore affecit, tum maxime Antilochum, q iacentis socius erat, sed ne iacentis quidē curā abiecit, accurrēsq; amicum scuto protexit donec subeuntes duo sociorū Mecisteus Echij filius & dius Alastor, uterq; uir insignis, eripuerūt, ac grauiter lamentantē ad tētoria reportarūt. Idomeneus uero nōdum uel reip. satisfactū putans, uel aīo suo satisfactū habēs, sine intermissione pergebat, ut tetrā mortē aut hosti offerret, aut ab hoste acciperet. Stabat autem à Troianis Alcathous clari Æsyetæ filius, cui, qđ ex oī Troia esset uirtute præcipuus, Anchises Hippodamiā in matrimoniū dederat, filiā primigeniā, quæ parentibus quidē cordi erat, ut filia, sed ex hoc magis, qđ formositate, qđ ingenio, qđ opibus domesticis æquales cæteras antecelleret. Hūc Neptunus Idomeneo iniuriæ obnoxiū præbuit, hallucinatis eius oculis, torpefactis cruribus, ut neq; fugā capessere, neq; gressum moliri posset. sed tanq̄ cippus aut procera arbor ꝑstaret immobilis. Atq; sic stanti loricā, quæ eousq; domino saluti fuerat, lancea ꝑfregit, redditoq; stridulo sonitu tum ipsius ictus, tum ꝑfractæ loricæ, cuspis in corde insedit, & post ruinā ab ipso corde micāte quatiebatur, sed breui post extinctum pulsu quati desijt. Tum

Idome-

Idomeneus uasta & ipse ac procaci uoce iactabūdus exclamat: Deiphobe, num tibi uidetur esse par, tres hostes interemisse, quod ego feci: atq; unū, quod tu fecisti dæmonie, quoniā ita insolēter gloriabare? consiste mecū, fac copiā pugnandi, ut discas qualis ego bellator sim, oriundus ab Ioue, a quo ortus est auus meus Minos, pater Deucalionis, q me genuit principē Cretensium populorū, & huc aduectum nauibus, in tuam patrisq; perniciē, atq; aliorū Troianorū. Hæc locuto Idomeneo, Deiphobus incertus animi cogitabat, utrū illinc digressus alium aliquē ex præstantissimis socijs accerseret, an uel solus belli fortunā experiretur. Deliberanti cōducibilius uisum est cōuenire Æneā. Eum reperit stantē post aciē, ac postremū, utpote Priamo semp iratū, φ tam eximiū inter cæteros uirū parum ꝑ dignitate, aut nullo honore prosequeretur. Ad hūc accedēs Deiphobus, inquit: Ænea princeps, nūc si quid te cura tuorū tangit, ueni opē laturus Alcathoo, cui te decet opē ferre, φ & sororis maritus est, & te domi uestræ paruulū educauit, eum tibi Idomeneus uita armisq; spoliauit. His uerbis Æneas toto animo cōfusus: tamen ad bellandū excitatus, in Idomeneū fertur. Ille uero nō ueluti adolescentulus territus est, fugæq; se mandauit: sed perstitit more suis agrestis, quæ in desertis mōtibus percepto frequētioris hoīm agminis aduentu perstat, surrectis setis, frendētibus sannis, ardentibus oculis, præstanti aīo ad uiros canesq; arcendos. Atq; ita expectans aduenientem Æneam Idomeneus Æneas in Idomeneū fertur

aliquot fortiũ suorũ, quos inpræsentiarum uidit, Ascalaphum, Merionẽ, Antilochũ, Aphareũ, Deipyrum uocans præsto sibi esse, his uerbis adhortatus est: Venite amici defensuri me ab Ænea aduersus me uenĩte cũ quo uiro tam celeri pedibus, tam ualido in prælijs hoĩmq; interfectore, solus cõgredi summopere uereor eo quidem magis, ꝙ in ipso bonæ ætatis flore positus est, cũ uires præcipue uigent. Quod si æqualis illi forem, quo aĩo sum, protinus aut ille de me, aut ego de se eximiã uictoriã reportarẽ. Sic locuto Idomeneo, cuncti uno animo reductis ab humero clypeis astiterunt. Ediuerso Æneas & ipse socios, quos inspexit cõuocauit, Deiphobum, Paridem, Agenorẽ, Post hos (nam hi principes erant) alij populariter sunt secuti, ueluti oues quæ saginatæ è pascuis Tityrum sequũtur, & ut earũ pastoris tũc exhilarescit aĩus: ita nũc Æneæ intuẽtis ad se agmina cõfluere Troianorũ. Ergo ubi circa corpus Alcathoi cõcursum est, lanceæ quæ utrinq; certo ictu torquebãtur, horrendũ in modũ super arma crepitabãt, sed præter cæteros uideres duos eminere ipsi Marti æquiparandos, Æneam Idomeneumq; infestis hastis se mutuo petẽtes: Æneas tñ prior hastã in Idomeneũ cõtorsit, quæ cũ hic eã ex aduerso uenientẽ deuitasset, casso ictu plata est, humiq; defixa, impetu suopte cõtremuit, sed nõ incassum Idomenei hasta in Oenomaum perlata est, quæ nacta connexum thoracis atque perrumpens, intestina ipsa lacerauit, quam iterũ ex Oenomao in cubitũ humi collapso atq;
extin

extincto eduxit, inhibitus etiam detrahere arma, quod hostiũ milibus obruebatur, & ita obruebatur, ut adierit periculũ uitæ: nam nõ genua ad irruendũ toties in hostes suppetebant ad se strenua celeritate illinc eximendum, nõ se iam tueri stando facultas erat. Qui cũ aliquamdiu discrimẽ a se capitis propulsasset, sensimq; referret pedẽ, Deiphobus (ut erat illi semp infensus) in eum lanceam torsit: sed ictu deceptus est, licet non frustratus: nam pro Idomeneo humerũ traiecit Ascalaphi, illo in latus humi defluẽte, circa corpus eius accẽditur pugna. Necdũ pater Mars Ascalaphum filium resciERAT cecidisse in prælio: nam in arduo olympo subter aureas nubes sedebat cum alijs dijs, ab Ioue uetitus prælio intercedere. Huius autem sic in medio positi iubatam Cassidẽ cum rapuisset Deiphobus, eius brachiũ Meriones Marti similis insiliens tælo confixit, pariter & prædam manu discussit, reddẽteq; Casside humi percussa raucũ sonũ, iterum in hostẽ Meriones inuolauit, tælum e prono brachio extraxit, & ad suos se recepit: Illum Polites germanus medium cõplexus exportauit e prælio usque ad equos, qui post aciem tumultumq; bellorum stabulabantur custode auriga. Ibi in redam optime ornatam positum ad urbem remisit, grauiter lamentantem ex crudi iactatione uulneris, cuius proflumen per manum decurrebat. Interea cæteri pugnabant renouata uehementi uociferatione. Illic Æneas Aphareum Caletoris filium sibi aduersum in iugulo ferit, quo ictu Aphareus submisso

Æneas Aphareũ occidit.

misso sinistrorsum capite, galea, scutoq; se contingentibus, morte solutus est. Antilochus autem obseruans Thoontē, dum tergū uerteret, oblataq; occasione inuadēs, tergū ipsum ferit, ita grauiter, ut continēs uena, quæ illac ad ceruicem currit, oīs amputaretur. Eo ictu Thoon, in posteriora recidit, ambas manus charis familiaribus extendēs. Antilochus uero accurrēs arma detrahebat, oculis tamē lustrans ne ipse feriretur. Sed cū Troiani hinc atq; hinc circūsistentes eum crebris ictibus scutū pulsarent, nihil tamē pstringere poterant. Aderat enim ei Neptunus, q Nestoris filium inter tot missilia tutaretur, alioquin nō euasurum, ita nunq̄ pugnare intermittebat, nunq̄ quietam lanceam tenens, sed assidue quatiēs, & ad hostē arma circūferens, ac se subinde circūagens, rimansq; sp, quemnam oportune aut eminus iaculo peteret, aut cominus inuaderet. Quod faciēs nō latuit Adamantē Asij filium q in eū progressus cominus umbonē pcussit, sed inuidēte ictū uitamq; Neptuno, spiculum refractum est, cuspide tanq̄ ignito clauo intra scutū remanēte, reliqua parte humi cadēte. Quē relato gradu cedentē, ut subduceret se ictibus, Meriones insecutus, inter umbilicū ac genitalia, ubi uiris acerbissimus doloris est sensus, lanceam defixit. Ad quē ictum Adamas nō secus resiliebat ac reluctabatur, q̄ taurus cū in arctis uinculis à bubulcis inuitus adducitur, nec diu, ut in tāto dolore, reluctatus est: sed obortis ad lumina tenebris, breui expirauit, ubi Meriones accedēs, telū de inguine

eduxit

eduxit. Helenus uero Thraicio gladio,ut sunt Thracij grandes,galeam Deipyro secundū tēpus percussit, fregit,excussit,quā dum quidam pugnantiū Achæorū ad pedes suos reuolutā colligit, Deipyrū æterna nox Menelai fa texit.Eius mortem grauiter ferēs Menelaus, minacicinora aliuultu,uoce,lancea,quā librarat,in Helenum tēdit,& quot in puipsum uicissim intēto arcu ultro uenientē, atq; ita pagna. riter ambo tælū in alterū excusserunt:& sagitta qdē ꝑcusso thorace,ubi cōnexus est,haud aliter resilijt ꝑculq; reuolauit,q̄ scapi fabarum,lupinorūue,cū uētilatoris pala:tū ualido flatu iactanti lōgius uolant.Menelai uero lancea in manu,quæq; deorū arcū tenebat, & ꝑ ipsam manū in ipso arcu defixa est. Helenus ut mortē uitaret,cōcessit ad socios.suspensam manum gerens,& affixā una lanceam trahēs.Cui cū magnanimus Agenor,& lanceā reuellit,& manum funda lanea,quam suus famulus habebat,colligauit : Pisander funesto fato ductus,recta in te Menelae,immo in mortē ꝑgit,nā abs te erat occidēdus. Hi in mutuū euntes occursum,postq̄ proximi fuerunt,hastas cōijciunt,sed sua Menelai sine ictu præteruecta hoīem est: sua Pisandri,in huius scuto defixa, nō transfixa, summo tenus ligno se fregit:Verum ille ob hunc ictum lætatus uictorē se esse interpretabatur:Idē cum Menelaū stricto insilientē mucrone conspexit, & ipse quā subter scutū habebat bipennē,fideli chalybe,ac oleagino manubrio proceroq; corripuit,& inuadentē inuasit, atq; equinas iubas apud ipsum conum galeæ percussit:Ipse

uero

uero ab illo percussus est, ubi frontis extremitas cum nasi summitate cōmittitur. Quo ictu ossa crepuerunt, cruenti oculi ante pedes deciderūt, ac succidentibus tibijs, ad terram ipse defluxit: Menelaus *autē adiens incusso pectori pede arma detraxit, atq; conuitia* Troianis *gloriabundus faciebat, inquiens:* Facessite *sic: facessite a castris* Troiani *insolētes, tumultuosiq; ultores:* Parum *habetis tanta clade, tamq; inciuili probro me semel affecisse, asportata cū multis opibus uxore, quam uirginē duxeram, apud quam hospitaliter accepti diuersabamini, ne iterū afficiatis nequissimi canes infandum ignē nauibus inferentes, & ad interemptionē nostram immani furore properantes, non ueriti grauē iram* Iouis *hospitalis, q profecto uestram urbē obiter aliquando euertet.* Iuppiter *pater (nam te sapientia aiunt cunctis hoībus* Dijsq; *præstare) numine tuo fiunt hæc oīa, ut* Troiani *sicut rebus alijs, ita bello prælioq; satiētur:* Satiantur *enim quotidie somno,* Venere, *cantu, chorea: qbus rebus tam lepidis iucundisq;* Troiana *pubes magis gestit excellere, q̄ bellicis, ideoq; in bellis inepti existunt: quare nobis & si ardētibus ad pugnam, tamē inuitis a pugna concedendum est.* Hæc *locutus, cruenta, quæ detraxerat hosti arma, in manus socijs dedit, ac rursus in pugnam redijt, primisq; se pugnatoribus immiscuit.* Ibi *in eum insiliens* Harpalion Pilæmenei *regis filius, cū quo ad bellū* Troianū *uenerat, nequaq̄ in patriam reuersurus, mediū scutum lancea cominus pcussit, sed nō traiecit:* Qui *cū retrogradus se*

dus se reciperet ad suos, circumferens oculos, ne quis eũ uulneraret, nõ deuitauit mortẽ, quam uitabat: nam in abeuntẽ Meriones sagittam immisit, quæ defixa in coxa dextera subter ossa in pubẽ euasit: Ille eodẽ loco subsidens ac deinde prostratus, tanq̃ lumbricus, largo ꝓfluuio sanguinis inter fideliũ sociorũ manus animã agebat: erant autẽ socij Paphlagones, qui sedula cura circumstabant iuuenẽ. Et cum iam animam egisset, luctu graues incurrunt, tollunt, unáq; cum misero patre uim profundẽte lachrymarum ad urbẽ reportant: Eius nece admodum contristatus Paris (apud ipsum enim ille cũ permultis Paphlagonibus hospitabatur) Euchenorẽ tragula inter aurem malamq; cõfixit pariter & extinxit. Erat autẽ hic & facultatibus & uiribus et indole animi inter paucos, nec suæ mortis ignarus, si quidem ei senior pater Polyïdus homo egregius atq; idem uates, frequenter apud Corinthum ubi habitabat, prædixerat, ipsius exitum fore, aut domi ex atroci morbo, aut militiæ ex ferro Troiano apud naues, cum Græcorum cede plurimorum: Filius uero tum atrocitatem morbi reformidans, tum ignauiæ dedecus, si cõmitteret, ut a cæteris pro ignauo haberetur, militare maluit, certam mortem certa morte commutans. Atq; hunc in modũ ad sinistrũ cornu dimicabatur, æstuantibus ac pene ardentibus sole armis: labore corporibus Iam Troiani profligabantur, iam Græcis in manu uictoria erat: ut quibus Neptunnus animum auxiliumq; præberet: cum Hector huius rei nescius adhuc

ibi erat

ibi erat, quo primum post irruptionem in castra fusis cæsisq; ordinibus hostiũ euaserat, ubi subductæ naues erant Protesilai & Aiacis, cinctæ muro, sicubi fragili humiliq; ibi fragilissimo atq; humillimo, sed nõ fragiliori, q̃ pro uirtute illic tendentiũ (tendebant enim ad id castrorum latus maxime fortes pugnacesq; uiri cũ optimis equis Bœotij, Iones, Locri, Phthij, Epij) hi quacunq; ope assilientẽ Hectorẽ flammæ similem a se conantes arcere nõ poterant, quorũ primi erant Athenienses duce Menesteo Petei filio, comitantibus Phida, Stichio, & Biante. Post hos alij. Epiorũ quidẽ ducibus Mege Phylei filio, Amphiõe ac Dracio, Pthiorũ uero Podarce atq; Medonte, q Aiacis Oilei frater extra matrimonium natus erat, a natali solo semp extorris, atq; in Philace domiciliũ habens, ex quo germanum Eriopidis nouercæ Iphiclœum Philace genitum interemit, tunc enĩ in Philacẽ concessit. Hi itaq; præ cæteris Phthijs cũ Bœotijs naues ab Hectore tuebantur. Ipse uero Aiax Oileus a Thelamonio nunquã discedebat, ne tẽporis quidẽ momẽto. Atq; ut duo boues p noualia graue aratrum trahẽtes alteq; ducẽtes sulcum cõcordi aĩo ac solo iugo dirempti campũ ipsum emetiuntur, ac remetiuntur, capitibus pronis mẽbrisq; sudore manantibus, sic ambo Aiaces in labore belli maxime erant corpore animoq; cõiuncti. Verum Thelamonio multi & egregij socij præsto erant, q ei defessis cruribus, exanclato sudoribus corpore, scutum detraherent. Oileo autẽ Locri sui nõ aderant, quippe diffi

debant

debant in stataria pugna uersari, quod cassidibus ferreis quibus solent equinæ iubæ suffigi, quod habilibus parmis quod ualidis lanceis carerēt. solo arcu ac funda utentes, quibus armis freti ad bellum Troianū uenerant, quibusq; mox hostiles legiones perruperunt: nam cæteri iustis armis muniti pro fronte pugnam cum Hectore Troianisq; conserebant. Hi autē succēturiati ac latētes à tergo creberrimas sagittas emittebant, ita hostē obruētes, ut confessionē timoris exprimerēt: expressuri etiam confessionē fugæ a castris ad urbē, nisi Polydamas adiēs Hectora sic fuisset allocutus: Hector, indocilis es prorsus alienis præceptis obtēperare, nolēs ea re cæteros anteire consilio, quia hoc a deo accepisti, ut bello cæteros anteires, Neque uero fas est, ut unus uniuersa pariter ferat: Alij enī deus tribuit bellicam laudē: alij sanam mentē solersq; pectus, cuius q̧ cōpos est, & priuatim multis emolumento, & publicæ totis ciuitatibus saluti fuit, id quod ipse maxīe agnoscis. Quapropter tibi, ut optimum mihi factu uidetur, dicam: Corona hostilis iā te cinxit, & undiq; tela ingruūt: nā socij posteaq̄ murū transgressi sunt, partim sub armis semoti ocium tenēt, partim præliantur. Et hi palatim circa naues atq; ubiq; pauci cum multis. Quo circa digredere hinc, ac uocatos undiq; socios huc cōgrega, ut ex hoc loco cōsultemus in mediū, utrū præstet, an iterū inuadere naues, si deo libuerit hanc nobis tribuere uictoriā: an sine noxa hinc recedere, ne forte (quod magnopere metuo) hesternam cladem,

Polydamas Hectori

quam acceperunt, cum fœnore nobis hodie reddant, cũ nõ procul absit uir ille singularis, quẽ non diutius suspicor a pugna cessaturum. Hæc locuto Polidamante eiusq; oratiõe probata, Hector ut erat armatus è curru desiliјt. Et ad hunc inquit: Polidama, tui officij sit præstantissimos quosq; nostrorũ hic cõtinere: dum illuc eo, socijsq; pugnantibus occurro, celeriter huc reuersurus, ubi illis quæ opus facto sunt, imperauero. Hæc locutus, niuali monti similis abijt, inclamansque oẽm Troianam socialemq; manũ, cursu & quasi uolatu obibat. Illi audito eo receptui uocante cũcti ad Polidamantẽ se cõtulerunt. Desiderabatur autẽ ex principibus Deiphobus, Helenus, Asius, Adamas, quos Hector inter primos pugnatores atq; ubique uestigans, nec sospites, nec mortuos inuestigans, quod alteri in urbe saucij, alteri in tentorijs Græcorum occisi iacebant, mox reperit Alexandrum ad sinistrũ cornu flebilis pugnæ, adhortantẽ alios ad certamẽ. In hunc

Hector Paridi.

Hector, cum propius accessisset, fœdis conuitijs inuehens, inquit: Dyspari, nõ Alexander, corpore formosissimo, aio deformatissimo, et ob mulieres perdito, ubi nã sunt fratres nostri, princeps Deiphobus, ac princeps Helenus? ubi princeps Asius? ubi princeps Adamas? ubi princeps Othryoneus? nunc plane expugnata est urbs, nũc arx Ilium euersa est, nũc reliqui nihil superest, quominus ultimũ nobis adsit exitiũ. Cui respondẽs speciosissimæ Helenæ pulcherrimus maritus

Paris Hectori

Quoniam inquit Hector te iuuat culpa uacantẽ inculpare

culpare, alio tempore obiurgato me detrectantem bellum, si quando detrectauero, Neq; enim me sine uirtutis indole prorsus genuit mater: nam ex quo tibi ad naues initum est prælium: ego cum hostibus sine intermissione pugnaui, Quos autem enumerasti socios, interempti sunt præter ambos fratres, quorum uterque in urbem rediit, uterque uulneratus, uterque hasta, uterque in manu, uterque Iouis munere ab exitio ereptus. Tu uero præito, quo tua uoluntas fert, quoue iuuat, nos te comitabimur: Nemo quidem (ausim dicere) est in quo specimen strennuitatis non desideres, sed tamen pro modo uirium: nam magis quàm pro uiribus in bello efficere, quantumlibet annitaris, natura non recipit. Hæc locuto Alexandro, accepit excusationem Hector, amboque ire contendunt, ubi præcipue coalescebat pugna, & atrox prælium incrudescebat, circa Cebrionem, Polidamantem, Phalcem, Orthæum, Polyphœtem, Palmyn, & duos fratres Hippotionis filios, Ascanium & Morym. Qui pridie ex opima Ascania uenerant, & eodem die (sic Iuppiter coëgit) in bellum descenderant. Ibant autem Troiani ad pugnam similes insanæ procellæ, quæ a Ioue patre cum uasto tonitruo conflata partim in terram ruit, partim mari infunditur, imbribus ipsis horridum quiddam late crepitantibus. Et ut eadem spumosas sonorasque undas altius atque altius, alias atque alias ciet, sic instructæ Troianorum cateruæ ac ferro fulgentes suum quæque

 ducem

ducem aliæ atq; aliæ ſubinde ſequebantur, ſed ſub duce oīm Hector e. Is ſimilis Marti orbiculatum præferens clypeum, etiam pedes tegentē, multis tergoribus ſtructum, ac multo chalybe ueſtitū, ſub tremētibus lucidæ galeæ iubis phalanges interimebat, ſi forte hoſtes timore pculſi loco cederent. Verum ne ſic quidem pectoribus eorū timorē incutere poterat. Hunc e diuerſo Aiax ante oēs pleno gradu ambulans his uerbis ꝓuocabat: Dæmonie accede propius, qui ita terrorem præbes Argiuis, nō enim ob imperitiam rei militaris, ſed ob triſte flagellum Iouis nos domiti ſumus. Oīno tibi in optatis eſt excidere has naues. Sunt itē & nobis manus ad uim propulſandam, nec ad propulſandam modo, uerumetiam ad inferendam: ut nō tu naues noſtras, ſed nos tuam urbem expugnemus, euertamusq;. Tibi quoq; ipſi affirmo, nō procul abeſſe, cū fugiēs urbem uerſus Ioui patri cæteriſq; dijs uota facies, ut equi te per campeſtrē puluerē uehentes, ſint accipitribus ulociores. Sic locuto Aiace, ecce præpes aquila dextero omine præterlapſa eſt. Ad cuius aſpectū Græci tanq̄ ad fœlix augurium bonam ſpē capientes ſucclamauerunt. Et Hector ad Aiacem reſpondens inquit: Aiax blatterator, quàm procul a uero locutus es, utinam ſic ego ſemp Iouis optimi maximi eſſem filius, ab ipſa quoq; regina Iunone genitus, pariq; honore colerer, atq; colitur Apollon et Pallas, ut hæc erit atra dies oībus Græcis, cum quibus & tu paſces apud iſtas naues tuo corpore atq; abdomine canes ac uolucres,

Aiax Hectori.

Hector Aiaci

iacens

iacens humi meo telo confossus, si tamen meũ telum expectare sustinebis. Hæc fatus præcessit, principibus una sublato horrido clamore sequentibus, quẽ alij a tergo ordines exceperunt. Græci uicißim & ipsi reddita uociferatione, duces Troianorũ strenue expectabant, quorũ hinc atq; hinc promiscuus clamor æthera Iouisq; lampadas penetrabat.

¶ Ausonij poetæ, in. XIIII. Homeri Iliados librũ Argumentum.

COncussit quamuis potantem Nestora clamor,
Attonitasq; aures pepulit grauitate tumultus

¶ Iuno vinculum Veneris (cui Cesto nomen est) mutuata ad Iouem pergit, in secessum montis Idæ, exhortatoq; somno, vt eum committeret in soporem, ac dehinc vigilias eius vxoris labefactat illecebris. Cuius ignoratiõe Neptunus abutitur, fortunãq; Grecorum promptius auxiliando restituit, Aiace locro cæteros vltra præliante.

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Decimusquartus.

NEstorem autem clamor & si perpotantem non latuit, itaq; ad compotorẽ inquit, Machaon, equidem uisam quo modo se res habeant, quidue sibi uelit hæc iuuenum ad naues uociferatio. Tu uero sedens uinum hoc perge potare, dum nostra Hecameda aquam calefecerit, qua te cruore oblitum abluat. Ego autẽ conscenso superiore loco, actum tamẽ quid rei sit exploraauero.

Post hæc uerba iacentẽ Thrasymedis filij clypeũ multis terebratũ ictibus sumit(nã suũ ob hanc ipsam causam ille habebat) sumit itẽ lanceã,& hanc & illũ in prima sua parte ferro lucentẽ. Is ubi extra tabernaculũ stetit,protinus rẽ indignã agnouit,murũ dirutum, Græcos satagentes,Troianos ferociter instantes,atq; ut ampliuagum pelagus,cũ aduentantiũ uentorũ conscium purpurescit,& aliquandiu fluctibus nondũ gementibus nutat,nec ultro citroq; euoluit undas, donec aliqs flatus ab Ioue dimissus certam in partẽ dirigat cursum:sic animus Nestoris æstu curarũ bifariam fluctuabat,utrũ ad pugnantes an ad Agamemnonẽ iret, sed ad Agamemnonẽ uisum est satius,illis interea qui in acie erant mutuo se interimẽtibus,tũ eminus missilibus,tum cominus gladijs alijsq; talis,qđ ex sono ipso armorũ pcussorũ atq; fractorũ dabatur intelligi. Nestorẽ cũ iret, reges qui uulnerati erant, Agamẽnon, Diomedes,Vlysses ẽ tentorijs progressi obuiũ habuerunt. Stabant autẽ seorsum à loco certaminis plæræq; naues parũ a crepidine maris subductæ, ut quæ primæ subductæ fuerant,cæteræ gradatim interius,ultimas murus cingebat:nam etsi spaciosum sane erat littus,tamẽ cõmode cunctas naues,nisi angustius populi tenderent,cõtinere nõ poterat. Ita primæ quæq; naues,ut laxius habitaretur, sup basibus positæ oẽm littoris oram occupauerant. Vt hinc ergo spectarẽt pugnam,tres simul reges processerant,singulis hastilibus innitẽtes:uehemẽter enim oẽs clamor ille confuderat,

Nestor ad Agamẽnonẽ uenit.

sed adhuc uehemētius confudit Nestoris aduentus, quē appellans ultro Agamemnon, qd ita inquit o Nestor Neleiades magna Græcorū gloria omisso tā ancipiti bello huc te cōfers? Vereor ne qđ Hector aliquādo ꝑ concione Teucrorum minatus est, se nō prius in urbē reuersurū, q̄ & naues cremasset, & nos interemisset, id re perficiat: Nam, ut locutus est, sic omnia fieri uidemus: O meam miseram conditionem. Cæteri Græci & ipsi irati mihi secuti Achillē, in inuidiam meam pugnare pro nauibus uolunt. Cui respondens sapiens Nestor, haud dubie inquit ita se res habet, & id Iouis ipsius consilio, q huius periculi autor est. Murus quidem, quē ad tutelam nostri nauiumq; extruxeramus, cui confidebamus, qui uidebatur dirui non posse, dirutus est. Nostri ad naues sustinent prælium, atrox, pertinax, & ubi nescias, quantūlibet cōtempleris, utram in partē potius ab urgentibus hostibus premantur, ac trucidentur, ita intermixti cū illis sunt, & eorū uociferatio fertur in cœlum. Nos uero dispiciamus, quid hoc in casu statuendum putemus, quod rei conducat: nam ut bellū ingrediamini uobis ego nō suaserim. Saucij enim nequaq̄ interest ingredi bellū. Agamemnon autē ad hunc respondens inquit: Nestor, quoniam murus cū fossa, ubi tantum laboris exhausimus, sperantes illum tutelæ & nostri, et nauium fore, nec posse dirui nunc nihil tutatur, & dirutus est, ad nauesq; certatur, nimirū nutu Iouis hoc fit, et sibi est cordi, & ita sibi est cordi. Vt enim alias, qđ scio propensus erat in

Agamēnon Nestori

 nostrum

nostrum fauorē, sic nunc cum cæteris dijs hostibus fauet, eneruato nobis et animi et corporis robore. Quare agite acquiescatis omnes sententiæ quam dixero: Quæcunq; naues ad crepidinē maris sunt, eas oēs deducamus in aquam, deiectisq; anchoris erimus in salo usq; ad uesperā, tū cæteras, si hostes a bello abscesserint, deducemus. Neq; enim perniciē fuga uitare crimini dandū est, nocte præsertim. Et meliore loco est qui fugiendo euadit malum, quàm qui nolendo fugere malo ipso intercipitur. Ad hunc torue intuēs Vlysses inquit: Atrida quisnam tibi ex ore sermo excidit? Scelerate, dignior qui alteri ex abiectis hominibus exercitui imperares, q̄ nobis, quibus ab Ioue attributum est, iam inde ab ineunte ætate grauissima administrare bella, ut mutuo essemus auxilio. Ita ne sustines aio ab Troianæ urbis obsidione discedere, cuius potiundæ causa tot ærumnas toleramus? Sile igitur, & eo magis, ne quis auditam istam inter alios orationem uulget, uti aliquis principum, qui libere oīa diuulgare audeat, neu illi à tot militibus pareatur, in quot imperium obtines. Præterea, o stultitiam singularē quæ te præcipue notare debeo, qui iubes stante adhuc acie deduci naues, ut quæ optanda hostibus sunt, agamus, hostibus iam prope uictoribus. Non enim nostri qui pugnam sustinent. sustinebunt, cum hoc uidebunt, & ut ab acie ad fugam nauesq; respicient. Atq; ita tuo consilio principes Græcorum Græciq; oīno fractis animis dilabētur, & nos ipsos in prærupto fati positos præ

Vlysses Agamemnoni.

tos præcipitabimus. Ad quē respondens Agamemnon O Vlysses inquit, q̄ austera me oratione exulcera-stis? Equidē non inuitos ego illos ad deducēdas naues impellebā, sed existat aliquis, q meliorē mea sententiā dicat, seu grandior seu minor natu, cū mea bona gratia dicturus. Tunc Diomedes excepit. Prope adest uir iste nobis nō diu quærendus, si malitis in meā ire sententiam. Nā is uir ego sum, minimus quidem natu, sed ex patre, unde sicut quiuis gloriari poßum, egregio genitus, Tydeo illo, q ad Thebas occubuit. Etenī Prœtus treis sustulit liberos, Agriū, Melantē, & Oeneū auum meū minimum natu, sed uirtutis indole maximū. Hic ut alij duo apud Pleuronē Calydonēq; habitauit, manens semp in patria. Eius filius peregrinatus à laribus (ita Iuppiter cæteriq; uoluere dij) subsedit Argi, ducta in matrimoniū filia Adresti, ubi domū sane locupletē his rebus, quæ ad uitā ptinent, habuit: itēq; cōplura latifundia, partim nuda ad serendū, partim uestita arbustis in ordinē quincūcemq; digestis. Fuerūt quoq; ei nō parū multi pecorū greges, & præter hoc, ut uniuersos Græcos rei bellicæ uirtute præstaret. Hæc ut uera sunt, ita mihi cōmemoranda, & audiēda uobis fuerūt: ne uos existimātes humilibus me ortū esse natalibus, ne degenerasse credētes, cōtemneretis sententiam meā, quamcūq; dixissem. Quid ergo dico? Eamus in præliū: & si saucij, tamen necessitate uolēte eamus, dummodo simus extra teli iactū, ne uulnus uulnerato addatur. Atq; illinc placantes eos, q hactenus indul-

Agamēnon Vlyssi.

Diomedes Græcis.

gentes iracũdiæ suæ à pugna cessant absuntq́, adhortemur redire ad socios & dimicare. Hæc Diomedes. Cuius sententia libenter audita ac probata, in præliũ pergunt, Agamemnone præcedente. Ad quẽ Neptunus nõ segnis pro Græcis excubator, sub senili specie accessit, prehẽsa eius dextra, inquit: Atrides, nũc gaudet, nũc lætatur apud se Achilles ex spectaculo cædis fugæq́ Græcorũ, sæuus, crudelis, demens, & prorsus amens. Sed ille quidẽ cum sua sibi amentia pereat, eiq́ deus infestus sit. Tibi uero non ita multum dij infensi sunt. Nam ipsi principes ducesq́ hostiũ, quod & tu uidebis, à nauibus tentorijsq́ fugient, atq́ inter puluerẽ palãtes p campos repetent urbẽ. Post hæc uerba Neptunus cursum p castrensem planitiẽ iniit, tã uastum exclamans, quantũ nouem deceue milia hoĩm cõferentiũm præliũ exclamarent, per quod uim cunctorũ animis iniecit, nõ modo bellandi, sed etiã debellandi. Iuno autẽ è summo Olympi fastigio, ubi stabat, cõtinuo cognouit fratrem, eundemq́ leuirum sub aliena imagine uersari in acie. Sed ut hinc lætabãtur, ita illinc fodiebatur aĩo, quod uidebat frãtrẽ eundemq́ uirũ in Idæo uertice sedentẽ. Itaq́ aliquãdiu secum meditatæ, quonam pacto mentẽ Iouis falleret, hæc uisa est ratio præstare: ubi se compsẽrit, adire maritũ in montẽ Idæum, si forte captus ille formæ uenustate cum uxore coëat, et inter amplexus oculis animoq́ mariti soporẽ irriget altum mollemq́. Igitur ad cubiculũ pergit, quod ei filius Mulciber struxerat, æreis postibus, fulgentibusq́ foribus

Iuno Iouem accessura sese exornat.

foribus: quæ ita arcana claui obſerabantur, reſerabanturq́; , ut eam nemo deorũ alius cogere ad officiũ ſuum poſſet. Has fores ubi recluſit, introijt, incluſit. Ante oĩa *ambroſium corpus amœnaq́; membra omnibus purgamentis liberat, deinde oleo pingui, ambroſio, odorato, quod unguentum* Tethyomenon *uocant, & erat iã ante confectum, oblinit.* Cuius Tethyomeni *tractati tanta fragrantia extitit, ut de domo ipſa* Iouis *in terram uſq; atq; in cœlum protinus continens odoris aura ferretur.* Hæc *eo non cætera membra tantum, id eſt, corpus, ſed etiã crines oblinit, decoros, fulgidos, & quales eſſe numinis ac quanti numinis eſſe conuenit.* Eos *poſtq̃ manibus pexuit, ac circum caput concinnauit, ambroſiam pallam amiciuit, quam* Pallas *intentiore ſtudio multa cum imaginum uarietate texuerat, ſubſtringente ea ſupra pectus aurea fibula.* Tum *ſe præcingit baltheo centum pendulis bullis diſtincto.* Dehinc *laminis auricularũ tranſpunctis ex more tergeminas inaures appendit, læto hilariq́; quodam fulgore radiantes.* Tũ *crines reticulo uelat recenti, eximio, & qui ſolem ipſum candore æquaret.* Poſtremo *diuinis pedibus lepidas reddidit crepidas.* Atq; *ita oĩ corporis apparatu ornata* Dia *dearum è thalamo proceſſit, ſeuocatamq́; à cæteris dijs* Aphroditam *hunc in modum eſt allocuta*: Gere *mihi morem amantiſſima filia in hoc, quod dicam, & ſi non libenter obſequeris mihi atque infenſa es, quod* Græcis *ego ſtudeo, cum tu ſis ſtudioſa* Troianorum. Cui *reſpõdens* Aphro

Iuno & Venus.

Aphrodita,inquit: Hera *magni* Saturni *filia, prome quod in aīo habes,in quo tibi obsequi animata sum,dū istud & meæ potestatis sit,& futurū ex mea dignitate.* Ad quā Iuno *doloso aīo respondens:* Da *mihi nunc inquit amorē ac cupidinē,quo tu mortales oēs immortalesq; domitas.* V*olo enī me cōferre ad extremos terrarum terminos uisura* Oceanū *, unde dij genus trahunt,& matrē* Tethym,*q dum* Iuppiter Saturnū *subter terras ac maria detrusit,à* Rhea *me acceperūt,studiose erudierūt,sedulo educarūt.* Cur *autem eos nūc institui uisere ? ut ex discordia ualde acerba ualdeq; diuturna in gratiā,& à diuortio in quo post cōtracta odia pseuerarunt,in coitum atq; concubitū reducam.* Quod *si tum uerbis meis, tum beneficio tuo effecero, semp me post hac dilectam semp uenerandā uterq; nominabunt.* Ad *hanc respondens* Venus *inquit.* Profecto *neq; officij neq; decoris fuerit, istud qđ petis abnuere tibi, quæ ī summi* Iouis *cubas amplexu.* Hæc *locuta* Ceston *discolorē baltheū, quē circa pectus gerebat reuinctū soluit.* Ibi *insunt amores, ibi cupidines, ibi illecebræ,ibi blandæ suadelæ,ibi deniq; oīa amatoria lenocinia ac ueneficia,quæ quantumcūq; prudentis declinant mentē.* Hunc *Ceston in manus* Iunonis Aphrodita *tradēs,ait:* Abde *tibi intra sinū hoc cingulum,p quod recipio tibi,quicqd in aīo habes effectū reportabis.* Ita *in eo sunt oīa ad conciliandū amorem pertinentia.* Ad *hæc uerba cū risisset* Iuno, Venereū *baltheū in sinu abdidit.* Atq; *illa abscedēte illinc profecta*

fecta est, arduumq; olympum relinquens, descendit in Pieriam amœnãq; Emathiam. Dehinc pergit sup niuosos bellacis Thraciæ montes ac montiũ uertices, ita ut pedibus terrã non tangeret. Tum ex Atho supra fluctuosum mare peruenit in Lemnon urbẽ diui Thoantis. Ibi germanũ mortis somniũ conuenit: manu prehendit, atq; his uerbis affata est: Sõne cũctorũ hoĩm pariter et deorũ princeps, si quãdo uerba mea exaudisti, nunc uelim maxime exaudias: Sopora mihi oculos Iouis, simul atq; inspexeris in mutuo nos amplexu amori operã dantes. Pro quo beneficio non modo habebo tibi perpetuã gratiam, sed etiã referam, dato tibi solio aureo perenni, decoro, atq; ita decoro: ut in eo filius meus Mulciber (nam is illud fabricatus est) quãtus sit artifex ostenderit, una cũ scabello ad pedes solij, ubi tui delicati pedes inter cõuiuia innitãtur. Et ad eam somnus: Iuno Saturni magni primigenia, equidem aliũ quẽuis immortaliũ deorũ tibi facile soporauerim etiã apud ipsa flucta fluminis Oceani, unde cæteri dij genus ducũt, Saturnũ autem Iouẽ soporare nõ ausim, præterq̃ ab eo iussus. Magno eni me alias præcepto edocuit, quo die illum ego alto profundoq; sopore cõplexus mentẽ sibi eripui, cũ tu huius doli inuentrix, in magnanimũ eius filiũ Herculẽ, quem perditũ uolebas redeuntẽ ab euersa Troia, spurcas uentorum tempestates excitasti, separatumq; ab amicorũ comitatu in urbem Coon impegisti, Quod Iuppiter ubi resciuit, p impatientiam animi deos oẽs pulsabat, prosternebat,

Iuno ad somnum.

Somnus Iunoni.

per do-

per domumq́; iactabat, me præcipue quæritans atq; uestigans, trepidū, anhelantemq́;. Et inuestigasset, ab ipsoq́; æthere in mare iactasset, nisi domitori hominū deorumq́; somno nox saluti fuisset. Ad quam cū miser confugissem, Iuppiter & si auidus ultionis, tamen ira compescuit, reueritus noctem, ne quid illam, si pergeret irasci, fortē ostenderet. Et tu Iuno nunc iubes iterum me tantū periculū aggredi? Cui Iuno. Somne inquit, quid tibi cum ista sollicitudine? Quasi uero tantæ curæ Troiani Ioui sint: quātæ filius Hercules? An existimas tantū ex ijs doloris posse contrahere, quantum ex illo contraxit? Veni igitur sublato isto metu. Daboq́; tibi unam iuniorū Charitū nuptui, quæ tua uocetur uxor. Somnus cum hæc audisset: gauisus, age, inquit, mihi iusiurandū interpone p Stygium flumen, altera manu tellurē, altera mare tenens, ut nobis testes sint oēs Dij inferi subter ima orbis Saturno assidentes te daturam mihi unam iuniorū Charitum, nempe Pasitheam quam semper adamaui. Sic locuto Somno annuens Iuno in illius uerba iurauit, in testimonium uocatis nominatim omnibus Dijs subter tartara degentibus, qui Titanes appellantur. At postq̄ conceptis uerbis iuriiurando adacta est: ambo, relicta Lemno atque Imbrea urbe, amicti aēre celeriter itinere cōfecto mari primum egressi, perueniunt in arborum ferarumq́; parentem Idam, in locum primum, qui dicitur Lectos. Illinc itinere pedestri ire pergunt, ad eorū incessum subtremente arborum coma. Erat illic inter cæteras

Iuno Somno (margin)

Somnus Iunoni. (margin)

abies

abies quædam singulari proceritate, editissimo in aerem uertice. In hanc somnus, Iunone progrediente cōscendit, ut ex ea os Iouis intueretur, in ipsis abiegnis frondibus abditus, sub specie monticulæ ac uocalicu-læ uolucris, q̃ dij Chalcida uocant, hoīes autē Cymindem. At Iuno festinatis passibus in Gargarū summū Idæ cacumen euasit, seq; oculis uiri exhibuit. Illius statim pectus amor peruasit, ubi cōspexit uxorem: qualis quondā peruaserat, cū primo petito cōcorditer cubitu sunt cōcubitu cōmixti, parentū charitatē præ cōiugali obliuiscētes, Itaq; surgens, ante ora illius stetit, eāq; prior allocutus est, Iuno qd tibi cū isto accessu? Quo properas ex Olympo delapsa, cū equi tibi præsto non sint, qbus aliquo festinabūda proueharis? Cui respondens dolosa uxor, inquit. Volo me cōferre ad extremos terrarū terminos, uisura Oceanū originē deorū et matrem Tethym, q me studiose erudierūt, seduloq; educarunt, Cur autē eas nunc cōstitui uisere? ut ex discordia ualde acerba ualdeq; diuturna in gratiā, et à diuortio, in quo post cōtracta odia pseuerarūt, in coitū atq; in concubitū reducā. Sed prius ad te ueniendum mihi putaui, ne postea mihi uel tacitus succēseres, qd nō impetrata tua uenia ad domū Oceani me contulissē. Nā qd de equis interrogas, q me supra terras portabant et maria, ad radices huius mōtis eos reliqui. Cui respōdēs Iuppiter ait. Iuno, posterius tibi dabitur illo ire. Age præuertas huic rei, ut coēas mecū, Nunquā enim talogus tam imperiosus neq; fœminæ neq; deæ amor pectora mea pos

Iuno et Iupiter

Adulteriorū Iouis catalogus

mea possedit. Non uxor Ixionis, quæ præstantissimũ Pirithoum genuit. Non Danae Acrisij filia, quæ insignissimum uirorũ Persea peperit. Non Phœnicis filia quæ mihi singulares uiros Minoẽ Radamantẽq; progenuit. Non Thebanæ Semele atq; Alcmene, quarum hæc magnanimũ Herculẽ, illa iocunditatẽ hoĩm Dionysium, mihi filiũ enixa est. Non Cereris, nõ Latonæ nõ postremo tui ipsius, quantũ nunc me tenet ac titillat tui libido. Ad hunc dolose respondens Iuno: Qualem tu quæso inquit mi Iuppiter protulisti sermonem? Scilicet hoc in cacumine rem mecũ habere cõcupiscis, ut oĩa in propatulo agamus? quid dedecoris ignominiæq; passuri, si quis aliorũ cœlitum cubantes inspiciat, paßimq; adiens cæteros deos hanc de nobis fabulam dissipet? Equidẽ, ut de me dicã, cum ad opem Veneris surrexissem, nõ eßet mihi frons domum nostrã reuertẽdi. Quod si tibi istud agere utiq; libet, atq; oĩno aĩo insidet, est cubiculũ, quod filius cõmunis tibi fabricatus est, ac firmis foribus postibusq; muniuit. Illuc cubitũ eamus, quoniã ita te cepit libido cocundi. Cui Iuppiter: Iuno, nõ est causa cur aut deorum aut hoĩm oculos uereare arbitros. Eiusmodi enĩ tibi effundam ex auro nubẽ, ut p eam ne ipse quidẽ sol, & ipso pspicacissimo sidere, tñ nos inspicere nõ possit. Sub hæc uerba Iuppiter ulnas uxori circũdedit, subter quas nouas statim herbas tellus ipsa procreauit, teneras, densas, rosidas, odoratas, floribus inter uirorẽ capita tollentibus: loto, croco, hyacintho. Ibi coniuges recubuerunt:

Iuppiter cũ uxore concumbit.

runt: obducta desuper miræ pulchritudinis aurea nube unde prælucens in subiectos stillicidiũ irrorabat. Cũ autẽ hunc in modũ Iuppiter Venere ac somno depositus in uxoris quiesceret amplexu, Somnus ab arbore ad castra cursum intendit, hæc Neptũno denunciaturus. Ad quẽ proxime accedẽs ita locutus est. Age nũc Neptũne studiosius tutare Argiuos hoc temporis momento, dum Iuppiter dormit, Dormit enĩ mollem soporem, quẽ ego illi offudi cubanti cũ uxore. Nam ad cubandum secũ ob hanc causam uxor ipsa seduxit. Postquã hæc locutus est Somnus, ad inclytas hoĩm tribus abijt. Neptunnus uero illius uerbis cõfirmato magis aĩo ad tutandas partes, confestim longe progressus, ad primos sic inquit: Argiui, ita ne p secordiam cedetis uictoriam Hectori, ut cũ suo decore nostroq; dedecore naues exurat? id quod ipse loquitur, ac iactat, quoniã Achilles aĩo exulcerato in prælium nõ est descensurus. Cæterũm nõ ita multum nobis Achilles requiretur, si nos inuicem ad mutua auxilia excitemus. Sed Agedum assentiamini cuncti sententiæ meæ, Omnes qui è nobis bellatores sunt, habentes angustiora scuta commutent cum alijs minus bellatoribus, ampliora scuta habentibus. Atq; induti optimis quibusq; ex oĩ exercitu clypeis, ac lucentißimis quibusq; galeis tecti, longissima quæq; pila tenentes manibus, eamus. Immo uenite me duce, atq; affirmante Hectorem, quantumlibet obluctetur, nõ amplius esse mansurum. Hæc locuto Neptunno aßensi cuncti libenter obtemperarunt:

Somnus Neptunno.

Neptunnus Græcis.

ipsis quoq; regibus, Agamemnone, Vlysse, Diomede, & si uulneratis, in hoc operā suam nauantibus. Nam adeuntes unumquenq; permutabant arma: melioribus meliora, deterioribus deteriora tribuentes. Posteaq̃ omnes ita instructi sunt, quicquid interualli inter tentoria nauesq; ac mare implentes, ire pgunt, duce Neptunno strictum ferente gladium, prælongum, præacutum, & ueluti fulgur præfulgidum, quo nō est fas deum ferire homines, sed tantum cohercere ferictes. Troiani è diuerso, ubi et ipso sub Hectore ornati sunt suprema animorum contentione pugnam adoriũtur. Tam igitur horrida iubilatione utriq; concurrerunt, illi sub Neptunno, hi sub Hectore duce, quanto nec boatu marini fluctus longo tractu maris à truci aquilone propulsi littoribus illiduntur, nec fremitu flamma ignis nacta cremandi licentiam in confragoso ardoribus monte desæuit, nec stridore uentus, cum maxime uiolentus est in arduis arborum comis insanit. Ibi primus omnium Hector aduersa fronte in aciem processit, tælumq; contorsit, ictu uano, non iactu. Nam percussit quidem Aiacem, sed ne tælum pstringeret corpus, impedimēto fuerunt ambo balthei (hũc enim locũ percußit) alter clypei, alter ensis, qui simul à dextro humero per obliquum pectus intenti erant. Hanc frustrationem ictus ægre ferēs Hector, ut aduersariorum & ipse fugeret ictum, ad suos se recipiebat, sed eum Aiax sublato saxo, quali multa ad suffulciendas naues inter pugnantiũ pedes proiecta erant,

Hector graue uulnus accipit, & è pugna discedit.

inter

inter pectus iugulumq; percußit, Quo ictu Hector uelut turbo, quem Strombum dicunt, rotato corpore, excusso dextera pilo, labente sinistra clypeo, inclinante caput galea, in terrã cum ingenti armorũ sonitu, non aliter corruit, q̃ quercus de cœlo tacta radicitus cadit, tetrum reddens odorẽ sulphuris, ita ut qui proximi astiterant, attonitis illã sensibus spectent (dira enĩ res est Iouis fulmen) Græci cõspecto humi Hectore, exclamant, accurrunt, in unũ pro se quisq; tela iaculãtur. ptrahere ad se posse hoĩem sperãt. Verũ nulli, nõ modo ptrahendi, sed ne feriendi quidẽ facultas fuit, prius intercedentibus Troianorũ sociorũq; fortissimis, Polidamãte, Ænea, Agenore, Sarpedone, Glauco. Quid hos dico? Nemo hoc in casu tuorũ te neglexit Hector, sed uniuersi, ut quisq; proximus steterat, scutis protexerunt. Tum sodales humo sublatum inter manus ex acie ad equos usq; asportarunt, quos extra tumultum certamenq; auriga in catafracto stans curru custodiebat, Ibi collocatum ac grauiter gementem ad urbem remiserunt. Cum uero ad flexuosa fluenta Xanthi, quem Iuppiter genuit, uenissent, è curru deponunt, resperguntq; aqua. Tum ille respirans aspexit, surgensq; in genua, atrum cruorem euomuit, atque iterum retro labens ob intolerabilem dolorem plagæ, oborta oculis nocte, intermortuus iacuit. At Græci, ubi subtractum bello Hectorem uiderunt, crescente audacia magis ac magis hostem urgent, quorũ longe primus Aiax Oileus insiliens, lancea cominus

ferit Satnium Enopis *filium ac* Naidis Nymphæ, *ideo sic uocatum, quod cum pascente boues* Enope *propter ripas fluuij* Satnientis *illa peperisset*. Hic, *ubi eum* Aiax *percussit (percussit autem apud uterum) cum ad suos resiliisset ad eius cadauer aspera pugna concitata est*. Et *eximius* Polidamas *auxilio iacentis ueniens dextrum humerum* Prothoënoris Areilyco *geniti lancea traiecit*. Eoq; *in latus humi fuso uehementer exclamans, insolenter hostibus insultabat*. Non *in cassum arbitror ex dextra* Polidamantis *exisse telū, sed ab aliquo uestrum fuisse corpore exceptum, eoq; telo illum inuenientem ad altam* Plutonis *domum descendere*. Mouit *stomachū* Græcis Polidamantis *hæc proterua iactatio, & præcipue* Thelamonis Aiacis, *qui proximus* Prothoënori *steterat*. Itaque *statim in illum elato gradu obeuntem, iaculum iecit*. Quod Polidamas *ut lætiferum, proiecto intransuersum corpore, uitauit*, Sed Archelochus Antenoris *filius accepit (eum namq; potius* Dij *destinauerant neci) ubi occiput ceruixq; committuntur, amputatisq; cum intimo gutture, ambobus neruis, prius caput in terram decidit, ore nasoq; per puluerem reuolutis, quam crura ac genua*. Sub *hæc* Aiax Polidamantem *compellauit*: Animaduerte *mihi* Polidama, *ne uanū responde*. Nūquid *tibi fecisse paria uidemur, pro eo quem amisimus hoc occiso? qui neque instrennuus uidetur, neque ex instrennuis natus, sed aut frater* Antenoris, *aut filius, aut certe (quod plane uideo) gentilis*. Hoc Aia-

cis &

cis & facto & sermone Troiani molestiam contraxerunt, & in primis Acamas, protegens fratrem occisum, Promachum Bœotium pedibus cadauer trahentem lancea extinxit, & immensa uoce insultando gloriabatur. Argiui ignaui, lingua quàm manu pugnaciores, non solos nos tanget dolor luctusq́; : nam & de uobis quoque hic pleriq; mactantur. Inspicite an uobis Promachus meo prostratus ictu dormitet. Profecto non diu fratris mei extitit inulta nex, ne sine causa gloriari quis soleat, se domi fratrem reliquisse necis ultorem. Sic fatus indignationem Græcis excitauit, præcipueq́; Peneleo. Cuius turbide uenientis ictum non operiente Acamante Ilioneus excepit, filius Phorbantis, hominis sane beati, quod eum Mercurius è Troianis præcipue diligebat, fortunisq́; auxerat, & qui solam hanc sobolem ex uxore susceperat. Huic nunc subter supercilium, hoc est, in ipsum cilium, ubi radix oculi sedet, iaculum incidens effoßa pupilla per ipsam oculi sedem perq́; neruos in ceruicem exijt. Eidem cum ad ictum succidisset, ambasq́; manus extendisset, Peneleus educto ense ceruicem mediam haurit, caputq́; cum galea humi deiecit. Caput adhuc iaculo confixũ, quod uelut papauer protendens, papauerq́; appellans, hostibus ostentabat, conuiciumq́; faciebat his uerbis: O Troiani, cum ego uxori Promachi reuersus cum alijs Græcis in patriã renunciauero, Ilioneum ab amantißimis parentibus domi lugeri à me interemptum, non tamen illa uiro

fruetur. Hæc ille. Troiani uero trementibus formidine genibus lymphati pro se quisq; circumspiciebant quo præsens fugerent exitium. Hoc loco musæ cœlestia domicilia incolẽtes, dicite mihi quæso, ubi Troianos in fugam Neptunnus uertit, quisnam Græcorum primus & uita spoliauit & armis hostem? Primus Aiax Thelamonius, præstantissimũ uirum Hyrtium Gyrti filium Mysorum principem interemit, Antilochus Phalcem & Mermerum, Meriones Morem & Hippotionem, Teucer Prothoonem Periphetẽq;, Menelaus Hyperenorem principẽ aduerso in uentre percussit, atq; intima exta lacerauit. Illi offusis ad lumina tenebris anima per ipsum uulnus exire adacta est. Plures autẽ q̃ alius quispiã obtruncauit Aiax Oileus ut qui primus propter singularem pedũ uelocitatem premeret hostium fugientium terga, quoties Neptunnus illos in fugam compulisset.

Finis Libri Decimiquarti.

¶ Ausonij poetæ, in. XV. Homeri Iliados librum Argumentum.

IAm uallum fossamq; super Troiana iuuentus
Institerat, captæ minitans incendia classis.

¶ Iuppiter somno expergitus, uidet statum certaminis inuocatum, pelliq; Troianos, Græcis opem ferente Neptunno. Itaq; aspere Iunone increpata & minaciter per Iridem conterrita, fratrem iubet auxiliatorem desistere, ipse Apollinem recreando adlegat Hectori, monetq; pro Phrygibus belli instaurare fortunam. Tum Aiax Thelamonius strennue præliatur. & ab eodem plurimis hostium interfectis, conflagratio classis arcetur.

ILIADOS HOMERICÆ

Liber Decimusquintus.

S*Ed ubi Troiani per ripã, per stipites, per fossam fugientes multus suorũ amissis ad currus cohibito cursu restiterũt, trepidi, cõfusi, palãtes,* Iuppiter *in* Idæo *uertice experrectus, surgẽsq; à* Iunonis *latere stetit, conspexitq; ambas partes & in partibus uersari* Neptunnum, Troianos *quidẽ fugere,* Græcos *uero instare,* Hectorem *autem in campo depositum inter assidentium sociorum coronã, & in ultimis esse arcte & suspiriose meante spiritu, atque inter anhelitus reddente sanguinem, quoniam nõ ab inualidissimo* Græcorum *erat percussus. Hunc tali in casu miseratus deorum atque hominum pater toruo conuersus in* Iunonem *uultu, sic inquit: O inexhaustæ malitiæ caput, doli artifex inexpugnabilis, ingrata nequitiæ tuæ opera, &* Hectorem *abegit à pugna, & socios adegit in fugam. Mihi crede, si eadem nunc machinationis malignitate, qua iterum aliàs me captasti, loris te operiam. An nõ memoria tenes cum te in uincula compegi, cũ ab alto suspensa inter æthera & nubila pependisti, gemina incude ad pedes, immensa auri massa ad manus alligata? quod ægre ferentes reliqui* Dij *cœlites, adeo te circumsistentes nõ potuerunt resoluere, ut eos prout quemq; ceperam ab arduo* Olympo *rotauerim, uix ducentes animas ac male uiuos, cũ in terram peruenerant. Ac nec sic quidem*

Iuppiter in Iunonẽ iratus.

placari animus potuit ex dolore contracto ob dium Herculem, in quem tu contractis cũ borea consilijs fœdam tempestatẽ concitasti: cum eũ nauigare iussisses. Deinde miserũ in Coum oppidũ impegisti, unde ego ꝑ te pessime mulctatum eripui, & Argos reduxi. Hæc tibi ego in memoriã redigo, quo à tendendis mihi insidijs aliquãdo desistas, unde intelligas, ꝗd lucri feceris cõcubitu nostro ac coitu, ad quẽ captandi mei gratia uenisti ab alijs dijs tuæ uersutiæ cõscijs. Sic locuto Ioue, expauefacta Iuno hunc in modũ excepit: Per ego nunc tibi terrã hanc, ꝑ hoc supra nos latiuagum cœlum, ꝑ ipsam subter ima terrarũ labentẽ Styga sanctissimum religiosißimũq; oĩbus Dijs iusiurandũ, ꝑ tuũ sacrosanctũ caput, & ꝑ nostrum ab ineunte adolescẽtia genialem thorum, ꝑ quem nunꝗ deierare uana ausim, iuro, non meo inductu Neptunnum, sed suo, suaq; sponte, quod misereretur stragis Græcorum, uenisse ad ferẽdas eis suppetias, atq; ita Hectorẽ Troianosq; mulctasse. Ego uero, ut probe animũ meum scias, non modo mihi persuasi, ut tibi morigera sim: sed etiam illi suaserim, ut idem ingrediatur iter, quod tu altitonans Iuppiter ingredi cœpisti. Ad huius orationem cum risisset Iuppiter, ita respondit: Post hæc Iuno, si unanimis mihi fueris, quoties inter deos sedebis, facile Neptunnus quantumcũq; alio propensus sit, tamen suam uoluntatem ad meam tuamq; conuertet. Quod si tu ex animo ac uere locuta es: i nunc ad cõciliabula deorum, accersitũ iussumq; uenire huc Irim atq; Apollinem,

Iuno Ioui.

Iuppiter Iunoni.

linem, ut Irim ad Neptunum mittā, iussuram illi meis uerbis, ut desistat à bello, domumq; redeat. Apollinem uero ad Hectorem, ut eum relaxet à doloribus quibus nūc angitur, inspiretq; pristinas uires, & ad repetendam incitet pugnā, hactenus, ut Græcis iterū in trepidam fugam uersis, atq; in naues Achillis incidentibus, ipse Achilles sodalem suum Patroclū auxilio mittat: eumq; mox edita plurimorū hostiū cæde, tum aliorū, tum filij mei Sarpedonis, Hector propius urbē interimat, & ipse postea ab irato Achille occidendus. Post illa aßidue ex omi bello meo numine a nauibus ad urbē fugati discedēt, dū Græci Palladis artibus excelsam Ilium subuertant. Quo circa neq; prius ipse ab indignatione desinā, qua Græcos mulctare institui, neque aliū deorū eis huc ferre auxiliū sinam, quam Achillis cupiditati satisfecero, prout semel Thetidi matri promisi, ac capite annui: quo die illa genibus meis aduoluta, ut filio hunc honorē haberē, obsecrauit. Hæc locuto Ioui obtēperans Iuno, ab Idæis iugis in cœlū subuolauit eadē festinatione ac celeritate, qua mēs prudentis hoīs, & q multū terrarū peragrauit, recursat, cū multa sibi agēda instant, huc se cōferat an illuc. Vt appulit, & ad cœtū deorū, q in domo Iouis erant peruenit ab illisq; conspecta est: oēs ei officij gratia assurrexerunt, obuiā ierunt, & pro se quisq; pateras porrexerunt. Illa posthabitis alijs, e manu Themidis pateram cepit (nā hæc officiosior cæteris obuiā præcurrerat) atq; huiusmodi uerbis est eā allocuta: Quid ita Iuno, Themis Iunoni

ut uideris, attonita uenisti? nimirum a tuo coniuge p̄territa. Iuno Themidi *terrefacta. Cui respondens Iuno: Ne quæso inqt dea Themis a me ista sciscíteris, quæ ipsa p te nosti, q̄ impotēti ille sit aīo atq; inmiti. Tu uero, quæ domi tēpestiuo deorū cōuiuio præsides, perage munia tua. Tamē ex me audias licet unà cū cæteris dijs, q̄ indigna Iuppiter & ait, & agit, haud sane peræqua oībus uel dijs uel hoībus. Si qui forte cōuiuantur, hilarius futura uoluptati. His dictis resedit, & cū p domū conturbatos uideret risit, sed labris tantū, citra ullā lætitiæ testē hilaritudinem frontis. Tunc arguens cunctos talibus* Iuno dijs *allocuta est: O nos imperiti ac uecordes, qui antehac conati sumus, uel posthac conabimur, adeuntes Iouem reuocare ab eo, quo aīm intēdit. Desciscētes namq; ab eo ait se nihili facere, neq; ut retineat sibi curæ esse. Se enim longe nobis uniuersis ui uiribusq; præstare. Et hinc habetis quicquid mali uos singuli habetis, quorum est in primis Mars, ut opinor, occiso in acie Ascalapho. quē Mars filium & ex oībus mortalibus sibi* Mas dijs cæteris *dilectißimum ait. His auditis, Mars utrâq; manu feriens femora atq; eiulans, ad cæteros inquit: Nemo uestrum dij cœlites inuidia me uideri dignū ducat euntem ad castra Græcorū ulciscendi filij gratia, etiam si mihi fatale sit Iouis fulmine ictum me iacere inter cadauera puluere ac cruore cōcreta. Sic locutus iussit Metum Terroremq; iungere equos. Ipse fulgentibus se armis accingebat. Qua ex re maior aliqua turba atrociorq; indignationis excitata esset in deos, nisi publica*

blica uice commota Pallas, relicto ubi sedebat solio, surrexisset e uestibulo, atq; illi e capite galeam ex humeris parmam, e manu lanceam detraxisset, positisque armis, illū uerbis etiam castigaßet, inquiens: Vtinam perires stolide, uesane, demens: nam frustra aures ad audiendū habes, q nec intellectum incolumē nec pudorē habes. Non exaudisti, aut nō intellexisti, quæ Iuno ab Ioue digressa renunciauit? An mauis criminibus tuis accedere cumulū, ut iterū, q̄uis animo rumparis, huc reuerti cogare? Immo Iouē reuerti cogas, non modo in tuū malū, sed etiam in nostrū. Protinus enim ille relictis Græcis atq; Troianis, reuersus in cœlum, turbam ciebit, & nos oēs tam insontes q̄ sontes ordine plectet. Quocirca nunc te iubeo sedare perturbationē de filio amisso: Nam alij quoq; fortiores isto ac præstantiores & prius occubuerunt, & posterius occumbent. Nimij enim negocij fuerit oīm mortaliū genus sobolē a mortalitate uindicare. Sic memorās Pallas, Martē in solio collocauit. Iuno autē seuocatis extra domum Apollini Iridiq; deorum nunciæ mandata Iouis exposuit inquiens: Iuppiter ambos uos quàm celerrime ad se in Idam ire iubet. Ite igitur atq; illi uos sistite, acturi quicquid iniunxerit uobis, atq; præceperit. Sub hæc uerba Iuno regressa in solio suo resedit. Illi ab olympo deuolantes ad fœcundam arborū ferarumq; Idam, offendunt Iouē in celso Gargaro sedentē, fragrantissima nube ambitum. Cui cum præsto fuissent, steterunt: Iuppiter ijs conspectis haud quaquā iratus

Pallas Marti.

Iuno Apollini atq; Iridi.

tres liberi ex Saturno nati sumus & Rhea, Iuppiter, ego, & Pluton, suam quisq; dignitatem sortiti: nam cũ trifariam uniuersa diuisissemus, sorti rem cõmisimus, mihiq; cessit mare, Plutoni infernæ tenebræ, Ioui cœlum cũ laxo ethere & nubibus. Terra autẽ & olympus nõ certi Dei sed cõmunes oĩm sunt. Quamobrem nihil est mihi cũ isto consilio Iouis, habeat ipse rationẽ cũ portione, quæ sibi obuenit. Etsi prævalidus est, tamẽ in ea ociosus maneat, nec me uelut humillimum quendã territare uelit, tanq̃ manus illaturus. Quibus uerbis sic imperiosis consentaneũ fuerit filios potius filiasq; castigare, qui ei iubẽti uelint nolint parebunt. Cui respondens Iris: Hunc ne ipsum Neptũne sermonẽ tuũ Ioui referam, acrẽ præruptumq;, an sentẽtiam retractas? Retractant enim bonorũ mẽtes in loco sententias suas, & te nõ fugit ius plectendi cõpetere semp̃ grandioribus natu. Ad hanc respondens Neptunnus inquit: Recte sane tu quidẽ Iris dea locuta es. Et tunc ꝑfecto bene habet operæq; pretiũ est, quoties nũcius circũspectus est. Verũ urit mihi mentẽ hoc, atq; cor lacerat: cũ uelit eos, qui immortales sunt ac æquabili dignitate præditi, petulantibus uerbis incessere: Cæterum etsi irascẽtis cedere nõ est, cedam uolẽs, tamẽ testatus apud te minas meas, ꝙ tibi ex aĩo loquor. Si ille sine me, sine Minerua, sine Iunone, sine Mercurio, sine Vulcano induxerit in aĩm parcere Troianis, nec urbẽ euertere, nõ dato hoc uictoriæ decore Argiuis, sciat inexpiabilẽ nobis iracundiam fore. Sic locutus abscessit

Tres ꝑles Saturni

scessit

scessit, repetitoq; mari subijt aquas, relictis Græcis magnũ sui desideriũ relinquẽs. Tũc Iupiter ad Apollinẽ ait: Ito nũciare Apollo ad eximiũ Hectorẽ postq̃ Neptunus ad mare cõcessit, deuitans e nostra manu infortuniũ, si bellũ in me sumere uoluisset, qđ quale sit, edocti sunt & nimiũ edocti alij quoq; dij, ut illi inferiores inferis, q circa Saturnũ agunt, Magisq; ex usu amborũ fuit & meo et suo, eũ cõcedere ab oculis meis etiã irascentẽ, nec expectare manus meas, quod sine ipsius malo fieri nõ poterat. Tibi uero sumpta ægide, qua maxie terrorẽ incutias Græcis, sit curæ Hector. Ipsiq; eatenus magnã uim excites, dũ Græci fugiẽtes ad naues Hellespontumq; deueniant. Ibi ego quid facto dictoq; opus sit curabo, quo rursus Græci ab eo labore respirent. Hæc mandata patris obediẽter Apollo exequens, ab Idæis iugis se demisit accipitri similis uelocissimo oĩm auiũ, sed mitiũ uenatori. Reperit autẽ Hectorẽ nõ intercluso spiritu anhelantẽ, nõ fatigatum sudoribus, nõ stratum, sed sedentẽ, sed mẽtis cõpotem, sed circumpositos socios agnoscentẽ. Et hæc tum primum postquàm eũ Iouis numẽ alleuarat. Ad hunc accedẽs ac coram stans Apollo ita ꝓlocutus est: Hector Priami nate, quid tu hic ita emotus a cæteris? qđ ita tenui ualitudine? Nũ tibi quid aduersi accidit? Cui uix ꝑ imbecillitatẽ respondens Hector: Quisnã tu inquit es deorũ optime, qui me coram interrogas? an te præterit me apud naues a forti Aiace, cum eius obtruncarẽ socios, ingenti saxo afflictum, atq; ita intercep

Iupiter Apollini

Apollo ad Hectorem

Hector Apollini

terceptam animam fuisse (nam in pectore percussus sum) ut crediderim me hodie manes ac domum Plu*tonis fuisse uisurũ.* Cui princeps Apollo: Tu uero in*quit bono nunc animo esto, habens me tantum præsidẽ qui sum* Apollo *ab ipso* Ioue Idam *insidenti ad tutelam tui protectionemq́; dimissus, quiq́; antehac & te & tuam patriam liberaui. Age igitur iube equites omnes castra uersus immittere equos, quibus ego præcedens, omnem ad procurrendũ muniam uiam, & cõuertam hostes in fugam.* Sic *locutus ingentem uim* Hectori *inflauit, ita: ut qualis equus diuturno ocio pastus ad plena præsepia tandem ruptis uinculis fugit, nactusq́; planitiem erectus crepitantibusq́; pedibus sublimi ceruice insurgentibus iubis currit in assueta aut pascuis loca, aut lauationi flumina, aut uiribus fretus in polias equarum.* Talis Hector *percepta dei uoce ibat, sublimibus pedibus, ac pleno gradu, exhortans equites repetere pugnam.* Et *quemadmodum agrestibus uiris, agrestibusq́; canibus aliquando contingit, ut dum cornigerum ceruum aut feram captam indagant, nec adipiscuntur, quippe tuentem se aut inaccessa petra, aut horrido saltu, si eis ita indagantibus atq́; acclamantibus interueniat in ipsa uia uillosus leo, statim quantumlibet animosi auertuntur in fugam.* Sic *tunc contigit* Græcis *fugientes* Troianos *cum omni manu insequentibus, atq́; omni telorum genere prementibus.* Quibus *ubi conspectus est* Hector, *socios in prælium reuocans, omnibus timor in-*

cussus

Thoas cussus est, & animus ad pedes decidit. Ibi Thoas Andræmonis filius inter Oetolos indole uirtutis lõge primus, inter cæteros Græcos iaculatione egregius, stataria pugna eximius, eloquẽtia in cõcione (cũ de laude eloquentiæ inter iuuenes certaretur) paucis cedẽs prudẽter more suo ad cæteros Græcos ita inqt: O socij qd hoc est? qd ego miraculi conspicor? Hector quẽ prorsus Aiacis manu necatum cuncti sperabamus, en uiuit, ualet, uiget. Profecto aliquis ei deorũ & opẽ & salutẽ tulit, nec sine Iouis numine nunc tanta præter cæteros bellatores alacritate uersatur: & sicut prius plurimos nostrorũ luce orbauit, ita nũc quoq; opinor orbabit. Quare accedite uniuersi sentẽtiæ meæ, iussa hinc abire omni plebe ad castra, nos q robur exercitus sumus hic perstemus, obsistamusq; hic primũ Hectori, excipiẽtes eum infestis telis. Sic enim intercluso sibi transitu, quantocũq; feruore sit, tamẽ ut sentio reformidabit irrũpere. Sic locuto Thoanti libenter assensi oẽs paruerũt. Conuocatisq; præstantissimis quibusq; Græcorũ, p eos, q circa Aiacẽ, circa Idomeneũ, circa Teucrũ, circa Merionẽ, circa Megem, remissa plebe ad naues, flos Græci exercitus in præliũ se instruxit, confertusq; hostiles copias opetiebatur, & ipsas cõserto agmine procedẽtes, Hectore duce, quẽ nube amictus Apollon præibat, manibus gestans Ægida horrendam, densisq; crinibus obseptam, ac fulgore radiantẽ. Eam Mulciber ad inijciendũ hoibus metũ Ioui donauit. Itaq; exorto truci utrinq; clamore, primũ sagitta ener

tæ eneruis, moxq; lanceæ è ualidis manibus emicabant quarũ pars, ut extabat, in hostilia corpora pſerrebatur, pars nõ plato ictu inter utramq; aciẽ innoxia humi defigebatur. Videres crebra missilia p aërem aduersa uolitare. Videres p solũ corpora hoĩm percussa uolitari, sed hoc tam diu, q̃diu immotam Apollon Ægida tenuit. At ubi aduerso uultu in Danaos intuens illam ædita simul ingenti uoce cõcußit, tunc animorũ ferociam illis extinxit, nec aliter priſtinæ uirtutis immemores effecit, in fugamq; cõuertit, quã duo leones nocturno silẽtio, uel ingẽs armentũ boũ, uel numerosum gregẽ pecorũ p absentiam magiſtri repẽtino aggressu confundũt, atq; dispergũt. Et ut Græcis timidã fugam, ita Troianis atq; Hectori alacrem uictoriam dedit. Ibi Troiani suum quisq; de hostibus aliquẽ perimit, sed Hector Æneasq; binos. Hector Stichiũ Arcesilaumq;. Stichiũ quidẽ Bœotiorum principẽ. Arcesilaum uero intimũ Meneſtei sociũ. Æneas Medontẽ & Iasum, quorũ alter erat frater Aiacis Oïlei ex patre tantũ, extra matrimonium natus. Idẽ à natali solo semper extorris, ex quo Germanũ Eriopidis nouercæ obtruncauit, tunc in Phylacem concessit. Alter filius Spheli, nepos Bucoli, idẽ Athenienſium dux Polidamas Mecisteum, Polites Echium, & hunc inter primã aciẽ. Agenor Cloniũ, Paris Deiochũ, quẽ inter primos pugnatores insequẽs iaculo extremum humerũ sic transfixit, ut ex anteriore parte cuspis tota emineret. Hos interemptos cæterosq;, cum interemptores ipsi

Troianorũ uictoria

res ipsi cruentis armis spoliant, tunc Græci, quæ cuiq; fugiendi copia erat, per depressam fossam necessita te cogente subeunt castra. Hector autem uasta cum uociferatione iubebat suos omissis cæsorũ spolijs, ingruere ad naues, inquiens: Quemcunq; alibi uspiam seorsum a nauibus animaduertero, huic ego eodẽ in loco eripiam spiritum, ut ne funeri quidẽ fratres sororesq; possint iusta persoluere, sed canes ante urbẽ nostram eius mẽbra dilanient. Sic locutus terga equorũ ut maturarent ire flagellabat, singulos suorũ ordines appellans. Illi perpetuo ac minabundo in hostes clamore datis habenis iugales equos remittunt, omnesque cum Hectore feriunt. Ante quos tu Apollon aggerẽ circumductum cum muro pedibus proruens in ipsius fossæ mediũ deuoluebas, tantumq; opus nõ difficilius diruens, quàm puer ad crepidinẽ maris ea quæ pueriliter è sabulo struxit iterum manibus & pedibus destruit. Tantumq; uiæ Troianis post Græcorum abs te fugatorum terga munisti, in longum latumq;, quantus est hastæ iactus, cũ quis hoc iussum quantum iaculari potest experitur. Hac uia Troiani duce te cum tua ægide instructa Phalange castris infundũtur, nõ aliter cũ ingenti uociferatione transcendentes murum, quàm in amplissimo pelago, immensi fluctus uẽto incumbente surgentes supra labrum nauis in eius alueũ deferuntur. At Græci nõ prius quàm ad naues inhibita fuga, ibi manentes mutuo se cohortabantur, manus in cœlũ uniuersi tẽdebant, magnoq; eiulatu oĩbus dijs uo-

Troiani rursum in castra Græcorũ irrumpunt.

diis uota faciebant. Et præcipue Nestor, qui sublatis in sublime cœlum manibus huiusmodi uerbis orabat: Iuppiter pater, si quando quis tibi in urbe Argo aut boũ aut ouium pinguia ossa combussit, obsecrans ut illuc ei reuerti liceret, tuq; obsecranti promittens annuisti quæso te Olympie, nostrorum sacrificiorum, nostrarum precum, tuæ sponsionis tibi in memoriam redeat, & a funesto fato nos eripe, nec sinas ab hostibus ita pessundari. Huius preces audiens Iuppiter, uastũ ab alto insonuit, quẽ sonũ Troiani pro se interpretantes ꝓmptiore audacia in Argiuos ire cõtendunt, equosq; ad extremas naues non admouent, sed immittunt. Ibi Troiani pro curribus, Græci pro nauibus (naues enĩ conscenderant) cominus decernebant. Illi quidẽ lanceis, hi uero contis, ferratisq; sudibus: quæ colligatæ ac repositæ erant, tali genus nauali bello accommodatum. Patroclus interea in Eurypyli tentorio, cuius uulnus mollibus medicamẽtis fouerat, tandiu illi assedit, oblectans eum sermonibus, quamdiu circa murum extra naues dimicabatur. At ubi cognouit hostes munitiones transgressos, fugamq; ac ploratum suorum, utraq; manu feriens femur ingemuit, miserans fortunam Græcorum, ad Eurypylumq; flebili uoce inquit: Eurypyle heros, non uacat hic mihi (etsi opus tibi sum) immorari, gliscente maiorem in modum belli tumultu, tecum loco meo famulus confabuletur. Ego festinabo ad Achillẽ, ut eum exhorter ad bellum. Nam quis scit an dæmone uolente, ego potissimum eum inducam?

Nestoris ad Iouem precatio

Troiani naues Græcorum oppugnant

ducam? Efficax est enim sodalis exhortatio. Sic locutus abijt. Interea Græci instātes quidē Troianos haud segniter sustinebant, sed plures ipsi pauciores illos arcere nō poterant, nec Troiani uicissim perruptis Græcorū phalangibus in naues tentoriaq; penetrare. Atq; ita neutris alteros reijcere ualentibus, æqualis erat pugna, ac sic directa acies, ut nō directius faber lignarius, quē Pallas oēm sapientiam eius artis edocuit, naualem trabē ad perpendiculum formet. Et alij quidem Troiani cū alijs Græcis apud alias naues præliabātur Hector autē assidue unū Aiacē petebat, & de eadem naui inter ambos contētio erat, utrumq; nequicq̄ nitentē quod optabat efficere, alterum illam incendere reiecto defensore, alterū ab ea flammas hostemq; arcere. Sed cū arcere nō posset, quippe quē dæmon illuc admouisset, tū Caletoris ignes ad nauem ferentis (is erat consobrinus Hectoris filius Clytij) pectus pilo confodit, cui in humū defluenti fax è manu defluxit. Hunc Hector ante nauem in puluere prostratū intuitus magna uoce ciuibus socijsq; imperauit. Troiani, Dardani, Lycij, nolite pedē referre in hac rerū angustia, ne Caletoris in oppugnatione nauiū spolijs potiantur hostes. Hæc ubi dixit, in Aiacē lanceā torsit, sed homine, nō ictu frustratus est: Nam pro Aiace famulū eius in eadē puppi proxime stantē super aurem percussit, Nomē uiri Lycophron Mastoris filius, qui facto homicidio apud Cytherios, unde erat illinc ꝓfugus, in Aiacis postea cōtubernio fuit. Hunc ubi Aiax

de pup

de puppi prolapsum resupinumq; in puluere atq; exanimem uidit, pculso animo ad fratrē inquit: O mi Teucer. En occidit nobis fidelissimus socius ac contubernalis Lycophron, quē etsi Cytheriū tamen suauissimi parētis loco coluimus: & occidit Hectoris manu. Vbi igitur sunt illæ sagittæ, atq; ille arcus, quo ab Apolline donatus es? Teucer auditis fratris uerbis ad arcum currit. Curuū cū neruo recuruat. Eum cū pharetra gestans ad fratrē recurrit, iuxtaq; stans, propere in hostes sagittas emittit. Et primū quēdam nōie Clitū excipit Pisenoris filiū, uirū sane insignē, Polidamantisq; amicum, aurigamq; illuc intendentem equos, ubi plurimū frequētes cohortes tumultuabātur, quo apud Troianos Hectoremq; hac strenuitate donaretur. Sed repētina morte præuētus est, à qua nemo suorū, quantumlibet properantiū, prohibere potuit, defixa sibi in ceruice Teucri sagitta, Eoq; uulnere relinquētibus habenas manibus, & ē curru defluētibus mēbris, resilierunt equi, inanē rhedam calcibus euerberantes. Quo propere Polidamas cognito, primus se equis obiecit, eosq; tradidit moderandos Astynoo Protiaonis filio, simul iungēs multis uerbis, illos q̄proxime à tergo dn̄i atq; obseruantissime teneret. Postq̄ hæc dedit mandata, iterum primis pugnatoribus immixtus est. Teucer autē alteram sagittam eduxit, qua Hectorem feriret, qua si percußisset, hominē extinxerat. Si extinxisset, defuncti Græci fuerant bello castrensi, quoniam Hector inter Troianos optimam in hostes operam naua-

bat. Sed hoc Iouem non latuit. Is pater Hectorem tutatus est, & Teucrum hac gloria frustratus. Nam dũ ille adaptatam cum neruo sagittam reducit, neruus se fregit, sagittam in obliquum deflexit, arcus ex leua desiliit. Qua de re pauefactus Teucer ad fratrẽ inquit O facinus frater, omnino dæmon nostra consilia peruertit in hoc prælio. Nam & neruum descidit, quem hodie & quidẽ nouum, ut diuino labori par esset, alligaram, et arcũ e manu excussit, Cui respõdens Aiax: O mi Teucer, tu uero sine arcũ istum sagittasq; quiescere, quoniam Deus Græcis inuidens res nostras ꝑturbat, cape scutum & lanceam, contraq; hostem & tu dimica, & socios ad dimicandũ adhortare, ne ꝑ secordiam se ipsos cũ nauibus perdant. Potius omnes pro sua quisq; facultate uirtutem animo proponamus. Sic locuto Aiace: Teucer deposito arcu in tabernaculo, humeris clypeũ quatuor tergorum, capiti fidelẽ galeam indidit, correpta robusto ligno et præacuto ferro lancea, ut cursu abierat, sic cursu rediit, fratriq; præsto fuit. Hector autẽ ut teucrũ destitutum arcu cognouit ciuibus sociisq; magna uoce imperauit, Troiani, Dardaniiq;, ac Lycii, nũc quæso uiri, nũc memores este uirtutis, ut alibi, ita nunc apud naues, arcus enim optimi hostium sagittarii cum sagittis debilitatus est, quod ipse uidi, & debilitatus ab Ioue. Facilis namq; cognitu uirtus est diuinitus hominibus uel erepta uel data, cum deus alteris eximiam gloriam largiri, alteris non modo non largiri, sed etiam quam habent profligari

uult

uult. Id quod inpræsentiarum facit, nobis salutaris, illis infestus. Quo magis pergite frequentes expugnare naues. Quod si quis uel cuspide, uel acie pcussus mortē oppetit, oppetat. Non enim indignum est pugnantem pro patria morte defungi, cum sua morte cætera mala decidantur, remanente incolumi uxore, incolumibus liberis, incolumi domo, incolumi matrimonio, si hostis e nostra in suam terram abscesserit. Talibus dictis aīm accendit, ardoremq; singulorum. Aiax autē econtrario suos & ipse accendebat. Heu pudorē uiri Argiui. Vtrum præstat naues tutari, an excindi cremariq; sinere? Nisi spem forte concipitis, si naues exurat Hector, pedibus uos in patriam esse redituros. Nunquid non ipsum Hectorē uel non uidetis ad exurendas naues incitatum, uel non auditis oēs suos adhortantem? & quo adhortantem? non ad choream, sed ad pugnam. Nobis autē nulla erit consilij sanitas, nulla huius rei cogitatio, melius ne sit aduocatis animi & corporis uiribus cōserere manus, an uno tempore uniuersos occūbere? Itēq; melius ne sit uiuere, an diu p segnitiē intra castra exitiali bello sub hostibus nostro militi imparibus absumi? Huiusmodi uerbis animum accēdit ardoremq; singulorum. Hic duos hostes diuersa ex parte Hector Aiaxq; suum uterq; interemit, Hector Schedium, Aiax Laodamantem: illum Perimedei, hunc Antenoris filiū, illum Phocensiū, hunc Troiani peditatus eximium ducem. Polidamas quoq; interemit Otum Cyllenium magnanimorū Epiorum

principē, Megisq; socium. Quē Meges ipse, ut cōspe xit, in Polidamanta insilijt. sed illo ad ictū incuruante se pronū (Apollo enim Panthum filio noluit orbare) spe, nō ictu deceptus est: nam pro Polidamante Crœsmum in medio pectore confixit. Eumq; cū sonitu collapsum dū spoliat, Dolops uir fortissimus, reiq; militaris sciētissimus, Laomedontis nepos ex patre Lāpo spoliatoris mediā palmā cominus hasta ferit ac perforat, perforaturus etiam corpus, nisi conserta ferro fidelisq;, quam gerebat, lorica restitisset. Eam loricam Megi Phileus pater, Phileo rex Euphetes in Ephyra apud flumē Seleentem hospes hospiti donauerat, ut ei tutamē in armis esset, uicißim Meges Conum Dolopis cū comis puniceo colore fulgentibus hasta ferit, scindit, deijcit. Et cū ille adhuc aduersus hunc pugnare pergit, ecce Menelaus auxilio uenit, cūq; telo stās ex obliquo, ut hominē lateret. sic ipsum telum p humerum transegit, ut ligno tenus à pectore extaret. Eum in ora prolapsum cū ambo ad spoliandū occurrissent, Hector tum cæteros fratres protinus adesse iussit, tū præcipue Menalippum Hicetaonis filium, hominem clarum, qui aliquo tempore procul ab hostibus in Percote pauit armenta, Postq̄ uero Græci cum nauibus appulerunt, reuersus in Troiam apud Priamum diuersabatur, perinde ab eo cultus atq; unus ē filijs, quod uidelicet inter Troianos uirtute præstaret. Hūc Hector nunc ita allocutus est: Siccine Menalippe p nostram secordiam abibit? nec te angit quippiam, φ Dolops

lops patruelis noster uita priuatus est? nec priuatus modo uita est, sed armatura quoq; priuatur. Nõne cernis ut in eo spoliando interfectores occupãtur? Quare sequere me. Neq; enim posthac superest, ut nobiscũ Græci prælictur eminus. Necesse est hic cominus, aut uicti trucidentur, aut uictores ciuitatẽ, urbem, arcem nostrã funditus extinguãt. Sic locutus præcessit. Illeq; deo cuidam similis secutus est. Inuicem Aiax Græcos exhortabatur: O amici estote uiri, & pudor mordeat animum. Habentiũ pudorẽ plures discedunt sospites, q̃ occumbunt. At fugientiũ, sicut nulla gloria existit, sic nulla uis animi corporisq;. Hæc Aiacis dicta socijs sua alioquin sponte pronis ad resistendũ, tamen altius insederunt, animũq; addiderunt. Vallauerunt igitur naues ferreo suorũ corporũ uallo. Contra quos Iuppiter Troianos excitabat. Menelaus autẽ Antilochum ad gnauiter faciendũ his uerbis accendit: Antiloche, nimirũ ex omni iuuentute, neq; in cursu neq; in prælio æquiparandus fueris, si quẽ hostium exiliens telo percusseris. Sub hæc uerba Menelaus retrocessit, Antilochusq; illius instructus uerbis, è prima pugnantiũ acie procurrit, circumq; se oculis lustrãs, licet ad eius ictum subducerent se Troiani, non tamen uanum iaculum misit, nam tibi magnanime Menalippe in præliũ uenienti pectus prope papillã percussit, inq; te cũ ruina corporis armorumq; prostratum, nõ secus accurrit detracturus arma, q̃ leporarius in hinnulũ, quem ut è cubili prodibat, certa uenatoris manus telo afflixit.

Sed non fefellit ista res Hectorem, qui p̄ ipsam aciem currens, infestũ se Antilocho ferebat. Ille & si strenuus bellator, hoste nō expectato refugit, in morem feræ, quæ uel canibus uel bubulco circa boues occiso, fugiendum sibi prius putat, q̃ facto hoīm agmine inuadatur. Idem Hectore atq; Troianis cũ horrisono clamore insequentibus, missiliaq; in tergũ fugientis ingerentibus, ubi cohors aduenit sociorum, conuerso uultu stetit. Troiani uero immanibus leonibus similes ad naues ingruunt, Iouis præcepta peragentes. Ille Troianis robur sedulo suggerebat, Græcis demebat. Ille spiritus acuebat Troianorũ, hebetabat Græcorũ. Ille ex alterorum ignominia, alteris decus conflare decreuerat, & præcipue Hectori, p̄ quē in classē cōiecto igne ardentis nauis flammas suis ipse oculis cerneret: sic demũ Achilli læso, sic Thetidi roganti, sic sibi sponsori credens esse satisfactum. Post illa Troianos à castris in fugam repulsurus, ac propriã Græcis gloriam restituturus. In præsenti autē hoc sentiens, Hectorē ultro incitatũ etiã ualidius instigauit, ut ipsum Martem bellorũ arbitrũ, cum in bello sæuit, esse diceres: et ardentē inflammauit, ut sic inter hostes fureret, ut cũ spissas montani nemoris arbores sæuus ignis inuasit. Spumabant ora, micabant igniti subter torua supcilia oculi, ipsaq; pugnãtis galea terribilē quandã speciem metus puniceis iubis exhibebat. Etenim Iuppiter ei ab æthere auxiliator aderat, unũ inter tot uiros tantis decoribus, unũ singulari gloria augēs, utpote breui futurum

rum in rebus humanis. Admouebatur enim fatalis ei dies, quã Palladis opera sub prævalidis Achillis mani bus erat obiturus. Eapropter ubi plurimũ hostiũ atq; optime armatorũ, ibi maxime urgebat, incumbebat, p- rumpere aciem conabatur, nec tamẽ poterat, hostibus confertim obnitẽtibus, nec magis ad impressionẽ Troianorum cædentibus, q̃ iusta altitudine littoralis cautes cedit ad incursum stridentiũ uentorum insanoriũq; fluctuum, qui ipsis littoribus illiduntur. Tandem Hector, cuius corpus undiq; flammis emicare uidebatur, in hostilem aciem irrupit instar ingentis undæ, quæ procellæ turbine inflata sibilantibus horrendũ in modũ ad armamẽta uentis in nauẽ infunditur, & quantus illius est alueus obruit spuma. Et ut ad talem casum nautis prope præsentem mortem intuentibus corda tremunt, ita tunc Græcis ad Hectoris impetũ contremiscebant. Quem similẽ quoq; diceres truci leoni, qui immensa admodum armenta boum in lætis pratis irriguisq; pascẽtia inuadit sub ignauo pastore, qui nõ callet quẽ bouem à funesto prædone uel eripiat uel defendet. Sed cũ fera in mediã se turbam sp immergat, ille ad primos aut ad postremos semper emergit. Ita quemadmodum illæ pecudes trepidam in fugam à leone dissipantur, sic Græci oẽs ab Hectore atq; à patre Ioue consternati fugæ se mandant, quorũ unus interfectus est tantum, Periphetes Mycenei Coprei filius, illius, qui legatione fungebatur Eurystei ad magnanimum Herculem, melioris multo filij pater quàm ipse

extitis-

extitisset. Nec solum multo melior patre Periphetes erat, sed oĩs uirtutis numeros habens: idem pnicitate, idem bellandi usu, idẽ prudentia (ut inter Mycenæos) egregius. Cuius exitus egregiã Hectori gloriã dedit. Siquidẽ in fugã uersi pes ita offendit in oram clypei, quẽ reiectum tergo ferebat ad talos usq; demissum: ut resupinũ sterneret cum magno sonitu cassidis solo impactæ. Ita magnitudo clypei, quæ ad tutelã hominis erat, causam mortis attulit. Quod Hector ubi cognouit (cognouit autẽ protinus) aduolans iacenti astitit, lanceãq; superne in aduerso pectore defixit: spiritũq; dempsit, Et quidẽ iuxta socios, quorum nemo, ut q sibi ipsis ab Hectore timerent, auxiliũ ferre ausus est. Iã ad naues, quæ primæ subductæ erant, repellũtur. Iam inter subterq; eas fundũtur. Iam ab ipsis hoste instãte submouentur, ac demũ pro tentorijs fugã sistunt, confertiq; pmanent: nõ ausi latius instruere aciẽ, sed inter pudorẽ metumq; se inuicẽ omni ratione adhortantes. Et præcipue Nestor Græci nois columen, q singulos appellans, sua cuiq; pignora allegabat, inquiens: O socij estote uiri, subijcite uobis aĩo, apud alios hoĩes huius facti dedecus, si ignaui fueritis: decus, si strenui. Subeat unicuiq; uestrũ memoria facultatum, filiorum, uxorum, parentum, seu habetis hæc, seu amisistis. Per ego absentes illos pro absentibus uos oro, supplicoq;, fortiter stetis, nec p timorẽ terga uertatis. Hæc memorans aĩm accendebat, ardorẽq; singulorum. Pallas autẽ ab eorũ oculis, ut dea caliginosam sustulit nubẽ,

per

per quod illi noua quadam affulgente luce in utramq; partē oculos immiserunt, in locū, qui est ante naues, in locū certaminis. Cernuntq; Hectorē atq; Troianos quorum quidē aliqui longius aberant, & à pugnando uacabant, alij uero ad naues præliū conserebāt. Neq; uero Aiacis pectori tantū iam inerat robur, ut unde cæteri fuga dilapsi erant, ibi unus ipse persisteret Sed ferratam trabē contumue naualē duorum & uiginti cubitorū manibus moliens, p amplustra nūc huc nūc illuc grādioribus passibus discurrebat, perito sane eq̄soni similis, q insidens equo p spatiosam uiā & pinde frequentē populo urbē uersus ē campo quattuor equos ē pluribus lectos agit, insequens currentes, in tergisq; assidue hærens, & prout quēq; uel parū cessare conspicit inuadens, ut prope uolare ante se cogat cū plurimorū utriusq; sexus admiratione. Inter hanc discursationem Aiax sine fine uociferabatur, uocibus in cœlum usq; cedentibus, iubēs socios naues tentoriaq; tutari. Hector autē non in medio suorū uersabatur. Sed quemadmodū acerrima uolucrū aquila in turbam aut anserum aut gruum aut cygnorum p uicina fluminibus loca pascentiū adoritur: sic Hector in oppositam nauem ferebatur pergrandi ipsius Iouis dextra à tergo impulsus, sequente mox manu sociorū ab eodē Ioue animata. Atq; hic quoq; circa naues iterum acerrimū renouatū est prælium. Crederes recentibus eos uiribus, non exhaustis concurrere. Sic ferociter in pugnā itum est, Græcis quidē desperantibus præsens exitium

posse

posse uitare, Troianis autem ad unum omnibus se simul cremare naues, simul hostē mactare sperantibus Ita dissimili ex causa simili ferocitate pugnabant: sed præcipue ac pene cuncti ad unā Prothesilai nauem, atq; de ipsa naui, inter alias, ut ueloci, ita conspicua, qua heros ille ad Troiā uectus est, non tamen iterū ad terram patriā reuectus. Nam eius puppim cū prehen disset Hector, non iā sagittis missilibusq;, sed collato cominus pede, Græcus Troianusq;, mucronibus, pilis, uerutis, securibus, bipennibus, rem agebat. Cerneres multis è manibus enses sanguinantes excuti, ex multis humeris amputato baltheo cū uagina decidere, cruorē p humum fluere, Hectorem semel arreptæ puppis possessionem, anteq̄ incendat, nolle remittere, ac suos tali oratione excitare, Ferte ignē oīm pariter clamore sublato. Hic est ille dies, quē uobis Iuppiter dedit, dignū superiorum temporū ærumnis, quo uicē arreptæ cladis reddamus hostibus, incensa eorum classe, qua aduersis Dijs huc profecti sunt, in magnā quidem reipub. nostræ calamitatē. Sed hoc tamen nostrorū culpa senatuum, qui me ad has extremas naues uolentem pugnare retinuerunt, & ciues mecū uenire uetuerunt. Verū sic tunc Iuppiter nobis eripuit mentē animumq; nunc dat atq; addit, & nos ultro impellit. Sic locuto Hectore, Troiani in Græcos magis ingruunt. Ideo iā Aiax pstare non poterat, ita telis obruebatur. Igitur pro certo habens interfectū se iri, relictis amplustris, retro paulū concessit, & sup subselliū septem pedum institit,

institit, atq; illic obseruans, quicunq; admoueret ignem, sedulo eum lancea arcebat, perpetua clamoris acrimonia socios ad ferendam nauibus opem adhortans: O socij Heroes, O Danij, *cultores* Martis, *este uiri, este uirtutis memores. An speramus uel aliā nobis à tergo subsidiariam aciem, uel alium tutorem, q̃ hic noster est, murum, qui nos fugientes tutari queat? Nulla nobis est uicina urbs, in cuius uel ciuibus uel turribus murisq;, qui hostem repellant, spem reponamus. In aliena terra sumus, longe à patria, in campo hostili, hinc ipsius hostibus armatis, hinc mari claudente: ut sciatis in manu spem esse sitam, non in remissione belli. Atque ita accendens socios, infesta lancea compescebat, quisquis hostium propius ignem inferret gratificaturus* Hectori, *ad hoc ipsum eos adhortanti, quorum duodecim ibi ante nauem, ut conabatur subijcere flammam, subinde confodit.*

Finis Libri Decimiquinti.

¶ Ausonij poetæ, in. XVI. Homeri Iliados librum Argumentum.

Dum face, dum ferro celsam oppugnare carinam
Troes, & Argolici pergunt defendere reges.

¶ Achilles Græcorū statum iam sub extrema sorte miseratur, Armis suis Patroclum permittit armari. Qui cum Myrmidonum produxisset exercitū, consternatosq; Troianos Achillis specie fefellisset, ruentes supra vallum, & inuicē effugientes, cæco pauore vsq; ad campi aperta cōpellit. Deinde cō gressus Sarpedonē perimit: multisq; hostiū cæsis, ipse ab Hectore interficitur, prius ab Euphorbo vulneratus.

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Decimussextus.

Achilles cũ Patroclo.

DVM hunc in modũ ad Prothesilai nauem decernitur, Patroclus Achilli præsto fuit, decurrentibus per ora lachrymis instar fontani humoris ex abdita petra scaturientis, & per excelsam rupem manantis in terrã. Quem Achilles cũ uidisset miserans ultro sic affatus est: Quid ita lachrymaris Patrocle, sicut paruula puella, quæ apprehenso manu pallio matris, & flentibus in eam oculis intuẽs, cum currente currit, & properantem distinet, ut in amplexum tollatur efflagitans? Nam quid tibi cũ tanta lachrymarũ ui? Num quid uel Myrmidonibus aliquid accidit, uel ipsi mihi, eiusq; rei tu solus ex Phthia nuncium accepisti? Certe duo quorũ obitus utriq; nostrum præcipue luctuosus esset, sospites sunt, Menœtius pater tuus, & Peleus pater meus, cũ Myrmidonibus, ut aiunt. An forte uicẽ miseraris horum, q apud naues profligãtur, luentes hac clade iniustitiã suam? Æde quicquid est, nec me de ista re celes: ut quod unus scis, ambo sciamus. Ad quẽ Patroclus alto suspirio gemens: O Pelides inquit Græcorum multo fortissime, parce quæso maledictis, parce incusationi illorũ in tã flebili conditione rerum. Optimi enim quiq; ex oĩ exercitu in tentorijs iacent, cæsim punctimue saucij. Saucius est Diomedes, saucius Vlysses, saucius Agamemnon,

non, saucius etiam in femore Eurypylus. Quorũ uulneribus fouendis sedula medicorũ ministeria incumbunt. Et *adhuc tu implacabilis perstas, & istã qualis à me procul absit, acerbitatẽ animi seruas?* O *uir ex ipsa uirtute trux, atq; alijs nocens, quotusquisq; nõ modo eorũ qui nunc sunt, sed qui postea erunt, usum tui percipere, aut poterit, aut debebit, aut uolet, si nunc à* Græcis *indignum exitium nõ propulsaueris? immitis profecto cum tã inhumana feritas ingenio tuo insit: nõ tibi* Peleus, *sed inaccessus scopulus pater: non dea* Thetis, *sed ipsa spumantis maris unda mater est.* Quđ *si quã religionẽ aut aliquod* Iouis *oraculum p matrem renunciatum causaris, me saltem in aciem mittas, concessa mihi tua armatura, tuoq; milite, ut aliqua salus efficiar nostris, si forte specie tui cõterritus* Troianus *facessat, &* Græcus *respiret pene cõsumptus, ac refocilletur.* Refocillari *enĩ à pugna sufficit breui momento.* Nam *integros ac recentes facile est uel ipso clamore hostẽ à castris ad sua mœnia repellere.* Hæc Patroclus, *& quidẽ precabundus (*Ah *demens, hinc enĩ sibi causa infœlicis fati ac tristis exitus fluxit) ad quẽ* Achilles *uehemẽter turbatus:* Hei *mihi inquit mi* Patrocle, *quid elocutus es?* Equidem *neq; religio aliqua me, neq; oraculũ à matre renunciatũ, quod nullũ est, sed magnus irarũ æstus retinet, reputantem, quæ passus sum, & quæ feci.* Etenim *ita natura comparatum est, ut prorsus indigne feramus, ac uehemẽtissime conturbemur, quoties quis hoc ipso quod antecellit po-*

testate, alium præmio fraudare uult, præsertim parē genere, uirtute, cōditione, fama: quod in me fecit Agamemnon, prærepta mihi puella, pro qua tantū laboris exhauserā, cuius patriā mœnibus inclytam expugnaueram, subuerteramq;, quam mihi honoris gratia con sensus omnis exercitus elegerat, nec tantum prærepta, sed e manibus erepta: nec tantum ab eo q sum, sed tanq̃ ab ignobili quodam atq; peregrino. Cæterū quæ hactenus acta sunt omittamus. Neq; enī par est perennem animo seruare indignationem, & eam ego deponere constitueram, sed non prius tamen q̃ ad naues meas clamor bellumq; peruasisset. Tu uero, quod superest, indue tibi mea arma, ac ducem inter Myrmidonas age: & ipsos pugnare cupientes, Iam enim corona Troianorum uelut nubes naues circūsistit Græcis ad oram littoris, id est, mortis redactis, & uix hoc ipsum exiguum extimentibus. Ita magis ac magis audacia hostibus increscit. Videlicet nō uident propius radiantem galeæ meæ frontem. Fuisset æquus in me Agamemnon, protinus ipsorum cadaueribus fluuios opplessem. Nunc uictores p omnem planitiē nostrorum terga cædentes in ipsis castris concluserunt. Ita ut non de uictoria nostri, sed de uita dimicent. Neq; enim ipsis periclitātibus. ferox Diomedis dextra præsens exitium arcet, nō hortantis Agamemnonis, inuisi mibi capitis exaudiunt uocem: sed homicidæ Hectoris suos incitantis audiunt, & cōtremiscunt. Nec Hectoris tantū uocem, sed uictricem etiam circumfusorū

hostium

hostium uociferationem. Nibil tamen minus tu Patro
cle irrue in hostes strenue,ut uindices ab incēdio na
ues,ne illis absumptis erepta sit eis facultas in dulcē
patriam reuertendi. Illud autē tibi aio proponas effi-
ciendum,quod tibi mādo,cuius hæc summa est,ut mihi
insignem gloriam atq; insigne præmiū pares apud cæ
teros Græcos,à quibus mea Briseida reddetur,& in-
super amplissima munera dabuntur,reiecto à nauibus
p te hoste. Quod si magnus Iunonis maritus annuerit
prospero te defungi euentu.sis hoc cōtentus,ne te aut
cupido dimicandi,aut dulcedo uictoriæ exultantē,&
hærentem in tergis hostiū ad urbem prouehat,p quod
& mihi absenti ignominiā,& tibi ipsi periculū crees
si quis immortalium deorum ab Olympo descenderit,
(sunt enim Troiani mirum in modum cordi Phœbo)
quare cum eos à castris repuleris,seruatis à peste na
uibus, finito in ipsis campis utrosq; pugnare. Quod
utinam tu Iuppiter pater, & tu Pallas, & tu Apol
lon uelitis, ut nemo prorsus neque hostium neque no
strorum fugiat mortem, præter nos duos, ut soli sup-
stites alma urbe hac cum fœminis gazáq; potiamur.
Interea cum hæc inter se Patroclus & Achilles elo
quuntur, Aiax iam perstare non poterat:sic eum &
uis Iouis domabat, & fortes Troiani missilibus ob
ruebant. Crepitabat horrendum assiduis ictibus ga-
lea, conus ipse cum decoris cristis sine fine quatieba-
tur,dexter humerus erat sustinendo semper scuto de-
fessus,oēs artus sudoribus manabant, laborabat irre-

quieto anhelitu anima, cum nulla laxandi spiritus copia fieret, undiq; malis alijs sup alia increbrescētibus, quod circūsistentes Troiani p se quisq; loco eū subducere annitebātur, nec tn̄ poterāt. Hoc loco uos musæ inuoco, cœlestia tecta incolentes, ut mecū dicatis, quis primus Troianorū ignē Græcorū nauibus iniecerit. Hector propius accedēs stansq; ex aduerso, ingentem illā, quā Aiax moliebatur, lanceā secundū cuspidē ingenti gladio feriens amputauit, quod fragmentū longius uolās cū tremitu decidit. Aiax nihilominus curtam lanceā uersabat, quā ubi præcisam esse cognouit, cōterritus est, & ut erat prudens, opus deorū, id est, Iouis, agnouit, destinatum aīo habētis Troianis indulgere uictoriā, cæterorū deorum consilijs, q partes iuuare uellent, cohercitis. Atq; ita se ab imbre missiliū subduxit. Tunc hostes ignē in nauē impune cōijciunt, q statim cōcepta flamma efferri cœpit. Cum autē puppim iā ignis ambureret, Achilles pcusso manu femore ad sociū inquit: Molire te generose Patrocle. En ad naues cerno globos leuari flammarū. Ito, ne hostis cō cremet classem, neue nostris nulla sit postea fugiendi facultas. Indue tu tibi festinanter arma, dū ego Myrmidonas cogā. si qua salus periclitantibus Græcis fias

Ignis nauibus Græcorū inijcitur et naues incenduntur.

Hæc locuto, Patroclus sibi arma circūdedit, ac tibialia sibi primo induit argenteis loris circa talos facta, tum thoracē illum discolorē ac sidereū, dehinc ensem argenteo capulo, clypeumq; ut grandē, grauem, humeris accommobat, deinde capiti galeā indidit supbam

Patroclus armatur p̄liturus cōtra Troianos.

cristis

cristis ex equina iuba cōcinnatis, quæ ad motū ipsum uidebatur horrendū quiddam annuere. Postremo duas dextra ualida lanceas sumit, quas cōmode tractare posset. Nam Peliada ex omni armatura Achillis solam nō cepit, proceram, crassam, ac grauiorem q̃ aut ipse tractaret, aut Græcorū alius præter unum Achillem, quam Chiron ex orno in Pelio monte fabricatus Peleo donauerat heroum interemptricem. Patroclo se armante, Automedon ab eo iußus propere iungere equos Achillis, mandata exequebatur, uir illis in prælijs spectatißimus, nec ad hostiles minas horrere solitus. Quē Patroclus præcipue & in secūdo ab Achille honoris loco habebat. Hic ubi bigam iugalibus eqs instruxit, quorū alteri nomen erat Xantho, alteri Balio, tertium extremo capistro applicauit nomine Pedasum, quē Achilles, euersa p se Eetionis urbe, ut egregium asportauerat mortalē ipsum, equorū tamen immortalium comitē. Siquidem ambos hos mater nomine Podagre inter equas rapidissima, cū in uerno prato pasceret, ad oceanū ex zephyro genuit. Eoq; ipsos uentos unde originē trahebant cursu & quasi uolatu æquabant. Achilles autē hostiatim singula sociorum contubernia adiens, ut armarentur effecerat: id quod ipsi cupierant, similes lupis quorum immanis audaciæ uis naturæ est, cum eximiū magnitudine ac cornibus ceruum in monte consecuti laniant, imbuentes tota rostra sanguine, tum petito gregatim fonte linguam ex imo palato exerentes, & aquā nitidam & os cruentū

Equorum Achillis nomina

 lambunt,

lambunt, repletoq; uentre pectoris animositas uiget. Hmõi lupis similes cũ cæteri Myrmidones, tũ præcipue principes undiq; ad magnanimũ Achillis famulũ cõfluebãt, ipso Achille singulos urgẽte, ut seq; equosq; inexpedito hinc maturarẽt. Eniuero quinquaginta naues suæ erant, qbus ad Troiã nauigauerat, cum quinquagenis singulæ remigibus eisdẽq; comitibus. Eos in quinq; ordines distribuerat cum totidẽ ducibus, quos præstantissimos atq; idoneos nosset ad imperandum. Summa tamen penes se erat ut ducẽ lõge præcipuũ. Primum ordinem ducebat Menesteus Pelei nepos ex formosa filia Polydora, qua Sperchius perennis fluuij deus cõpressa hunc genuerat, licet Borus Perieris filius pater diceretur, qđ is Polydorã multis à se donatam sponsalibus donis propalã in matrimoniũ duxisset. Secundum ducebat Eudorus pulchra Polymela matre, & si famæ credimus, uirgine: certe in ipso choro uirginũ genitus. Hanc Mercurius in Dianæ nympharumq; modulantiũ choro cum uidisset, adamauit, statimq; cũ in cœnaculum cõscendisset liberũ arbitris locum, illic cum puella rem habuit, grauidamq; fecit. Quæ exactis mensibus, interim ipsa luce atque inter æquales ædidit partum. Eadem postea illustri uiro Echecleo Actoris filio nupsit, immẽsis à uiro nuptialibus donis aucta. Cuius senior pater Phylas peræque nepotẽ aluit, erudiuit, amplexus est, acsi deo, ut erat, genitus esset, q adultus, & cursu & re militari strennuus euasit. Tertiũ ducebat Pisander oĩm Myrmidonũ

excepto Patroclo utenda lancea in bello præstantissimus. Quartũ senior Phœnix. Quintũ eximius Alcimedon Laercis filius. Postea uero q̃ hunc in modum Achilles sub suo quęq; duce ordines rite digessisset, acre eis in hæc uerba præceptum dedit: Myrmidones nemo mihi è uobis minarũ, quibus ex hoc loco in Troianos efferebamini, nemo inuidiæ obliuiscatur, quã mihi toto irarũ tempore faciebatis. Dure Pelides & intractabilis, nec lacte materno, sed iracũdia alite, quid inuitos socios apud tẽtoria retines? quin igitur reuertimur in patriã, quandoquidẽ infanda ista tibi iracundia insedit? Tali me inuidia frequentes atq; uniuersi premebatis. En nũc affulsit occasio, & quidẽ talis, ut quam optatis bonã operam nauare poßitis. Is ergo cui præsens aĩus est, in hoc certamine cõtra Troianos uolo declaret. Sic locutus aĩm accendit, ardorẽq; singulorum tũ oratione tũ regia autoritate. Nã eo studiosius cateruæ ipsæ sese addensarũt, & ut in ædificanda excelsa domo, quæ incursibus uentorũ par sit, structor parietis ipsos lapides coaugmentat, sic ijdem stipati erant, atq; ita conglutinati, ut scutum scuto, clypeus clypeo, lancea lanceæ, uir uiro cohæresceret, & prope inniteretur, ipsis etiã minacibus cristis subter fulgentes galeas sese cõtingentibus, duobus in eodem curru ituris, & eandẽ mentẽ habentibus. Ante alios dimicandi Patroclo & Automedonte in conspectu omniũ se armantibus. Achilles uero ab illis recedens tabernaculũ ingressus est, arcamq; aperuit, quam ma-

ter Thetis in naui transfretaturi filij posuerat, referta tunicis chlænisq; aduersus iniuriā uentorū, atq; uillosis tapetis, ubi erat ei repositus scyphus raræ pulchritudinis exactissimiq; artificij, in quo neq; alius quispiam uinum potabat, nisi Achilles: neq; hic sibi sed dijs nec alijs dijs q̃ uni Ioui libabat. Hunc ex arca prolatum Achilles primum purgauit, deinde liquida profluentis aqua abluit. Tum lotis manibus uinū hausit, stansq; in medio impluuio, & ad cœlū suspiciens libauit, ac Iouē quem hæc nō latebāt, hac oratione cōprecatus est: Iuppiter Pelasgice ac Dodonæe, q è longinqua hinc Dodona, ubi præsides habitasq;, sortitus es nomen, circa quā tui sacerdotes solo incubāt pedibus semp illotis, ac semp in nudo humo pro cubili iacentes Si quando mea orantis uota exaudisti, magno supplicio in honorem mei afficiens Græcos, huic quoq; adsis uoto te oro, qui & si non prodeo ipse in præliū, tamen loco meo sodalē cum Myrmidonū copijs mitto. Ei quæso magne Iuppiter da gloriose pfungi hodierna expeditione atq; militia, inspirans illius animo uigorē, ut Hector intelligat nostrum famulum ex oībus unū gnarū esse bellandi, & tunc inexpugnabilē uirū rū, cū ego in acie uersor. Atq; eū cū à nauibus periculū pugnāq; submouerit, huc ad me cū armis socijsq; omnibus redire incolumen. Et ita Achilles preces pegit, quibus auditis Iuppiter alterum quidem annuit, alterum uero abnuit. Nam ut periculum à nauibus pugnamq; submoueret, dedit: ut illuc à prælio rediret incolumis

columnis nō dedit. Ille post libamina precationemq; in tabernaculū regressus, scyphū in arca reposuit. Tum egressus ante tentoriū stetit, cupidus adhuc inspectādi aciē, ambarū partiū pugnam. Myrmidones autē cū magnanimo Patroclo, *ut erant & ferro & aīo armati, cōstiterant, dū in* Troianos *irrūperent. Tum facta ex ipsorū statione prodeūdi copia, protinus effunduntur, uespis similes, quas propter uiam domicilia habentes pueri, qua sunt puerilitate, proterue irritare, uexareq;, ac plures trucidare cōsueuerunt: nam si qs uiator illac iter ingrediēs eas p imprudentiam cōmouerit, tunc illæ exulcerato aīo ē tectis euolant, incursantesq; in hoīem grassantur, sollicite pro salute filiorum* Hac *mēte, hoc animo, hac spe* Myrmidones, *atq; cum horrēda uociferatione prorumpunt.* Quos Patroclus *ingēti uoce his uerbis adhortatus est:* O Myrmidones, *amici* Achillisq; *socij, este uiri, atq; uiuidæ uirtutis memores, ut illū absentē, cuius uirtus longe inter oēs est eminētissima, honoremus, tanq̄ & ipsi secundū ducē nostrū fortissimi cæterorū* Græcorū, *atq; suam offensam agnoscat* Agamēnon, *q hunc* Græci *noīs columē nihili fecit.* Hæc *dicēs aīm accēdit, ardorēq; singulorum.* Atq; *ita armati, densati, clamantes, alijs* Græcis *horrisona uoce cōclamantibus, in* Troianos *irrūpunt.* Illi *conspecto* Patroclo *cū agitatore decora armatura fulgētibus, rati ipsum* Achillem *adesse, deposita simultate recōciliatum, pturbantur animo, ordines soluunt, ac sibi quisq; circumspicit, qua fugiat mortē.* At

Patroclus in medium irruens, ubi plurima manus hoim tumultuabatur, circa puppim illam incensam, primus intorto iaculo dextrũ humerũ cõfodit Pyræchmis, sub quo duce egregij Pæones ex Amydone urbe, & late fluĕte Axio uenerant. Ille edito gemitu supinus cõcidit. Comites, q circumfusi erant, uiso duce, q inter eos erat longe fortissimus occiso, pculsi timore dissipantur. Patroclus & his & alijs cũ a cæteris nauibus, tũ uero ab incensa & semiusta fugatis, ignẽ restinguit, eáq; relicta, in alios fertur, exorto immenso tam horũ q illorũ, sed dissimili tumultu: Troianorũ quidẽ trepidantiũ: Græcorũ uero ad naues emergentiũ. Et qualiter editissimũ in alpibus cacumẽ a grauido nymbo, quo obsitũ erat Ioue purgante reseratur, cunctiq; reiecti colles, cõualles, et prominentes montiũ uertices patent, oẽsq; a cœlo deorsum liquidi ætheris tractus nitẽt, taliter Græcorũ animi renituerunt, ac paulisp relaxati sunt, submoto hostili igni, intermissaq; psecutione atq; pugna. Neq; enim Troiani dato tergo a nauibus se pripiebant, sed aduersa adhuc frõte pstabant nec nisi coacti submouebantur. Ibi sicut erant dispersi Græcorũ principes suum sibi quisq; hostẽ interimit. Sed oĩm primus Patroclus, qui protinus Areilyci se auertẽtis lancea femur, confracto etiã osse, traiecit, & ipso ictu pronũ moribundumq; pstrauit. Menelaus nudatũ Thoantis pectus telo præter scutũ immisso pcussit, hoiemq; occidit. Meges Amphiclũ in fugam uersum insequens iaculo est assecutus subter poplitẽ

infixo

infixo, ubi plurimum medullarum hoīm est, discissisq; tibiæ neruis, tenebræ oculos Amphiclo clauserūt. Duo Nestoris filij Antilochus & Thrasymedes totidem Amisodari filios suū quemq; obtruncarūt. Noīa horū erant Atymnius & Maris, uterq; uir egregius ac bellator, dijq; Sarpedonis comites, quorū pater Chimeræ indomito monstro & multorū hoīm pesti cibos ministrauerat. Horum fratrū Atymnium Antilochus ita pcussit, ut uterū lanceæ cuspis perforaret. Cuius in os collapsi uicē indignatus frater accurrens, & ante iacentē stans, in interfectorē telum librabat. Sed occupato Thrasymedes ictu nec frustrato, brachiū, ubi lacerto cōmittitur, cominus telo percussit, ossa cōtudit, medullasq; effudit. Quo uulnere Maris claudentibus oculos tenebris moribundus corruit. Ita duo fratres a duobus fratribus simul interfecti sunt. simulq; iacentibus cadaueribus animæ simul ad erebum cōmigrarunt. Cleobolum in ipso tumultu implicitum Aiax Oïleus uiuum.i. ante plagam irruens cœpit, sed nō tamē uicturum, quippe receptū intima ceruice Aiacis gladium sanguine suo calefaciens frigida morte solutus est. Peneleus ac Lycon infestis lanceis concurrentes uterq; ictum nō in hostē fuderunt, sed in uentū effuderunt. Iterum strictis gladijs concurrentes, Lycon quidē ex huiusmodi galea equinas iubas excussit, sed & gladium fregit, Peneleus uero collum subter aurē gladio hausit, atq; ita amputauit, ut sola delabens caput cute penderet, statimq; secundo succumbentibus
cruribus

cruribus Lycon extinctus est. Meriones fugient Acamanti, iamiamq́; currũ ascendẽti, celeritate pedũ assecutus dextrũ humerum confixit: quo ictu ille, ut erat ascendẽs, obortis ad lumina tenebris è curru defluxit atq; ut hunc auersum Meriones, sic Erymantẽ aduersum Idomeneus occidit, directo in os telo, quo telo discussis dẽtibus, laceratisq́; ossibus subter cerebrũ in cõtrariam partẽ transacto. Erymantes ꝑ hians os, perq́; nares sanguinẽ spirans, sanguinantibus etiam oculis sed & mortifera nocte caligantibus, exanimatus est. Et hi sunt quos è Troianis principes Græci interemerunt. Atq; ut uoraces natura lupi ouiũ caprarumq́; greges pastoris uecordia palantes in collibus nacti ꝓtinus inuadũt, sed agnos hedosq́; præcipue, quos inter miseras matres querunt, atq́; subter illas sese occultãtes trepidosq; inueniũt, rapiunt, laniant. Sic Græci in Troianos ingruẽtes ꝑterritos, lymphatos, ac fugæ magis memores q̃ uirtutis, & ut nubes ex olympo in cœlum ꝑ diũ æthera procedit, cũ Iuppiter ꝓcellam molitur: sic fuga fiebat a nauibus, clamorq; Troianorũ reuertentiũ indecore qua uenerant. Aiax autẽ magnus in unũ Hectorẽ infesto iaculo usq; ferebatur. Ille ubi fortunam belli intellexit esse cõuersam, ut erat rei bellicæ gnarus, reiecto post tergum scuto aduersus tela tamẽ aliquandiu manserat, dũ necessitudines suas a periculo eriperet. Postea cõscenso curru sibi quoq; fuga cõsuluerat, relictis alijs, quos in altũ depressa castrẽsis fossa exire uolẽtes intercludebat, multos equi abrupta

pta prima temonis parte in fossa cum curribus relinquebant. Qui cũ effusi semel e nauibus tẽtorijsq; sunt atq; dispersi, perpetuo clamore plenis uijs, leuata in altum ac uolitante, q̃ ipsorũ equi pedibus rotisq; reddebant, puluerea nube, urbẽ uersus redire cõtendunt, Patroclo præcipue in tergis hærente (pessime enim in illos consultũ uolebat) & ubi maxime tumultuãtes confertosq; cernebat, illuc tendẽte, ac suos hortante ad insequendũ, & hostibus insultante. Ante quẽ multi illorũ proni è redis corruebant, multæ cellæ curru les cũ stridore trahebantur, equis Troianis q̃ effusissimo poterant cursu properantibus, ut nõ aliter terra perstreperet, q̃ cũ Iuppiter aliquo autũnali die præcipitẽ imbrẽ, quo oĩa inundentur excitata tempestate demittit, irascẽs in hoĩes, qui contempta deorũ religione, uirulẽtas leges ad populũ ferunt, ac iudicia de foro explodunt. Tunc enim in eorũ agro ad hanc pluuiã oĩa flumina plenis alueis fluunt, & ex montibus plurimi cũ insueto fragore torrẽtes, depressis humi uoraginibus clamoribusq; deuoluti cũ fœda operũ agrestium clade in mare excurrerunt. At Patroclus citatis equis transgressus fossam, ad primos fugientium ꝓcurrit, optans speransq; configere Hectorẽ, quẽ nõ adeptus (nam eum fuga equorum abstulerat) longius ipsos procedere primos inhibebat, ac retro in contrariam fugam ad castra propellebat. Qui locus inter urbem fluuiũq; ad castra medius erat, ubi multos ex illis in fuga aggressus obtruncabat, sumẽs eorum quæ in

Græcos admiserant, supplicium. Quorum primus fuit Pronous, cui nō tectum clypeo pectus lancea confodit, linquēteq; eū aīo cū ruina prostrauit. Secundo loco inuadit Thestora Enopis filiū, qui metu pterritus contractis manibus in sella sedebat derelictis habenis. Huic ppius stans dexteram malam cū dextera maxillа traiecit. Et qualiter quis in pminente cote sedens e mari indigenam piscē hamo ad filū appenso exterius trahit, sic ille ē sella hominē ridicula specie protraxit Quē cū excussisset, humi collapsum uita defecit. Post hunc aggressus Eryalū mediā eius casidē ita pcussit saxo, ut toto capite bifariam dispersо, Eryalus in ora cōcidens subito uitam efflaret. Deinceps obtruncat Erymantē, Amphoterū, Epaltē, Tlepolemū Damestoris filiū, Echiū, Pyrrhem, Iphеū, Enippū, et Polymelū Argeæ filiū. Hos cū uidisset prostratos Sarpedon (ut erant socij ac sui) cōuersus ad alios, his eos uerbis est adhortatus: O dedecus Lycij, nunc uos mihi celeres estis. Ego certe huic uiro occurrā, ut intelligam, q̄ ualidus est, q tantum calamitatis intulit Troianis, tantamq; de tam egregijs socijs stragē fecit. Hæc locutus in terram, ut erat armatus de curru desilijt, Quo conspecto Patroclus itidē fecit, amboq; cum clamore non aliter infesti concurrerunt, q̄ in edita petra totidem uultures stridulo clangore præliantur. Eos inspiciēs Iuppiter misericordia tactus ad uxorē eandēq; sororem inquit: Heu me Iuno. En triste fatum Sarpedonē meū uocat ad mortem sibi p Patroclum afferendam.

Vnde in ancipiti sententia nutat animus, utrum eum luctuosa e pugna subtractũ reddam suæ patriæ suisq́; ciuibus, an sub manibus Patrocli defungi morte pmittam. Cui Iuno grandibus oculis ut Minerua cæsijs seu glaucis prædita, respõdit: Augustissime Iuppiter, quisnam tibi excidit ex ore sermo? Mortalẽ ne tu aliquem ab ipsis cõtinuo natalibus morti destinatũ rursus uis a cõditione mortalitatis eximere? Sed age ut libet, non tamẽ nos oẽs cæteri dei tibi acquiescemus. Hoc autem tibi dixisse uoluerim, qđ tu imis sensibus manda. Si uiuum Sarpedonẽ ad penates mittere consilium tibi est, illud quoq; necessario cogites, ne q postea dij, q filios in hoc bello habent (& hi multi sunt) uelint & ipsi suos a morte subducere, ne alioquin grauiter tibi ex hac offensione succenseant. Quod si tibi cordi hic est, eiusq́; te patrẽ miseret, finito hoĩem sub Patroclo bone sta morte defungi, deinde tã diu defunctũ ac sup terrã esse, donec te mittẽte, in patriam Lyciam cõportetur, ubi fratres, propinqui, necessarij ciues funeri iusta psoluent, monumentumq́; cum titulis extruent. Hic enĩ suus est honos defunctorum. Sic locutæ Iunoni nõ refragatus deorum atq́; hominum pater cruentas stillas ab alto tanquam pluuiam deiecit in honorem filij longe a patria apud Troiæ campos sub hostili manu ferroque perituri. Illi igitur postquam alter in alterum uadentes uicini fuerunt, Patroclus prior inclytum uirum & spectatum Sarpedonis famulum Thrasymedem telo sub extremo uentre percussit pa-

riter

riter & extinxit. Secundo loco Sarpedon lanceam di rectam in Patroclũ nõ directe cõtorsit, sed pro hoste Pedasi, q erat tertius equus dexterum humerũ fixit, quo lætalẽ dolorẽ grauibus gemitibus & quasi mugitibus testante, atq; in puluerẽ lapso, animus euolauit e corpore. Eius ruina turbati reliqui equi, in diuersum abire cœperũt. stridẽte iã iugo, habenisq; amborum se implicantibus. Quod impedimentũ eximius Automedon nõ differendũ ratus ita expediuit, educto ense insurgẽs iacentẽ Pedasum amputauit. Atq; deinde alij equi in locũ reuersi in officio fuerunt. Iterũ ambo heroes infestis tælis, infestioribus passibus, infestissimis animis se petiuerunt, Et Sarpedonis quidẽ tælum sine ictu e manu prosilijt, sinistrum hostis supuolans humerum. Sed nõ ita Patrocli, qui posterior tælo emisso nõ modo ictu sed optato potitus est, perforato Sarpedonis pectore precordiorũ tenus, qua cor ubi sensus cinguntur est atq; anima. Eo uulnere Sarpedon ueluti pcera quædam in mõtibus quercus, populusue, aut pinus quam fabri carinæ destinatam ceciderunt, ante equos currumq; defluxit. Et quantus erat in puluere iacuit, puluerẽ ipsum cruentũ moribundus manibus stringens, ac lamentans instar rugientis. Et ut magnanimus Taurus ualidusq;, dũ ab adorto armentum leone trucidatur, sub illius dentibus gemit. Sic Lyciorum Rex sub Patrocli ferro gemebat. Atq; ita Glaucum ex amicis amantissimũ nõie uocauit, atq; his uerbis allocutus est: Glauce si unquam bellator fuisti, si

fortis

fortis strenuusq; es, nunc maxime sis oportet, nunc tibi pugnæ difficultas amica sit. Primũ *undiq; cõtra-ctos* Lyciorum *duces exhortare ad* Sarpedonẽ *prote gendum: deinde cũ illis, immo ante oẽs armis me ꝑte gas.* Aliter *tibi dedecori semꝑ infamiæq; fuero, ab ho ste spoliatus armis, a quo uita spoliatus sum.* Age *igi tur impigre & te ipsum, & oẽm nostrorũ manum ad* Sarpedonis *mortui propulsandam ignominiam excita* Hæc *locuto terminus uitæ oculos naresq; occupat.* Ad *quẽ* Patroclus *aduenies calcẽ pectori impegit, et illinc spiritũ pariter & spiculũ eruit.* Eiusdẽ *equos utriusq; domini morte destitutos ac territos grauio-remq; anhelitũ efflantes et in fugam paratos aggressi* Myrmidones *ibi retinuerunt:* Glaucũ *uero uehemens cœpit dolor animi atq; confusio, quod opẽ illi et quidẽ rogatus ac tantopere rogatus ferre non posset, ob uul nus qđ in brachio apud murũ castrorum manu* Teucri *fuerat passus, qđ ꝑ nimia uexatione fouebat cõstrin-gens altera manu.* Itaq; *ad* Apollinẽ *hunc in modum precationis uerba concepit:* Apollo *princeps, ut aliqñ in* Lycia, *ita ex hoc loco (undiq; enim miseros, qualis ego nunc sum, exaudire potes) me audias anxium pro* Sarpedone *præstantissimo uiro* Iouisq; *filio, quẽ ni-hil pater ipse neq; uiuum a morte neq; mortuũ a con-tumelia defendit.* Tu *tamẽ da mihi, ut a defuncto saltẽ hoc dedecus propulsem, quod ꝑ acerbissimos uulneris cruciatus facere nequeo, manu non modo pugnæ, sed etiam retinendæ hastæ nõ satis idonea, toto etiam la-*

certo ingrauescente profluuio sanguinis nesciēte re-stigui. Quare princeps Apollo mitiga mihi dolores, sana plagam, suggere uires, ut cōuocatos Lycios circa Sarpedonis corpus ad pugnam adhortari possim, & imprimis ipse pugnare. Huius preces exaudiens Apollo extemplo sanguinē statuit, dolores sedauit, & uim animo iniecit. Tūc Glaucus, ubi certa fide cognouit suas statim ab Apolline auditas preces, tacito secū gaudio affectus primū Lyciorū principes adit, cogit, hortatur ad cadauer Sarpedonis protegendū. Deinde maioribus rapidisq; passibus ad Troianos principes ire cōtendit Polidamantē, Agenorē, Æneam, Hectorem. Quos cum propius adisset, ita allocutus est: Hector, plane te cepit obliuio auxiliariorū principū, qui relicto natali solo dulcissimisq; pignoribus in tam longinquam militiam tua causa uenerunt, immo tua causa occumbunt, qbus nec uiuis nec defunctis tibi curæ est auxiliū ferre, Iacet Sarpedon a Patroclo in pugna interfectus, ille Sarpedon princeps, q Lyciam & iustitia & armis tutabatur. Sed uos amici subijcientes aīo pudorē quæso adeste homini, ne Myrmidones cadauer armis exuant, neue in ultionē suorū, quos ad naues occidimus (quæ magna copia est) indigna ædant in tāto uiro exēpla. Ad hunc nuncium, Troianos nouus & supra q̄ dici potest luctus inuasit, amisso uiro, qui etsi alienigena, tamē Troianæ ciuitatis præsidiū erat, tū ꝑpter multas militū copias, quas duxerat, tum ꝑpter excellentē eius in bello singularemq; uirtutem. Itaq;

acri

acri oēs animo in Græcos recta ire contendunt, Hectore duce, cui mors Sarpedonis præcipue dolebat. E diuerso Patroclus Danaos ad impigre occurrendum excitabat, & imprimis ambos Aiaces sua etiam spōte ꝓnos ita allocutus est: Aiaces nunc uos iuuet pugnare, nunc uobis similes este, qui præstantissimi fuistis, nunc autē & cæteris et uobis ipsis este præstantiores En Sarpedon iacet ille, qui primus castrorum proruit murum. Capiamus itaq; cadauer, ut spoliemus, ædamusq; in eo pessima exempla, intercēpto adhuc aliquo sociorum suppetias illi ferentium. Hæc Patroclus. Illi autem id quod admonebantur per se iam facere ardebant. Igitur ubi utrinq; hinc Lyciorum Troianorumq;, illinc Myrmidonum atq; Achiuorum instructæ phalanges sunt, cum horrenda oīm uociferatione fremituq; armorum concursum est ad Sarpedonis corpus. Iuppiter uero, ut circa cadauer charissimi filij pugna multa ærumna ac clade nobilis existeret, feralem effudit pugnantibus noctē. Ibi Troiani priores hostē reiecerunt, occiso quōdam nō è postremis Myrmidonum, cui nomē erat Epigeo, dij Agaclæi filio, qui Budei frequenti sane oppido regnauerat. sed perpetrata cæde (ut erat consobrinus, nec is malus uir quē occidit) ad Peleum ac Thetidem famulatum abijt. Et ab eisdem postea comes Achillis filij missus ad bellum Troianum. Ei nunc ad cadauer manum admouenti Hector mediam cassidem ita percussit saxo, ut toto corpore bifariam disperso, Epigeus in ora concidens

ſubito interierit. Cuius obitum amici tui Patrocle ac ſocij, tu grauiter ferēs, ad primos ꝓceſſiſti pugnatores, impetumq́; in aduerſos Lycios Troianosq́; feciſti, inſtar pernicis accipitris, q terrorē ſecū ferens in uolucres, quæ Colœi ac Pſeræ dicūtur, inuadit. Atq; ibi tu itē ſaxo ita ꝑcuſſiſti ceruicē Stenelai Ithæmeno geniti, ut neruos quoq; reſcinderes. Tūc Troianorū prima acies, cumq́; his ipſe quoq; Hector propellentibus tantū retro fugiendo ceſſit, quantū quis aut in certamine iaculari, aut in bello amentatam haſtam quantacūq; ui iaculari poteſt. Tranſcurſo hoc ſpacio princeps Glaucus, eorū qui modo terga uerterant, primus pectora cōuertit, ſentiēs ab inhærenti humeris hoſte ſe premi. Is erat magnanimus Bathycleus Chalconis filius, Hellade lares habens, inter oēs Myrmidonas opibus copijsq́; facile princeps. Huic Glaucus repēte conuerſus mediū pectus telo confixit. Hoc ictu cum ſonitu ille collapſus, magno mortis ſuæ (erat enim uir egregius) Græcos quidem dolore, Troianos autē gaudio affecit. Quo magis Troiani conferti cadauer Bathyclei circumſiſtunt. Græci quoq; nec ipſi uirtutis immemores gradum promouēt. Ibi Meriones Troianū quemdam occidit, animo uiribusq; inſignē, noīe Laogonum filium Onetoris, qui in monte Idæo erat flamē Dialis, & tanquam deus quidam celebrabatur a populo. Occidit autem protinus, confixo iaculo in loco, qui ſecundum aurē ac malam eſt, Æneas autē Merionem ipſum ſub tegmine clypei procedentē confidēs excipere

pere posse iaculo, iaculum iecit, quod ille ex aduerso intuitus, corpore in pronum submisso, deuitauit. Ita casso ictu telum praeteriens hostem, priore sui parte cum ferro humi defixa immobile stetit, superior uero ex impetu ipso cõtremuit. Ea de re indignatus Aeneas tamen ad hostem inquit: Meriones, si te contigisset telum quod uibraui, quantũlibet strennuus sis, ab ista te strẽnuitate in perpetuũ cõpescuisset. Cui respondens Meriones: Aenea inquit, arduum tibi fuerit, & si bellator fortis praeualidusq; es, quicunq; mortales tibi occurrerint, in acie eos oẽs tua robusta dextra extinguere, & ut talis sis, qualis es, & ob hoc tibi placeas, tamen cũ sis & ipse mortalis (mihi crede) si te medium iaculo nanscíscar, confestim mihi gloriam, Diti animã tribues. Haec Meriones, quem castigans Patroclus. Quid ista inquit mi Meriones altercaris? Ha minime te decet haec hominẽ eximium, nec dicere attinet. An te probra ingerẽte sibi, Troiani a cadauere submouebuntur, nisi prius eorum aliquẽ straueris? Molimentũ praelij in manibus est, consilij in uerbis. Eapropter nõ loquacitate nunc opus est, sed pugnacitate. Haec locutus ipse processit, Merionesq; secutus est, deo cuidam uterq; similes. Qualis autẽ ex ictibus calonum aliorũ ue materiae caesorũ in confragoso montis dorso redditur longe resonans strepitus, talis ex campestri illo certaminis loco tunc reddebatur ex ictibus ensiũ lancearumq;, scuta uel alia arma ferientiũ, ut nemo iam, quamuis solers, diuum Sarpedonẽ posset agnoscere, ita

prorſus a uertice ad extremos pedes aggeſtu cruoris, telorũ, pulueris obſitus erat. Circa quem nõ aliter et hi & illi incũbebant pugnæ, q̃ muſcæ ſub uernum tẽpus ad caulas, cũ circumfuſæ plenis lacte mulctris ſaturant uoracitatẽ. A quo ſpectaculo Iuppiter nuſquã deflectebat oculos, ſed defixo ſemp obtutu atrocitatem pugnæ conſiderabat: multum ſecum animo ac ꝑmultũ reputans de nece Patrocli, num præſtaret eũ illic ſupra Sarpedonẽ in ipſo ardore certaminis ab Hectore uita armiſq; ſpoliari, an certamẽ maiori quoq; ſtrage cumulari. Tandẽ hoc ei antiquius uiſum eſt, ut Patroclus Troianos urbẽ uerſus Hectoremq; repelleret, cũ magna hoſtiũ cæde. Itaq; Hectori ante oẽs timidam fugæ ſententiam iniecit. Is intellecto Iouis imperio et ipſe conſcendit currũ, in fugamq; cõuertit, et idẽ alios facere iubet, quod & fecerunt. Adeo ut ne Lycij quidem ſibi perſtandum eſſe putauerint, territi oẽs, cum regẽ ſuum uiderunt tanta coaceruatũ ſtrage hominũ qui ſuper illum, Ioue ardorẽ pugnæ accẽdente ceciderant. Poſt ſuorũ fugam hoſtes Sarpedonẽ ſpoliant inſigni armatura. Eam Patroclus ad tentoria ferendam ſocijs dedit. Tunc Iuppiter ad Apollinẽ inquit: Age nunc clare Apollo, ito ad Sarpedonis cadauer, & primum cõcretum uulnerum cruorem abſtergito, deinde ꝓcul ſane Ilium aſportatũ fluuiali aqua abluito, tum Ambroſia inungito, tum immortales ueſtes induito, poſtremo remittito delegato hoc officio fratribus geminis Sopori & Letho celeribus deſignatoribus, qui

Sarpedonis ſepultura

confestim ferant in patriam Lyciam, atq; in celeberrima ciuitate constituant. Ibi fratres, propinqui, necessarij, ciues, funeri iusta persoluent, monumentumq; cum titulis extruent. Hic enim suus est honos defunctorum. Sic locuto patri Apollon obtemperans, ab Idæis montibus ad locum asperrimæ pugnæ delatus, protinus Sarpedonis cadauer è congerie telorum extractum ac procul sane illinc asportatum fluuiali aqua abstersit, Ambrosia inunxit, immortales uestes induit, ac remisit, delegato hoc munere fratribus geminis Sopori ac Lætho celeribus designatoribus, qui confestim in patria Lycia atq; in celeberrima ciuitate statuerunt. Interea Patroclus cum cæteris equitibus tum suo Automedonte iusso dare habenas, Lycios ac Troianos insequi pergit, demens qui amici præcepta non audijt: quod si fecisset, infœlicem exitum subterfugerat. Sed scilicet Dei mens plus quàm hominis præualet, Iuppiter enim illius cordi iniecit, ut eo intenderet animum, quod in suam perniciem reciderct. Ibi quē primum aut quem postremum Patrocle morti dedisti, cum te quoq; ad mortem Dij uocarent? Primum dedisti morti Adrestum, Secundum Autonoum, Tertium Echeclum, Quartum Perimum Megæ filium Quintum Epistorem, Sextum Melanippum, Septimum Elasum, Octauum Mulium, Nonum Pylartem. His occisis cæteri nihil, quàm de fuga cogitabant, usque adeo, ut nisi Phœbus Apollon in excelsa stetisset turri, Græci sub Patrocli manibus (is enim

Patroclus Troianos psequitur

præibat hostē cedens)fuerant augustam Troiam ipso uictoriæ cursu euersuri. Ille enī deus Patroclū destructū, Troianos conseruatos uolēs, ter in latus muri uadentē Patroclū, toties splendēti parma diuinis manibus obiecta reppulit. Quarto cum idē dæmoni similis insiliret, tunc eū trucibus minis Apollon affatus est: Cōcede hinc Patrocle, quoniā tibi facile nō est, urbem hanc tuo Marte subuerti, nec tuo tantū, sed ne Achillis quidē, q est multo præstantior. Hæc Apollon. Cuius indignationē sibi deuitandam Patroclus existimās longe illinc retro concessit. Hector autem inhibita ad portam Scæam fugæ stabat incertus consilij, utrum in medio pugnantiū globo dimicaret, an copias suas subire muros adigeret. Ita hæsitanti Apollon astitit sub imagine Asij uiribus atq; ætate florentis, q erat Hecubæ frater, Dymantis filius, lares habens ad fluenta Sangarij Phrygiam interfluentis. Huic similis Apollon ad Hectorem inquit: Hector qd ita cessas a pugnando, quod nequaquam est ex tua uel utilitate uel dignitate? Vtinam quanto te uiribus inferior sum, forem tanto superior. Nam primo quoque tempore esses luctuoso hoc bello perfunctus. Sed age intende in Patroclum equos, si forte tibi tribuat hanc Apollo palmam, ut eum occidas. Hæc Apollon effatus, Hectore Cebrioni fratri iubente flagellare equos, ut in hostem ire contenderent, aciem subit, miserumq; tumultum Græcis intulit, cum Troianorum & Hectoris gloria. Ipse uero Hector iusso fratre

Hector in Patroclum tendit.

Cebrione

Cebrione in aciem atq; in Patroclū recta equos agere, cæteros Græcos omittit. Hoc cōspecto, ille inuicē desilijt curru, trāslatoq; in leuā telo, dextra corripit marmoreū iustæ magnitudinis saxū, quod cōmode manu posset amplecti, aduocatisq; uiribus, cū cito fuisset Patroclus hosti uicinus, saxū excutit. Quo non frustra excusso, Cebrionem frontē Cebrionis equorū fræna moderātis ita pcussit, occidit. ut non exterior galea neq; interius sincipitis os sustinerent. afflictisq; supcilijs, ambo lumina ante pedes in puluerē defluxerūt. Tum ipse oculos suos subsequens, fugiente corpus aīa, è curru decidit in caput, ludicro more natantiū. In quē cauillans Patroclus: O factum male inquit, q̄ agilis hic uir, q tā strennue saltat. Profecto si quādo in mari deprehēsus esset temporis importunitate, poterat præcipitato de naui corpore, urinandis ostreis bonā partē alere sociorū: cū in plano tā agiliter de curru desiliat. Nimirū & ex Troianis sunt, q strennue saltāt. Sic cauillatus in mortuū tendit, instar leonis, q dum sæuit in stabulātes oues, accepta in pectore plaga, suapte ferocitate occūbit. E diuerso autē Hector è curru desilijt illi occursurus, ut quales duo leones cū natura atq; ætate magnanimi, tum præsenti fame sæuiores, circa interempti cerui corpus montano dorso præliātur: tales hi duo præstātissimi belli principes circa Cebrionē concurrētes mutuum exitiū inferre nitebātur. Et Hector quidē cadauer arripiēs capite, quoquo modo uindicare laborabat Patroclus autē è diuerso raptū pede, retinere: cæteris Græ

Patroclus & Hector congrediuntur.

ris Græcis acerrimam pugnã conferentibus. Et ut Euro ac Noto, cũ inter ambos exorta seditio est, certantibus, uter in aduersum inflectat montuosam syluã, fagis, ornis, esculis, confragosam, perpetuus, sed alternus quidã sonus auditur, qđ strident rami, crepitãt arbores, si quæ franguntur: folijsq; ramos uestiũt ad arbitriũ uentorum p uices in diuersa uolitantibus, sic ambæ partes in mutuam perniciẽ incitabãtur, auidiores inferendæ pestis, q̃ cautiores deuitandæ, multis inuicem lanceis in hostilia membra penetrantibus, multis sagittis mutuo inuolantibus, multis saxis, & his pmagnis scuta quatientibus, ipso Cebrione (cuius de corpore certabatur) iacente in medio, ut grandibus membris, ita p puluerẽ resolutis, sine ullo iã sensu solitæ aurigationis. Cũ ergo sol medio cœlo teneret cursum, tum maxime missilia ex utrorũq; manibus emicabant, pmultiq; utroq; de exercitu cadebant. Inclinante autẽ se eodẽ sidere, tunc supra modũ uires inualuere Græcorum. Hinc Cebrionẽ è medijs telis atq; è tumultuosa acclamatione Troianorum ptraxerunt. At Patroclus ter in Troianos aĩm, quo eos pessime oderat, truci uociferatione significans, atq; ipsi Marti similis irruit, totiesq; nouenos hoĩes luce uiduauit. Quarto autem cũ dæmoni par irruisset (etenĩ iam tuus Patrocle apparebat interitus) Apollo occurrit, sane terribilis, sed ne humanĩ illum oculi possent inter acies agentẽ dignoscere, multo aẽre opertus, atq; ita in ipso fremitu tumultuq; bellantiũ stãtis, à tergo terga ipsa pcussit, obli-

ſit, obliquaꝗ; manu latos hoīs humeros retro cōuertit. Cōuerſo truculentis oculis galeam de capite diſcutit, quæ in humū cum tinnitu delata ad pedes equorū, eqꝫ næ criſtarum comæ puluere ac cruore fœdatæ ſunt, res quā antea fas nō fuerat cōtigiſſe, cū hæc galea illud diuini hoīs caput frontēq; protegeret, cuius nunc geſtandæ dignitatē Iuppiter Hectori dedit, & ipſi iā morti uicino. Poſt diſcußam galeā, tælum, qđ ille manu tenebat, magnum, craſſum, graue, & pinde ferro præfixū, in manu Apollo oē comminuit. Dehinc loricā ſoluit, quæ unà cū clypeo pedū tenus demiſſo ex humeris defluxerūt. Stetit igitur ad hāc offenſionē Patroclus attonitus, & mente pariter ac membris captus. Cū ecce Euphorbus Panthi filius uel iaculatione, uel curſu, uel equitādi peritia inter æquales eminentiſſimus (ſiquidē aliquando præfectus curru uiginti uiros ex eorum curribus deturbarat, adeo rei militaris erat peritus) is nūc tibi Patrocle primus à tergo ueniens medios humeros cominus tælo cōfixit. Sed haudquaꝗ protinus lœtale uulnus inflixit. Iterūq; reuulſo qđ cō iecerat tælo, refugit, globoq; ſe immiſcuit, non auſus uel inermē in pugna expectare. At ille & diuina & humana plaga afflictus, ut mortē deuitaret, ad ſocios ſe recipiebat. Quē Hector conſpicatus, & ſaucium & recedentem, propius apud ipſas cateruas adijt, extremumq; illius latus ita lancea percußit, ut ferrum è contraria parte exiſteret. Quo uulnere Patroclus cum magna tum ſociorum mœſtitia tum corporis ſui Patrocli mors.

ruina

ruina prostratus est, quasi ualentissimus quidam aper à leone mactatus, Nã & aliquando in arduis iugis se feræ, cũ ad fonticulũ forte côueniũt, utraq; supbi spiritus, utraq; sitibũda, utraq; prior bibere uolẽs, de iure potandi rixãtur, tandẽ leo ui ac uirtute superior, aprũ multis suspiriis uulneribusq; fatigatũ necat. Sic eximius Hector eximiũ Patroclũ tot hoĩm interfectorẽ occidit, eiq; iacenti insultãs, gloriose ait Patrocle, minabaris euertere oppidũ meũ, perdere oppidanos, fœmineũ sexum in captiuitatẽ abducere, primũ ad naues deinde nauibus ad patriã tuã, demens, in earũ conspectu & equi mei rapidis pedibus atq; auidis pugnã inuadunt, & ego ex oĩ pube fortiũ Troianorũ fortissime pugno, q ab eis exitialẽ diem propulso, in teq; conuerto. Nã hoc in loco uultures te, atq; aliæ infaustæ alites depascentur: miser, cui nihil opis Achilles tuus: cum tã sit strẽnuus, tulit: q plurimis uerbis proficiscẽti tibi præceperat. Caue Patrocle, ne prius huc ad me redeas, q̃ illum homicidæ Hectoris thoracẽ ferro tuo cõfossum sanguine suo pfundas. Hoc ille cũ dixit ita fore, cuius stultitiæ ætas tibi psuasit? Ad quẽ liquẽte iam aio Patroclus: Tu uero inquit magnopere nũc gloriaris Hector, quasi iusta uictoria sit mei occisi, & nõ eã Iuppiter tibi atq; Apollo tribuerint. Ipsi eñi, quod facile eis fuit, me morte mulctarũt: ipsi, q detraxerũt ab humeris meis arma. Primũ aduerso Ioue ac tristi fato Apollo me occidit, deinde ex hoĩbus Euphorbus, tertius tu accessisti: quales si mihi in acie occurrissent uiginti

Hector Patroclo humi pstrato.

Patroclus moriens Hectori.

uiginti, uiginti meo telo occidissent. Ceterũ tibi hoc dictum uelim, quod in pectus tuũ dimitte. Nec tu diu eris supstes, iam tuus interitus aduentat, & atra dies tibi impendet sub inuicti Achillis obeunda manibus. Hæc memorantẽ mors inuasit, & aĩa fugit, cõplorans illum ætatis florẽ, illud robur à se relinqui, atq; ita ad infernũ concessit. Quẽ sic defunctum Hector tamen est allocutus: Patrocle, quẽ mihi nunc maturũ uaticinaris obitum, quis compertũ habeat? Quin ipse quoq; Achilles, & si Thetidis proles est, meo telo pcussus, ut nunc tu, spiritũ reddat. Hoc ubi dixit, calcẽ cadaueri incussit. Lanceã dũ educere nititur, corpus quoq; cum lancea leuauit. Quod cum excutiens deiecisset, humi supinũ statim cum eadẽ, quam euulserat, lancea, in Automedontẽ pergit, & ipsum feriendi cupidus. At illum immortaliũ fuga equorũ abstulerat, Quos equos Peleo Dij immortales donauerant, egregium haud dubie munus.

Finis Libri Decimisexti.

¶ Ausonij poetæ, in. XVII. Homeri Iliados librum Argumentum.

ACtoridem cæsum nec te Menelae fefellit.

¶ Circa interemptum Patroclum pugna contrahit. Cum diuersi exercitus contenderent, Græci, vt corpus defenderent, Troiani, vt ad ludibrium cadauer eriperent, a Menelao Ephorbus occiditur: & ad ostentationẽ gloriosi facinoris Achillis exuuijs Hector armat. Antilochus ad Achillem nũcius cladis acceptæ Menelao instãte festinat. Qui & ipse postea cum Merione intra naualiũ munimenta se recipit, cum tota moles belli & Aiacibus ingruisset.

Non

retundam, si mecum forte congredieris. Verũ te, hinc abeas, & in globum redeas, moneo, neq; me prouoces, anteq̃ te ulciscar, Malefacta etiã ignauus nouit. Sic ait. Non tamen ille persuasus, nunc ego fratrẽ meum inquit Menelae abs te interemptũ ulciscar, iactabundus concionaris? Viduam uxorẽ intra nouum thalamum, in maximo luctu & mœrore eius filios reliquisti Essem sane solatio miseris, si caput tuũ & arma ferrumq; Panthi & diæ Phrontidis manibus deponerẽ. Sed nõ in longum hæc uerba sine pugna, sine uiribus, sine metu deducantur. Simul hæc dicens, solidum clypeum pcußit, in quo ferri acies incuruata est. Tum Menelaus precatus Iouem patrẽ, in eũ delatus, imum stomachum transfixit. Auxit autem uulnus ipse suis uiribus fretus. Nam ex alia parte per mollem ceruicem mucro euasit. Insonuit ipse cadens Euphorbus, insonuerunt & arma, sanguine labefacti capilli gratiarum similes, auro & argento ornati. Qualiter autem pulcherrimum oliuæ ramum libero in campo colit agricola, ubi limpida & longe fulgens aqua scatu rit, in eã oĩm uentorũ flatus spirant, et albis floribus uestitur, quod si repente uehemẽtiore uento agitatur, deiectis baccis tota operitur terra. Talem Panthi filium strennuum Euphorbum exanimem, pulcherrimis Menelaus armis spoliabat. Et quemadmodum leo in montibus nutritus, uiribus fisus, pascente armento lætissime, primum bouis ualidis dentibus ceruicem inuadit, inde & sanguinem & uiscera lanians pascitur:
undiq;

undiq; autem & canes & pastores clamoribus concursant, nõ tamen congredi ausi, pallido metu detinentur. Sic nemo Troianorũ cum Menelao manũ conserere audebat. Abstulisset ergo Ephorbi arma, & quidem pfacile: nisi ei Apollo inuidisset, q Marti similẽ Hectorẽ, in Mentæ Ciconũ ducis faciẽ transfiguratus, his uerbis admonuit: Tu nunc Hector Achillis equos prosequi nõ cessas. Difficiles captu sunt, neque domitores mortales, neq; alium q̃ Achillẽ immortali matre progenitũ uectorẽ recipiunt. Interim strẽnuus Atrei filius Menelaus pro Patroclo decernens, optimum Troianorũ interemit Panthi filiũ Euphorbum, eumq; à belli cura absoluit. Sic fatus, iterũ deus in certamina mortaliũ descendebat. Tum Hector graui mœrore affectus, mente turbata, circũspexit acies. Mox & arma pulcherrima auferentẽ, & humi iacentem agnouit. Fluebat p riuulos sanguis. Accurrit q̃ primum in confertissimũ globum, armis fulgẽtibus, clara uoce proclamans, inextinguibili flammæ similis. Neq; latuit Menelaũ, qui aĩo pturbatus, Hei mihi inquit, si optima arma & Patroclũ hic mei honoris gratia relinquo interemptũ, uereor enĩ hinc, ne quispiam Græcorum, q me solum cũ Hectore & Troianis pugnam detractare uiderit, me arguat inde, ne unũ me plures circũueniant timeo, Hector hoĩm Troianorũ caterua stipatus aduentat. Sed quid hæc mihi dilecta loqueris anima? nam cũ quispiã diuino uiro & à deo honorato cõgredi audiet, magnũ sæpenumero accipit detrimentum.

mentum. Nemo igitur Græcorum me Hectori cædentem arguet, quoniã a deo pugnat. Quod si forte Aiacem conuenirẽ, ambo reuersi etiam cõtra ipsum deum pugnã instauraremus, si quo pacto ad Achillẽ amici corpus referre possemus. Quod & si malũ, tamen satius esset. Dũ hæc mente uolueret Menelaus, interea cum Troianis Hector præsto affuit. Ille relicto cadauere pedẽ retulit, subinde respiciens, more leonis, quẽ canes & pastores à stabulo hastis & clamoribus abigunt, cuius generosus animus ab aula inuitus discedit. Haud aliter Menelaus cũ à Patroclo in amicum globũ se recepisset, cõuersus undiq; Aiacem magnum Thelamonis filiũ oculis requirebat. Eum ergo à sinistris socios hortantẽ & hostem propellentẽ uidit. Siquidẽ magnam eis formidinẽ Apollo incusserat. Hũc cursu assecutus Menelaus, Aiax inquit, arcere festinemus, ut exanimem Patroclũ uindicemus, eũq; licet & uita & armis spoliatũ ad Achillẽ referamus, armis enĩ Hector potitus est. His uerbis Aiax aĩo turbatus, continuo ꝑ confertissimos pugnatores euasit, ipse & Menelaus. Iam Hector Patroclũ armis pulcherrimis spoliatũ trahebat, ut capite amputato truncum canibus proijceret deuorandũ: cũ Aiax clypeo tectus ignis instar astitit. Quo uiso, Hector suorũ se globo cõmiscuit, & ascenso curru armorũ spolia Troianis in urbẽ ferenda tradebat, id magnã sibi gloriam fore ratus. Tum Aiax Patroclũ lato clypeo operiẽs stetit. Et sicut leo pro caulis, q̃bus in sylua comitatus obuiã

sibi uenatores uidens, uiribus toruus supercilium uellit, ut oculos cõtegat, ita hinc Aiax pro Patroclo, inde Menelaus magnũ sub pectore dolorẽ premens, decernere. Tũ Glaucus Hippolochi filius, Lyciorũ optimus, Hectorẽ torue subaspiciẽs, graui oratione perturbauit. Hector inquiẽs pulcherrime, in pugna longe es inferior. Falso sane laudaris ut strennuus, cũ fugias. Age quo pacto Ilium & Ilij populũ solus defendes? Nemo eni Lyciorũ cum Græcis cõgreditur, cũ gratia habeatur nulla, q pro ciuitate continuũ cum hostibus bellũ gerunt. Quonã pacto uiribus inferiorẽ eripies è manibus hostiũ, timide: cum Sarpedonẽ & amicissimum tibi & sociũ auibus laniandũ & prædæ relique ris? Cuius uita & ciuitati & tibi magno usui erat. Tu uero ne canes quidẽ abigere ab eo uoluisti. Iccirco si quis mihi nunc Lyciorũ crederet, patria oẽs repetita, Troiã ad manifestũ relinqueremus excidium. Nam si Troiani intrepide aliqd auderent, ut assolent q pro patria pugnant, q̃primũ Patroclum Iliũ traxissemus. Quod si contigisset, mox Græci pulchra Sarpedonis arma nobis reddidissent: cum tanti uiri & Græcorum optimi & comites & amici belligerando ceciderint. Tu autẽ magnanimi Aiacis aspectum nõ sustinuisti, cum è regione pugnantẽ uideres. Neq; recta cum eo cõgredi ausus eras, quandoquidẽ est q̃ tu fortior. Hunc toruo uultu intutus Hector, Glauce inquit quid tandẽ talis tã superbe loqueris? Profecto amice ego te præ cæteris fœcũdæ Lyciæ incolis sapere arbitror.

Glaucus Hectorem increpat.

Hector Glauco

tror. Verum de te nunc conqueror maiorem in modū, tali me animo insimulasse, qđ magnum Aiacem *ferre minime possim.* Non ego *certamen neq; equorum strepitum detractaui.* Verum Iouis *q̃ uiri consiliū semp potius est.* Is *namq; & potentem proterit uirum, uictoriam facile aufert.* Nonnunquā *& ipse compellit ad pugnam.* Sed *age amice adsis oro, & qualem me geram prospice, an semp timidus sim, ut prædicas, an* Danaorum *acerrimum ne mortuum* Patroclum *sibi uendicet impediam.* Simul *hæc fatus, clara uoce ad* Troianos *conuersus:* O Troiani *inquit* Lycijq; *&* Dardani *bellatores, uiri sitis amici, recordamini bellicæ uirtutis, ut opera uestra fortissimi* Achillis *optimis armis induar, quæ interempto* Patroclo *abstulimus.* Sic *clamans properat gloriosus* Hector, *è sanguinea pugna & celeri cursu nondum longe profectos comites,* Ilium *gloriosa* Achillis *arma auferre iussos assequitur.* Eminus *itaq; à tristi pugna mutatis armis, sua sacrum* Ilium *deferenda mandauit, & immortalia* Achillis *induit, quæ dij superi* Peleo *patri, dilecto ipse filio senex tradiderat, q tamen in patrijs armis non consenuit.* Hectorem *igitur ut procul diuini* Achillis *armis munitum despexit* Iuppiter, *cōcutiens caput, hæc secū:* O *miser.* Neq; *enim nunc de morte cogitas, quæ iā aduentat.* Tu *immortalia arma indueris uiri fortissimi, quē alij tremunt, cuius tu comitem & benignū & fortē interemisti, arma autē nulla moderatiōe accepisti, & humeris diripuisti.* Verū nūc

Iuppiter secū de morte Hectoris

tibi magnas uires armorum præmium præstabo, quoniam nunq̃ è prælio pedē turpiter rettulisti. Et excipiat gloriosa Achillis arma uxor Andromacha. Dixit, & ceruleis supciliјs annuit Iuppiter, aptauitq; Hectori arma. Mars terribilis atq; inuictus dux ei in pugnam fuit. Hi uires Hectori immensas præstiterunt. Sed ad cōmilitones reuersus clariori uoce & coruscis armis perq̃ similis magnanimo Achilli uidebatur. Tū singulos hortatus, Mestlē, Glaucū, Medonta, Thersilochum, Asteropæū, Disinora, Hippothoum, Phorcē, Chromiū, & Ennomon uatē, hos inquā hortatus, audite inquit innumeræ gētes & cōmilitones mei. Non enī qđ tantæ indigeā multitudinis à patrijs sedibus uestrum singulos exciui, sed ut mecum Troianas nurus & paruos liberos alacres à bellicosis Achiuis uindicetis. Quod cū uidero, munera uobis & uictū constituam. Hoc pacto singulorū alacritatē & aīos excitabo, quorum qui recta cū hoste cōflixerit, uel occidat pulchre, uel uincat. Hæc belli uirtus est. Qui uero Patroclum q̃uis mortuū in Troianorū rediget potestatē, cedetq; ei Aiax, dimidiata ipse spolia, ego reliquū recipiam. Propterea nō minore q̃ ego gloria afficietur. Hac Hectoris oratione Troiani conciti, recta in Danaos infestis telis impetū fecerūt, spe bona cōfirmati, posse se Aiaci Thelamonio ui Patroclum auferre, stulti sane, multi enī illic Aiacis ense occiderūt. Qui tunc Menelaū allocutus: Generose inquit amice, minime ex hac pugna spero nos inculumes redituros. Nec

tam exanimi Patroclo *qui fortasse à* Troianis *canibus & alitibus exedetur, q̃ mihi tibiq; timeo, ne qua calamitate afficiamur.* Inimica *enĩ nebula oĩa operit.* En *nobis* Hector *graue exitiũ.* Age *optimos* Græcorum *huc aduoca, si quis audierit.* Paruit *dicto* Menelaus, *& clare proclamans :* O Græcorũ *inquit amicissimi duces & principes, q apud* Atridas Agamemnonẽ *et* Menelaũ *publice uictitatis, & singuli populis imperatis, (ex* Ioue *enĩ honor & gloria prouenit) neq; enĩ facile, singulos ducũ uidere in tanto prælij tumultu licet, uestrũ inquam quisq; huc ultro properet, sibiq; dedecori reputet, si* Patroclus Troianis *canibus ludificetur.* Hæc *clamantẽ continuo audiuit* Oileus Aiax *& primus accurrit.* Inde Idomeneus, Idomeneũ *secutus est* Meriones Marti *similis, alijq; quorũ noĩa qs cõprehenderit? q mox prælium instaurauerunt.* Verum Troiani *priores duce* Hectore *subiti conflixerunt.* Et *quãto in obuiũ flumen fragore magnus irati maris fluctus defertur, & summa littora æstuanti mari reboant, tanto illi clamore inuaserũt.* Græci *autem unanimes* Patroclũ *circumsistere, suisq; clypeis protegere, quos densis tenebris offudit* Iuppiter, *neq; enĩ* Patroclum *uiuentẽ oderat, utputa* Achillis *comitem, oderat autẽ, qđ* Troianis *canibus prædæ relinqueretur.* Hac *gratia in auxiliũ socios exciuit.* Priores *autẽ* Troiani *irruerũt.* Inde *relicto* Patroclo, *nullo, q̃uis cædis auidi, interempto, pedẽ referebant.* Parũ *tamen abfuit, quin exanimem uendicarẽt, & in fugã* Achiui

uerterentur, nisi non parum Aiax Troianos perturbasset, qui & specie & uiribus præter fortissimum Achillem cæteris præstabat Græcis. Irrupit autē in primam aciem apro similis, qui in montibus canes inuasisset, & ualidos & laboriosos facile inter densa syluarum dissipat. Talis clari Thelamonis filius Aiax facile p Troianos euasit, q Patroclum circūstabant, intenti, ut eo in urbē protracto, gloriā suorum propagarent. Tum nobilis Lethi Pelasgi filius Hippothous clypei loro Patrocli pede pforatis neruis alligato, p confertissimā pugnam trahere, Hectori & Troianis gratificaturus. At sibi exitio fuit, quo nemo q̄uis cupidus eum eripere potuit. Eum nāq; Thelamonis filius p globum insectatus, in maxilla p galeā crinibus equinis cristatā & graui ictu diuisam uulnerauit. Tū cerebrum cruore perfusum p hastam ex uulnere decurrit. Ita amissis uiribus, Patrocli pes eius manibus elapsus procubuit. Ipse quoq; sup eo in faciē concidit, à Larissa patria procul, neq; amantissimis parentibus educatiōis præmia exoluit, cum breui uita frueretur, magnanimi Aiacis hasta interimeretur. Hector autē iterum in Aiacē hastam iaculatus est, quā ille è regione in se deferri intutus, parump declinauit. Hinc Schedium magnanimi Iphiti filiū, optimum Phoceorū, qui clara Panopei domo habitās, multis uiris imperitabat, media ossium cōpage uulnerauit. Ferri autē acies per summū humerū euasit. Insonuit ipse cædens, & sub eo arma. Inde Aiax Hippothoi filio Phorcynæ defendenti

denti ense medium uentrem perfracto thorace hausit Is prolapsus terrã manu apprehendit. Interim cum co mitibus suis clarus Hector discedere, Græci uero ma gnis clamoribus exanimes, Phorcyna & Hippothoũ trahere, & armis spoliare. Troiani Achiuis bello im pares Iliũ repetere, Græci uiribus & uirtute sua glo riari, nihil ad Iouem referentes. Tum Apollo Pe riphanti præconi Epyti filio similis, qui apud patrẽ paterna in arte consenuerat, Æneam admonuit, (no rat enim quid consulendum foret) Ænea inquit, quo nam pacto præter dei uoluntatem apud altum Ilium desedetis? Hostes uiribus, uirtute, fortitudine, & innumero suorum exercitu freti, uictoriã prosequun tur. Quam longe magis uobis quàm Danais uictoriã optat Iuppiter? Sed his congredi formidatis. Sic di centem Apollinem Æneas cognouit, & clara uoce, Hector inquit, uosq; alij Troiani principes & com militones, pudeat tandem nos imbecillitatis nostræ, quod tam turpiter Græcis terga uertamus. Sed quis mihi deorum assistit? Iouem regem maximum belli cõ sultorem atque fautorem arbitror. Quamobrem re cta in Danaos uadamus, ne Patroclum ad naues ocio si referant. His dictis, longe ante alios prosilijt. In de alij in Græcos irruerunt. Tum Æneas Liocritum Arisbantis filium optimum Lycomedis socium hasta interimit. Quem cadentẽ miseratus Lycomedes pro pior factus, telo Hippasi filium Amythaona popu li ductorem secundum epar sub uitalibus hausit, pro

strauitq́ꝫ euestigio. Is ex fœcunda Peonia aduenerat, & in pugna post Asteropeũ fortiter fecerat. Quo cadente ingemuit bello strennuus Asteropeus. Irruitq́ꝫ alacer in pugnã aduersus Danaos. Nihil tamen profecit. Clypeis enĩ undiqꝫ tegebantur circũ Patroclũ directis in hostẽ telis. Etenim Aiax maiorẽ in modũ oẽs cohortari, neminem, ut à Patroclo discederet, uti qui segnius cæteris pugnaret, sinere, sed euestigio iaculari, & fortiter facere cõpellebat. Sic se gerẽs magnanimus Aiax, tetro cruore madescit. Plurimi strennuissimi Troianorũ Græcorumq́ꝫ cadere, (neqꝫ enim hi sine sanguine rẽ gerebant) longe tamen pauciores è Græcis cadebant, inuicẽ periculum mutua ope propellere contendentes. Sic utrinqꝫ pugnabatur instar ignis ardẽtis, ut neqꝫ sol, neqꝫ luna officiũ suum facere uiderentur, caligine enĩ operiebãtur. Quisqꝫ optimus exanimẽ Menœtij filiũ defendere cõtendebat. Cæteri & Troiani & Græci remissius puro in aẽre pugnare, (neqꝫ enĩ nebula oĩa operuerat) pugnabãt autẽ q longius aberant, tristia tela intentantes, in cõfertissima pugna, & tenebris & angustijs laborantes. At Thrasymedes & Antilochus uiri strennui nondũ exanimem Patroclũ audierãt, sed adhuc arbitrabãtur inter primos cũ Troianis decernere, q cædẽ prospicientes, & sociorũ fugam, procul tamen iussu Nestoris rẽ gerebant. Prælium autẽ in horas & labore & sudore continuo desæuire, Genua, tibiæ, pedes, manus, oculi undiqꝫ circum fidum Achillis comitem uulnerari.

Et quemadmodum si quis pinguem tauri pellem a pluribus extēdi iuberet, inter extendendū & humor & pingue desudat. Sic illi huc paruo in spacio exanimē distrahebant, sperare enim Troiani illū in urbē, Græci ad naues auferre. Sic utrinq; prælīū feruere. Nec Mars populorū concitor, neq; Minerua his mouebantur. Tali pro exanimo Patroclo & hoīes & equos calamitate die illo affecit Iuppiter. Neq; ad Achillis aures adhuc cædis illius fama puenerat (eminus enim a nauibus pugnabatur ad muros Troianos) neq; interemptū, sed sub ipsis mœnibus pugnare, & mox rediturum sperabat. Neq; enī opinabatur urbē Troiam sine Patroclo casuram, cū sepenumero audito reditu matrē rogasset, si qd ipsi magni Iouis sentētia polliceretur. Illa tantū mali charissimi uidelicet socij interitū, nunciare ei nunq̄ uoluit. Verū utrinq; infestis telis pro Patroclo incurrebatur, & inuicē sese uocabant. Tūc Græcorū qdam: Amici inquit, haud nobis gloriæ erit, si ad naues pedē referamus. Hæc terra oībus sufficiet Hoc lōge satius, q̄ si Troianos in urbē & Patroclum & gloriā reportare sinamus. Cōtra e Troianis unus, si fatū inquit uno in hoīe supari potest, & in oībus simul, nemo pugnā negligat. His utrinq; uerbis singulorū uires excitatæ sunt, enixe utrinq; certabatur, ferri crepitus cœlū p aërem turbidum attingebat. Achillis autē equi longe à pugna discurrētes fremere, cū primū aurigā ab Hectore pstratum senserunt. Atq Automedon strenui Diorei filius crebro uerbere, nunc

adulationibus, nunc minis equos agitabat. Illi neq; naues & latũ Hellespontũ *uersus referre pedẽ, neq; rursus in prælium ire, sed tanq̃ columna in alicuius monumẽto firme collocata: sic illi in uestigio alter alterius capiti admotus perstabant,* Lachrymæ *autẽ calidæ p genas his defluebant, aurigæ desiderio gementibus.* Florida *eis coma utrinque è curru delapsa sordebat.* Quorum *gemitũ cũ despiceret* Saturni *filius* Iuppiter, *moto capite secum:* O *miseri inquit, quid uos addimus* Achilli *regi mortali?* Vos *& incorruptibiles & immortales estis.* An *ut infœliciũ casum doleatis?* Ne*q; enĩ quicq̃ est oĩm, quæ supra terram spirant et uersantur, homine laboriosius.* Sed *minime ego aut* He*ctorẽ aut alium a uobis & curribus istis uectari pmittam:* Nõne *satis qđ armis potitus est, ut gloriatur incassum?* Vestris *autẽ pedibus & animo uires suppeditabo, ut* Automedonta *ẽ pugna ad naues incolumem referatis.* Adhuc *enim uobis interimẽdi gloriam largiar, quoad in naues reuertantur, & sol occidat, & crepusculum terram obnubat.* His *dictis simul uires equis inspirauit, qui euestigio à crinibus excusso puluere per* Troianos *&* Græcos *citum currum traxere* At *pro socio tristis* Automedon *irruit more uulturis in anseres.* Facile *autẽ se à* Troianorum *impetu exemit, & per globum multos insectatus est, neminẽ tamẽ interfecit.* Neq; *enim cũ solus magno in curru uersaretur, & tæla simul dirigere, & celeres equos regere poterat.* Sero *autẽ eum socius* Alcimedon Laercei

Emonidæ

Emonidæ filius cõſpicatus à currus tergo, qs tibi deorũ inqt Automedon inutile conſiliũ atq; ſentẽtiã in mentẽ adduxit, ut cũ Troianis ſolus in prima acie manũ cõſereres? Socius interẽptus eſt, Hector armis Achillis potitur iactabũdus. Ad quẽ rurſus Automedon Diorei filius, Alcimedon inquit, cui Græcorũ mortales equos roburq; ac uirtutẽ habere cõtinget, niſi diuino Patroclo, dũ uiueret? Nũc morte et fato præuctus eſt. At tu flagellũ & habenas accipias. Ego ex equis in præliũ deſcẽdam. Tum Alcimedon citiſſimo curru aſcenſo eius curã ſuſcepit. Ille uero deſilijt, quod cũ Hector intueretur, cõtinuo ad propinquũ Æneam cõuerſus: Ænea inquit Troianorũ cõſiliator, equos Achillis in pugna imperitis aurigis regi aduertimus, quos ego me, modo uelis, aſſecuturũ ſpero. Neq; enim e regione eos aggreſſi capere poſſemus. Sic ait, & dicto paruit Anchiſæ filius. Pelle igitur dura humeros tecti recta uadebãt crepitu ualido. Quippe q ferro multo operiebantur. His Chrominus & pulcher Aretus bona eos interimẽdi & capiẽdi ſpe comites additi & ſane ſtulti. Neq; enĩ ſine ſanguine futurũ erat: nam ab Automedonte uulnerati ſunt. Qui Iouem patrem precatus uirtutis, uirium, & prudentiæ plenus, fidum ſocium ſtatim allocutus: Alcimedon inquit, ne longius à me cum magnanimis equis abeas. Neque enim arbitror Hectorẽ ab his antequam Achilli adducantur, neq; a nobis interficiendis tẽperaturum, ut militum noſtrorum ordines perturbet niſi ipſe in primis capiatur.

His di-

His dictis conuersus: O Aiaces inquit Argiuorũ duces & Menelae huc quæso exanimem respicite, quisq; optimus auxilio nobis sit, et nostrorũ ordines & nos à tanto periculo uindicet. En triste prælium Hector atq; Æneas Troianorũ optimi excitarunt, sed hoc in deorũ potestate situ est, ipse iaculabor, et Ioui patri curæ est iacula dirigẽdi. Dixit, & uibratã hastã lõgius misit. Quæ Areti clypeũ & zonã traijciẽs imũ uentrẽ puasit, haud aliter, q̃ cum iuuenis secundũ cornua bouis agrestis securim impegit neruosq; incidit, ille impetu facto humi pcubuit, ita Aretus cecidit resupinus. Peracutũ autẽ telũ uiscera confodit. Tũ Hector iaculo Automedontẽ petiuit, quod flexo capite declinatũ, humi extrema parte cõcussa affigitur. Ex eo uirũ habenas effudit sæuissimus Mars, & ensibus cõtinuis res geri cœpta, nisi Aiaces pugnã alacres diremissent, q a socijs admoniti, eo irruperunt. Quos Hector et Æneas ueriti, et una pulcher Chrominus, pedẽ retulerũt, Areto illic dimisso exanimi, quẽ strennuus Automedõ illico armis spoliauit, iactabũdusq;. Certe inquit, aliquantulũ Patrocli anima mœrore leuabitur, licet deteriorẽ interemerim, Simul hæc dicẽs, cũ mortalibus spolijs currũ ascendit, pedibus manibusq; sanguine aspersis, leoni similis, cum taurũ deuorauit, rursus sup Patroclo uehemẽs & luctuosa pugna a Pallade instaurata est. Eam namq; cuncta prospiciẽs Iupiter cœlo delabi iussit, ut Græcos excitaret (eius nãq; sentẽtia uarie mutabatur) Et queãdmodũ purpureã

Irim ad mortales e cœlo demittit, ut sit signum uel belli uel frigidæ hyemis, quæ hoĩes ab operibus reficit, pecoribus uero nocet: sic uaria se ipsam obnubẽs Pallas in Græcorũ exercitũ delabitur, singulosq; et inprimis Atrei filiũ Menelaũ propiorẽ sibi his uerbis Phœnici & facie & uoce similis excitauit. Erit sane inq̃t tibi Menelae triste & pudendum, si clari Achillis fidissimus comes sub Troianis mœnibus a canibus discerpatur. Sed pseuera fortiter, adhortare populum. Cui Menelaus: O Phœnix inquit uetus Achillis custos, utinam Minerua mihi uires largiretur, & telis uim afferret, ut ego sane Patroclo adessem, & ipse ferre uelim. Maiorẽ enĩ in modũ eius obitus meũ affecit dolore aĩm. Verũ Hector ignis uiribus æquiparatur, neq; unq̃ quiescit ferro deseuiens. Eius namq; Iuppiter gloriæ fauet. Tunc Minerua lætata est, q̃d primũ ante oẽs deos ipsius mentionẽ fecerit. Corrorauit autẽ & humeros & genua, & audentẽ reddidit, & humani corporis magna ex parte affectum cohibuit. Lene namq; eius ingeniũ prudẽti audacia impleuit. Tũ ille Patroclo propior factus telũ intorsit. Erat autẽ inter Troianos Podes Ectionis filius, uir locuples & bonus, necnõ maxime ab Hectore inter cæteros honoratus, comes eius et sodalis. Hunc ad zonã a Menelao petitũ ferrũ medium ptransijt. Increpuit cadens, quẽ Menelaus exanimem a Troianorũ ad suorum globum trahebat. Tum Hectorẽ adsistens Apollo Phænopi Asij filio ex Abydo patria omniũ hospitum

tum amicissimo similis his uerbis ad pugnam intendit Quis te Hector Graecorũ amplius formidet? Metuisti mollẽ antea pugnatorẽ Menelaũ, qui modo fidũ amicum tuũ Podem strennuũ uirũ interemit, & solus ex Troianorũ acie exanimẽ abstraxit. His dictis mœrore eius uultus obductus est. Irrupit autẽ inter primos in armis conspicuus. Tum Saturni filius Iuppiter fulgenti aegide Idam nubibus operuit. Et illa concussa, micans magnum intonuit, praebita Troianis uictoria, Graecisq; in fugam uersis, Peneleus Bœotius primus fugam arripuit, humero aduerso, ut semper, uulnere non alte perfosso, sed ad os usq; proscidit Polidamantis hasta. Quippe qui propinquo pcusserat. Leitum etiam Alectryonis filiũ Hector cominus uulnerauit. Qui omissa pugna circumferẽs oculos in fugam uersus est. Licet enim taelum haberet, cũ Troianis tamen decernere nõ audebat. At Idomeneus in Hectorẽ Leitum persequentẽ infesto taelo delatus est, quod inualidũ in summo thorace insonuit. Tum Troiani timuerunt. At Hector inde Deucalidis filiũ Idomeneum in curru stantẽ iaculatus est, sed parũ aberrans taelum Cœranũ Merionis comitẽ et aurigam configit. Is pulchra Lycto secutus, pedes primus è nauibus militauit Et Troianorũ uires uicisset, nisi uelocibus statim impulsis equis illo ab imminenti fato erepto missum ab Hectore taelũ intercepisset, sub maxima & aure grauiter sauciatus, qui excussis dentibus & media lingua perfossa e curru decidit, habenasq; humi iacẽtes Me-

Iuppiter Troianis praebet uictoriam.

riones

riones è terra collegit, & Idomeneum affatus: Impelle nunc inquit equos flagellis naues uersus, Nõne animaduertis Græcorum uires deficere? Cui Idomeneus citatis equis paruit (formido tũ animũ occupauerat). Neq; magnanimũ Aiacẽ neq; Menelaum latuit, Iouem uicissim Troianis uictoriam suppeditare. Tum Aiax Thelamonius: Hei socij inquit, etiam perq̃ stolidus iamdudũ cognoscit Iouem patrẽ Troianis fauere. Nulla eorũ tæla incassum mittuntur. Oĩa siue a bono siue a malo cõtorta Iuppiter dirigit, nostra omnia incruenta humi figuntur. Verum agite optimum excogitemus consilium, ut exanimem assequamur. Cum eo namq; reuersi læticiæ socijs erimus amantissimis. Qui his uisis mœrent, neq; aliud q̃ fortissimi Hectoris uires & manus fugiẽdas & in nauibus occumbendũ prædicant. At nunc amicus aliquis q̃primum tristẽ charissimi amici casum Achilli nunciet, nondum enim audisse arbitror. Sed neminẽ uideo, talis & uiros & equos caligo obduxit. Iuppiter pater, hanc quæso ab Achiuis amoue, iube æthera clarũ fieri. Da ut uidere possimus, in luce oẽs, si placuerit, perditos. Hæc cum lachrymis orantem miseratus est Iuppiter, nebulas fugauit, tũ sol emicuit, pugna omnis patuit. Hinc Aiax ad Menelaum conuersus, circumspice inquit Menelae, an Antilochum magnanimi Nestoris filium uiuum uideas. Iube ad Achillem charissimi comitis cædem significaturus properet. Quod non negligens Menelaus e uestigio abijt, more leonis, qui a caula canes &

nes & uiros insultibus fatigat. Illi autē tota nocte uigilantes pingues boues defendūt, neq; capi patiūtur, hic carnis auidus insultat, frustra tamē, nā crebra iacula ualidis uibrata manibus & faces licet uelox formidat, mane autē tristis discedit. Sic Patroclū strēnuus bello Menelaus p q̄ inuitus dimittere. Præ nimio enī metu Græci illū hostibus lacerandū relinquere. Multa uero Merioni Aiacibusq; mandabat: Aiaces inqt Achiuorū duces, & Meriones. Quē nūc miseri Patrocli memoria subit? Qui cū uiueret erga oēs miram præ se māsuetudinē tulerat, nūc uita functus est. Simul hæc dicēs, cōuersus circūspectabat, ut aquila, quā acutissime inter uolucres cernere aiūt, quæ alte uolans latentē sub frondifero frutice leporē delapsa euestigio exanimauit. Sic tu generose Menelae oīa nūc attētē p sociorū globum lustrabas, sicubi Nestoris filiū uideres. Quē statim cognouit ad sinistrā socios hortantē, & ad præliū excitantē. Huic propior factus Menelaus: Age huc inquit generose Antiloche, audi grauē nunciū, qui utinā non accidisset. Iam enī te solo uisu cognoscere arbitror, qd nobis deus calamitatis paret. Victoria penes Troianos est. Occubuit optimus Græcorū Patroclus, q magnū sui desiderium Achiuis reliquit: Verū tu ad Achillē properato, ut sine mora exanimem uendicet, & ad naues referat inermen, nam armis Hector potitur. Hoc nuncio obstupuit Antilochus, & lachrymatus eiulauit. Nō tamen Menelai mandatis neglectis pperans arma Laodoco

socio

socio cõmendauit. Inde statim conuersis equis flentem citato cursu pedes abduxerũt è prælio, ut Achilli tristẽ nunciũ afferret. At minime tibi dijs genite Menelae passus est animus laborãtibus Antilochi socijs opitulari, q eius discessu, magnũ ipsius desideriũ ceperãt. Sed Thrasymede ad Pylios misso, ipse Patroclũ repetis, atq; Aiacibus citato cursu referrs Antilochum ad naues præmisisse, q rẽ oẽm Achilli significaret. Non tamẽ eũ tametsi maiorẽ in modũ Hectori iratum uenturũ arbitramur. Quo enĩ pacto inermis armatis hostibus cõgrederetur? Quamobrẽ inquit optimũ capiamus consiliũ, ut exanimẽ uindicemus. Et dũ clamant Troiani, a tanto nos surripiamus periculo. Cui magnus Aiax Thelamonius: Oĩa inquit recte consuluisti Menelae. Verũ tu & Meriones impetu q̃ citißimo Patroclũ è pugna elatũ auferte. Nos a tergo Troianos & Hectorẽ ꝑpulsabimus unanimes, ut prius uehemẽs præliũ inuicẽ opitulati excitauimus. Sic ait: Illi cõtinuo exanimẽ ulnis alte elatũ abstulerunt: Tum Troianus populus à tergo inuasit, ut canes in uulneratũ aprum ante uenatores irruentes in eius pniciem alacres, uerum cũ ille uiribus fretus in eos cõuertitur rursus alij alio pedẽ referũt, haud aliter Troiani quoad globo facto persecuti sunt Græcos, & ensibus & hastis eos sauciabant. Cum uero Aiaces in eos cõuersi sunt, extẽplo substiterunt, neq; quisp̃iã primus ꝑ exanimi pugnare sustinuit. Hoc pacto Patroclus ad naues è prælio referebatur. Id tamẽ asperum & uehe-

Achilli mortẽ Patrocli nunciat Antilochus.

mens in longum deſæuiebat, more ignis, qui urbe inceнſa repēte domos cōprehendit, flammaq; uentorum ui aucta uehementius cōcrepat, tali illi & equorū & uirorū pugnantiū tumultu cōcurrebant. Et quēadmodū muli certatim ex mōte ꝑ ſalebras trabē uel lignum ad naues faciēdas trahētes, & labore ſimul & ſudore æſtuant, ſic hi alacres deferebant exanimem. A tergo autē Aiaces impetū ſuſtinebāt. Ac ueluti prærupta ſyluarū defluentē cū impetu in campū aquā, & uehemētes torrentiū lapſus cohibēt, q cū uniuerſum campum occupant, nō tamē ut ſua prærupta ualēt ꝑſcindere, ita Aiaces poſt tergū Troianorū uim cohibebāt Illi ſimul ſequebantur, In quibus inſignes duo Æneas atq; Hector. Et quēadmodū Sturnorum uel Graculorum multitudo aēra implet clangoribus, cū accipitrē minoribus cladē auibus minantē intuētur: ſic ſub Ænea & Hectore Græcorū iuuenes in magno clamore iam pugnæ obliti pedē referebant. Multa autē et pulchra arma circum foſſam Danais fugientibus cadebāt Non tamen a pugna ceſſatum eſt.

¶ Auſonij poetæ, in. XVIII. Homeri Iliados librum Argumentum.

DVm furit in medio belli vis ignea Martis

¶ Achilles in miſerabilē modū Patrocli deflet interitum, quē vi doloris affectū cōſolantibus ꝟbis mater alloqtur. Nec inultū amicū fore pollicēs, perlaturā ſeſe Vulcani arma ꝓmittit. Interea & Iris ab Iunone demittiť, cuius inſtantia Achilles extra vallum q̄q̄ inermis egrediť, cōterritiſq; Troianis ſuꝑ alios alijs præcipitātibus, late fuga & latius formido porrigitur, eodemq; tempore & Vulcanus exhortatus a Thetide tota nocte (q̄ longa eſt) cœleſtia in gratiam Nymphæ arma molitur.

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Decimusoctauus.

DVM Troiani hoc pacto ignis ardentis instar pugnarent, interea Antilochus ad Achillẽ nuncius properans, eũ ante rostratas naues animo qd facto opus esset uoluentem inuenit. Secum enim ingemiscens aiebat: Hei qd rursus Achiui naues repetũt trepidantes? Vtinã ne dij qd meus nũc suspicatur animus permiserint, quemadmodum mihi mater aliqñ narrauit, Myrmidonũ optimũ, me uiuo, Troianorũ manibus ꝑemptũ iri. Profecto, fortis Mœnetij filius perijt, miser, cui ego mandarã, cũ primũ bellicũ ignẽ excitasset, mox reuerteretur, neq; Hectori congredi auderet. Dum hæc animo anxius agitaret, ecce clari Nestoris filius stillantibus ꝑ ora lachrymis, hei inquit Pelei fili, grauißimũ ex me (qui utinam uanus esset) nunciũ accipies. Iacet Patroclus, & ꝓ exanimi et nudo nunc decernitur, siquidẽ armis potitus est Hector. His uerbis nigra ob dolorẽ nebula Achillis oculi caligarunt. Tum cinere capite asperso gratiosam dehonestauit faciẽ & mundam tunicam. Inde humi prostratus comam uellere. Ancillæ, quas cum Patroclo prædam ceperat, præ nimio dolore eiulare, & e tabernaculis ad Achillem properare, pectus plangere, membra discerpere. Flebat & Antilochus, Achillem amplexus: ueritus ne ipse sibi iugulum ferro ap-

Antilochus Achilli:

Achilles mortẽ Patrocli dolet

peteret. Quem tam grauiter eiulantē uenerabilis ma ter ab imo maris uado, ubi patri ſeni aſſidebat, audiēs in fletum prorupit. Tum Nereides ad eam cōcurrere inter quas Glauce, Thalia, Cymodoce, Neſæa, Spio, Thoe, Halie, Cymothoe, Actee, Limnoria, Melite, Iæra, Amphithoe, Agaue, Doto, Protho, Pheruſa, Dynamene, Dexamene, Amphinome, Callianira, Doris, Panope, pulchra Galathea, Nemertes, Apſeudes, Callianaſſa: prætera Climene, Ianira, Ianaſſa, Mæra, Orithyia, & pulcherrima Amathia: aliæ item quæ prope aderāt antrū omne cōpulerunt. Et cum pectora plangerēt, lugens Thetis, audite inqt ſorores, ut quid aīm meū ſollicitet intelligatis. Me miſerā, quæ filiū fortiſſimum atq; heroū optimū peperi, quē tanq̄ ramū in fœcunda terra educans ad Ilium claſſe præmiſi, ut cum Troianis bellū gereret, nec ad patrios lares redeuntē amplius uidebo. Nunc ꝙ uiuat & ſole fruatur, dolet. Neq; ei auxilio eſſe poſſum. Ibo tamē ut eū uiſam, & audiam, utq; & luctu ſimul et prælio abſtineat, admonebo. Hæc locutā & antro digredientē Nereides cū lachrymis maris fluctus ſulcantes comitantur. Cū uero ad fœcundā Troiam adnaſſent, aſcenderunt littus ubi lōgo ordine ſubductæ erant naues circū Achillē. Cui amare ploranti uenerabilis aſtitit mater, eūq; cū eiulatu cōplexa: Fili inquit qd ploras? quid te mœrore conficis? Dic palam, nihil me cæles. His finē dedit Iupiter, cui tu iam inuictis manibus ſupplicauiſti, ut oēs in roſtratis nauibus Achiui tui egētes, te indigna ppe

Thetidis fletus

Mater Achilli

ti quererentur. Huic *lachrymans uelox* Achilles, *mater inquit horũ mihi* Iuppiter *autor est.* Sed *mihi qd utilitatis afferunt, ex quo mihi charissimus perijt* Pa*troclus? quẽ ego tanti faciebã, ut me ipso apud me nõ esset inferior.* Eum *meis armis & supbis & uisu præ pulchritudine mirandis* Hector *interemptum spoliauit, quæ* Peleo *dij dono dederant, qua die te mortalis uiri cõiugio iunxerunt.* Vtinã *tu cũ dijs immortalibus habitasses,* Peleus *antẽ mortalẽ duxisset uxorẽ.* Nunc *autẽ, ut maiorẽ in modũ filij morte doleas, nõ amplius me domum redeuntẽ uidebis.* Ex *quo me indignatio mi nime uiuere neq; cum hoĩbus consuetudinẽ habere psuadet, nisi* Hector *prius hasta mea uulneratus occũbat, &* Patrocli *cædẽ ulciscar.* Huic *cõtra pfusis lachrymis* Thetis: Breui *inquit morieris fili mi, ut dicis.* Statim *enĩ post interẽptum* Hectorẽ *cita morte oppri meris.* Tum Achilles *suspirans, statim sane inquit mo riar, ex quo amicissimo meo ne procul a patria occum beret, auxilio esse nõ potui (prohibuit enim* Mars) *sed cũ patrium solum minime reuisurus sim, neq;* Pa*troclum, neq; socios & alios, q sub forti* Hectore *ceciderunt, liberauerim, sed frustra apud naues desidẽs terrori oĩbus fui, qualis nemo* Achiuorũ *in bello, cum in cõcionibus alij etiam præstiterint.* Vtinam *bellum inter deos & hoĩes oriretur, & ira, quæ etiam sapien tissimorum animos pturbat, & lõge dulcior melle hu mana pectora tanq̃ fumus obnubit, in quam me nunc etiam impulit rex* Agamemnon, Sed *iam acta q̃uis do*

Achilles matri

Mater Achilli

Achilles matri.

lentes omittamus, & animos nostros necessitate cohibeamus. Nũc uero cũ amici interfectore primũ congrediar, inde mortẽ pro Iouis & deorum uoluntate subire minime dubitabo. Neq; enim uires suæ a morte amicissimũ Ioui Herculẽ uindicarunt, fato & graui Iunonis ira perdomitũ. Ita & ego, si idẽ me fatum manet, succumbam. Interea pulchram gloriam referens, aliquam ex Troianis nuribus & pulchris & comptis lachrymas utraq; manu siccantẽ flere cogam, & diu me prælio abstinuisse intelligẽt. Neq; me a pugna cupiẽs extraxeris, neq; id mihi ꝑsuaseris. Ad hæc Thetis Profecto inquit fili mi, haud indignũ est, ut laborantibus graui exitio amicis succurratur, sed armis tuis pulcherrimis & ære fulgẽtibus potiũtur Troiani, ijs munitus Hector gloriatur. Nõ tamẽ arbitror diu lætaturũ, quandoqdẽ mors aduẽtat. Tu uero noli quæso in belli tumultus prius descẽdere, q̃ me ad te redeuntẽ uideris. Mane oriente sole ad Vulcanũ pulchra tibi arma allatura cõtendam. Sic locuta, & ad marinas sorores cõuersa, ite inquit in magnũ maris sinũ & domos patrias, & marino seni oĩa referatis. Ego altum cœlũ ascendam, ut ab insigni fabro Vulcano pulcherrima filio arma impetrẽ. Tum illæ maris fluctus euestigio subierunt, ipsa olympũ petijt. Interea Græci magno tumultu ab Hectore in fugã uersi, naues & Hellespontũ repetebant, neq; exanimẽ Achillis comitẽ à sagittis uindicarunt. Iterum populus equitatusq; & Hector Priami filius instar flammæ furẽtis illum abstulerãt

ſtulerant. Ter eum pedibus præhenſauit Hector, ut abſtraheret, clara uoce Troianis minatus. Ter duo Aiaces magnis freti uiribus eius impetũ reppulerunt. Ille cõtra obnoxius, nũc irruere, nunc rurſus ſtare clamitans, neq; oĩno pedẽ referre. Et quẽadmodũ a præda furibundum atq; famelicum leonẽ ex agro paſtores fugare nequeunt, ita neq; duo Aiaces ab exanimi Patroclo Hectorem, qui proculdubio eum magna cum laude uendicaſſet, niſi Pelei filio Iris quam citiſſima è cœlo clam Ioue et Dijs alijs à Iunone præmiſſa nunciatum deſcendiſſet, ut armaretur. Ea igitur cominus accedens: Expergiſcere inquit Achille, Patrocli uiri excellentiſſimi corpus defende, cuius gratia grauiſſima ad naues pugna committitur, & mutuis ſe conficiunt uulneribus: hi pro exanimi pugnantes, illi, ut ad uentoſum Ilium trahant, decernunt. In primis autem inclytus Hector, cui animus eſt caput a ceruice amputatũ cruci affigere. Sed ſurge quæſo, neq; amplius deſideas. Pudeat tandẽ Patroclum Troianis canibus ludibrio, et tibi pudori fore. ſi ita trũcabitur. Cui Achilles: Iri dea, quis te deorum ad me nunciam miſit? Tum Iris ait: Iuno chariſſima Iouis cõiunx ſummo Ioue & alijs dijs niualem olympum habitantibus inſcijs. Contra Achilles: Quonam pacto inquit inermis pugnam ingrediar? Troiani meis armis potiti ſunt, & mater amantiſſima nõ me prius armari iuſſit, ꝗ̃ ad me redierit. Pollicita namq; eſt ſe arma optima a Vulcano allaturam. Nullius autẽ arma apta mihi præter Aiacis

Iris Achilli

Thelamonij clypeũ noui, sed eum nunc arbitror cum Troianis p Patroclo decernere. Iterũ leuis ut uẽtus Iris, nõ sane ignoramus inquit arma tua in Troianorum potestatem uenisse. Verumtamẽ pro fossa te Troianis ostende, an forte tui metu à pugna desistant, & Græci milites labore confecti reficiantur, Parua autẽ a pugna cessatiõe opus est. His dictis cum euanuisset, Achilles Iouis amicus commotus est. Minerua fortes eius humeros angulosa ægide muniuit, caput aureo nimbo & undiq; illustri flamma flagrante operuit, et quẽadmodum fumus ex urbe sublatus in aërem diffunditur procul ab insula, quam hostes assidue truci prælio domi exerciti oppugnãt. sole autẽ occaso ignes frequẽter in ædito accẽdunt, ut uicinis appareat, si forte nauibus auxilio uenirẽt, haud aliter ab Achillis uertice iubar in æthera diffundebatur, qui procul à muro ascensa fossa, neq; se Achiuis immiscens, matris dicto paruit. Illinc igitur exclamante, è longinquo bellicosa Minerua locuta magnũ in Troianis tumultũ excitauit. Sicut enim cum obsidentibus sæuis urbẽ hostibus, uel clarior uox, uel classicum pstrepit: ita nunc Achilles magna uoce inclamauit. Quam cum audirẽt Troiani, pturbati sunt animis. At equi retro currus uerterunt, (labores enim imaginabantur) aurigæ autem stupuerunt, cũ tantum & tam formidabilẽ a Minerua accensum ignẽ magnanimi Achillis caput lambentem uiderunt. Ter autẽ pro fossa clara uoce Achilles clamauit: Ter perturbati sunt & Troiani & auxliarij mili-

rij milites, quorum duodecim illic iuxta currus hastis ceciderunt. Græci autē Patroclū alacriter extra sagittarum iactum auferentes lecto imposuerunt, Circū clarissimi socij deflere, & in primis Achilles calidis abluentibus ora lachrymis sequi, postq̄ fidū amicū in pheretro iacentē, & acuto ferro sauciū uidit, quē nup suis armis suisq; equis in præliū alacrē miserat, nunq̄ amplius rediturum. Tum Iuno infatigabilē Solem appellans, inuitū in oceani fluctus descendere cōpulit, cuius occasu à pugna respirarūt Achiui. Cōtra Troiani relato pede à curribus ueloces equos soluerunt. Inde ante cœnā in concionē uocatis, stantibusq; (uisum enim pro fossa Achillē, qui à tristi pugna diutius abstinuerat, formidabant) Polidamas Panthi filius, q solus & præsentia norat & futura, & Hectoris socius: eadē enim nocte ambo nati erant, sed ille hasta, his uerbis præstantior. Hic inquā Polidamas, sapientia præditus singulari, huiusmodi orationem habuit. Velim amicissimi, quæ mea sententia sit, consideretis. Iubeo enī ut Ilium relictis castris & nauibus ante lucem repetamus. Etenī quo magis ille uir Agamemnoni succensebat, eo facilius Achiui uinci poterant. Lætabar ego ad agilē & utrinq; uersatilē Græcorū classem nos congressos, eā assecuturos sperabā, Nunc uero fortē Achillem maiorē in modū timeo. Siquidē superbus eius animus, medij campi (ubi Græci & Troiani dirimunt præliū) finibus minime cōtentus erit, sed de ciuitate & uxoribus nostris pugnabit. Quamobrem

Polidamantis oratio ad Troianos.

 (mihi

(mihi credite) reuertamur. Euenient quæ dixi. Nunc noctis gratia abstinebit. Quod si crastina nos hic deprehendunt, impetu facto, & ab aliquo sane cognitus alacer altũ Ilium aggredietur. Si fugerimus, multi nostrum canibus uulturibusq; deuorandi cadẽt. Vtinam hoc uerbis duntaxat audiamus. Quod si me audietis, hac nocte summa ope urbẽ munire, turres & portas claustris obfirmare custodijsq; curabimus. Luce autẽ aduentante armati p turres disponamur. Quod si è nauibus Ilium expugnatũ uenerit: iniquo loco, re male gesta, lustrata urbe, & uario equorũ discursu contentus, rursum naues repetet. Nunq̃ autẽ urbẽ ui irrumpere audebit, neq; expugnabit, prius eũ albi canes deuorabũt. Hunc perorantẽ toruo oculo intuitus Hector: Polidamas inquit, tu me nõ amplius alloquaris, cũ iubeas ut Ilium repetamus. Nõne hactenus satis superq; mœnibus clausi delituimus superiori tempore? Priami ciuitatem nationes aliæ multo auro atq; ære abundantẽ prædicabant. Nunc preciosa domorũ supellectilia perierũt, multa in Phrygiã, multa in clarã Meoniã empta asportata sunt: ex quo maximus nobis iratus est Iuppiter. At nunc cũ nobis mutato consilio fauere cœperit, ut hãc apud naues gloriã consequeremur, & mari hostes cõcluderemus, fugiendũ consulis? O stulte, ne ego te amplius in populo huiusmodi loquẽtem audiã. Nemo id sibi Troianorũ persuaserit, neq; ego pmittam. Sed agite, & quæ dicã persuasos oẽs uolo: his nũc in castris & acie, primũ corpora, inde cu-

Hector cõtra Polidamantem.

stodiam

stodiam curate, & uigilate oēs. Qui autem ex Troianis opum copia alios sollicitat: eas distribuat, & cōsumat in populum. Satius hoc, q̄ si ijs Achiui potiātur. Sub lucē uero armati ad naues pugnā committemus. Quod si magnus Achilles prodierit, haud detractabo sed cōtra congressus, aut ipse, aut ego magnā gloriā referam. Cōmunis belli fortuna est, sternentē sternit. Hāc Hectoris concionē laudibus prosecuti sunt Troiani, stulti quidē, quippe à quorū mentibus Minerua discesserat. Laudauerunt itaq; Hectorē perperam cōsulentem, sanum autē Polidamantis consilium nemo. Inde oēs cœnati. At Græci tota nocte insomnes fleuerunt, & Achilles in primis amici exanimi pectus affatim stillantibus p ora lachrymis ptractans, iubati leonis instar, q catulos ex densa sylua à uenatore abreptos repetito cubili nō inueniens tristis & præ nimia ira furēs uiri uestigia prosequēs uniuersam peragrat syluam. Talis Achilles lachymis ad Myrmidones conuersus: Hei inquit q̄ stulte locutus sum die illa, cū clarum Menœtiū hortatus sum, ut Opunta filiū duceret, qui Ilium peteret prædæ particeps. At Iuppiter non oēs hoīm cogitationes ratas facit. Siquidē ita fata iubebant, ut eadem humus utriusq; nostrum sanguine aspergeretur. Nam neq; me in patriā redeuntem senex Peleus, neq; Thetis mater accipiet, sed eadē humus nos conteget. Verum Patrocle, postquā te posterior uita cedam, non tibi prius iusta persoluam, q̄ huc tui magnanimi interfectoris arma & caput attulero,

Achilles ad cadauer Patrocli.

lero, necnon duodecim è nobili genere Troianos ante rogum, tuã ob cædẽ iratus truncauero. Tu mihi hoc pacto apud naues iacebis, circũ te Troianæ & Dardanides nurus amplis in uestibus noctes & dies plorabunt, quas oẽs ui & telo mactabimus, locupletes diuersæ nationis euertemus ciuitates. His dictis iussit amicis magnũ igni lebetẽ admoueri, & q̃primum Patrocli corpus cruore sordidatum ablui. Quo facto ligna subijciebant, & lebetis corpus flamma cõplexabatur, & concalescebat aqua. Qua feruente eũ lauerũt & pingui oleo unxerunt, uulnera nouem annorũ unguento farserunt, in lecto impositũ lineo à uertice ad pedes operuerunt, desup ueste alba adiecta. His pfectis tota nocte insomnes circum Achillẽ Myrmidones Patroclum cõplorarunt. Interim Iuppiter Iunonẽ & sororem & coniugẽ his alloquitur: Explesti te tandẽ Iuno. Excitasti Achillẽ. Quid tandẽ cum Achiuis? an ne tui facti sunt? Cui uenerabilis Iuno: Maxime inquit Iuppiter, qđ ex te uerbum audio? debet profecto uir uiro opẽ ferre, q mortalis est, neq; eiusmodi nouit cõsilia. Quanto magis ego, quæ dearũ maxima, & genere, & tuo dicor cõnubio? Tu enĩ Dijs imperitas. Nõne merito Troianis succenseo, & contra aliquid machinor? Hoc pacto inuicẽ cõfabulabãtur. Thetis autem firmißimã Vulcani domũ & inter alias deorum perpulchrã, quam ipse claudus ferreã ædificauerat, petijt. Eum sudantẽ & ad fornacẽ uiginti lebetes cõflare properantẽ inuenit, quos circũ domus parietes colloca

Iuppiter cũ Iunone.

Thetis ad Vulcanum.

collocaret,quorum ſingulis fundis aureas rotas addiderat,ut p ſe in deorũ certamen ferri poſſent. Res ſane uiſu mirabilis. Hactenus facti erant. Anſas autem uarias nondum aptauerat. Id tunc in manibus erat, & incidebat clauos. Dum hoc ſummmo artificio Vulcanus fabricaret,ecce Thetis domum puenit. Quã culta Gratia Vulcani cõtubernalis ſocia & ornatrix intuita & obuiã facta noĩe appellans, quid tandem inquit pulcherrima & uenerabilis amica inſolens domũ noſtrã accedis? Sed ingredere apud nos diſcubitũ. Sic locuta dea Thetidem introduxit, & in ſolio uario & pulchro & argẽteis clauis cõpacto locauit,ſcabelliũq; pedibus ſuppoſuit. Inde optimũ fabrum Vulcanũ his uerbis cõpellans: Vulcane inquit, uenit ad te Thetis, & tui indiget. Vulcanus tum profecto inquit mihi & reuerenda dea eſt & mirabilis. Ipſa me liberũ reddidit. Cũ Meror me ex alto præcipitẽ dediſſet,& claudum me abſcõdere tentaſſet mater,tum ego dolore cõfectus eſſem,niſi refluentis oceani filiæ Eurynome & Thetis ſuo me ſuſcepiſſent ſinu,apud quas nouẽ annos in profundo ſpecu multa & uaria fibulas incuruas fiſtulasq; & monilia cõflauimus. Circũ creber Oceani fluctus ſpumabat. Nemo alius,neq; deorũ,neq; mortaliũ id nouit. Thetidis igitur et Eurynomes beneficio liberatus ſum. Quare cũ ad nos Thetis uenerit, mea intereſt,ut pro accepta uita in oĩbus ei me officioſum exhibeã. Tu nunc lautas parato epulas, dũ folles & alia inſtrumenta ſuum in locum collocẽ. Dixit, & ab

incude

incude cum impetu inualidis tibijs surrexit, claudicãs, folles ab igne sepofuit, alia fabrilia instrumenta in argenteam arculã compofuit. Inde *spongia & facie & manibus ceruiceq; & hirsuto corpore abstersō, tunicam induit, & cũ sceptro officinã egregitur.* Ancillæ *aureo cultu & florenti ætate cõspicuæ iuuenibus similes sequũtur, quæ prudẽtia, lingua, uirtute in deorũ immortaliũ ministerijs eruditæ, ante regẽ ministrant.*

Vulcanus cũ Thetide

Vulcanus *ergo ita ad* Thetidis *sellã claudicando accedens, eã complexus, qd tandẽ inquit colenda mihi & amãtißima* Thetis *insolẽs huc accedis?* Tuũ *est iubere qd uelis, meũ iußa pro uiribus capescere.* Cui Thetis *profusis lachrymis, num aliqua dearum ait, quotquot olympum incolunt, tot doloribus angitur, quot me ex oĩbus* Saturnius *affecit* Iuppiter? Ex *marinis deabus solã me uiro matrimonio iunxit* Peleo Æaci *filia.* Et *uiri lectum, & q̃ plurima quæ nollem perpessa sum.* Is *nũc graui & morosa senecta debilis domi iacet.* Nũc *alijs malis premimur, ex quo mihi* Heroum *eximiũ filium dedit.* Hunc *ego tanq̃ plantam in fœcundissima terra educaui, magna* Græcorũ *classe* Ilium *cũ* Troianis *pugnaturũ præmisi, nec unq̃ amplius patrios ad lares redeuntẽ uidero.* At *dum adhuc & uiuit, & sole fruitur, mœrore cõficitur miser, neq; ei auxilio esse possum.* Quam *ei puellam* Græci *uirtutis præmiũ largiti sunt, eripuit rex* Agamemnon. Quamobrẽ *misere degit.* Verum Achiuos Troiani *in nauibus concluserunt, neq; eis egrediendi potestatẽ faciunt.* Primores

Argiuorum filium precati, preciosa munera polliciti sunt. Ille oino opem se allaturum negauit. Induit autem suis armis Patroclum, suoq; milite stipatũ in Troianos misit. Tota die ad Scæam portã certatum est. Et sane excidissent urbẽ, nisi Apollo Menœtij filiũ strenue se in hostes gerentẽ, in confertissima pugna, collata in Hectorem gloria, interemisset. Hac ego nunc gratia ad tua genua supplicatũ uenio, ut filio meo breui morituro clypeum, cassidẽ, ocreas, thoracẽ tuis malleis fabricatam, qualẽ antea habebat, largiaris. Perijt fidus amicus à Troianis cæsus, cuius morte mœrens humi prostratus iacet. Tum Vulcanus: Bono inquit aĩo sis Theti, neq; hæc te torqueat sollicitudo. Vtinã sic eum ab immatura morte uendicare, cum aduentauerit, liceret. His dictis, Thetide illic demissa, in offinam redijt. Folles igitur admotos inflari iussit. Erãt autem uiginti, qui spiritum accipiebant reddebantq;, nunc intensius nunc remissius, prout opus erat. Æs autem prædurum, & stannum, & aurum preciosum, atq; argentũ in ignem iniecit. Inde in sedem suã magna incude imposita, dextra graui malleo, sinistra forcipibus raptis, primum magnum, ualidumq;, & uariæ insignitum clypeum excudit. Cuius ora triplex & pulchra, lorum argenteum, ipse clypeus quincuplex erat. In quo uaria & multa docta manu effinxit, terram, cœlum, mare, infatigabilem solem, crescentem lunam, stellas omnes, quibus cœlũ ornatur, Pleiades, Hyadas, Orionis uires, Vrsam, & quem currum cogno-

Clypeus Achilli à Vulcano excuditur.

Quæ insculpta fuerint clypeo.

cognouinant, qui circum illam uertitur, & Orionem seruat. Ipsa autē sola oceani expers est. Inclusit & duas illic uariæ linguæ ciuitates. In altera solennes nuptiæ celebrari, sponsæ è thalamis accensis tedis ad oppidum duci, frequēs Hymenæus agi, & iuuētute saltante tibicines & citharistæ pulsare, puellæ in uestibulis admirari, populi ad fora confluere atq; contendere. Maxime autē duo, ob interempti hoīs mulctam, quorū alter oīa populo reddidisse, alter nihil accepisse asserebat. Ambo testes producere, populi ultro citroq; clamantes opē ferre, hic præcones populū continere, seniores sup politis lapidibus sacro in cōcilio manibus præconū clamantiū sceptra gestandas sedere, & silentiū indicere, & iudicare uicissim. In medio duo auri talenta, ijs primū qui iustissimā ferrent sententiā. Alterā autē ciuitatē duorū populorū exercitus in armis cōspicui circūsedebant, inter se dissidentes. Hi urbem diruendā, illi bifariā oīa, quæ mœnibus cōtinerentur, diuidenda arbitrabātur. Populares uero cum nō parerēt, in insidijs locabātur. Murū charæ coniuges, & pueri, & senes custodiebant. Hostes Marte & Minerua ducibus contendebant. Ipsi aurei & aurea armatura magni & insignes, ut deos decet: populi minores erant. Qui cū ad fluuiū pascua irrigantem, ubi insidiæ delitescebant, peruenissent, & ipsi ferro tecti sedebant, proculdubio erant speculatores gregē & camuras boues obseruantes, quæ e uestigio aderant, duo pastores fistula oblectantes sequebātur,

neq;

neq; insidias præuidebãt. Illi repente inuadere, boum inde armẽta et albarũ ouiũ greges diuidere, pastores dirimere. Qui autẽ in foro sedebãt, ut inter boues tumultũ audierunt, q̃primũ uelocibus ascẽsis equis, eo cõcurrere & pro ripa fluminis pugna cõmissa mutuis se uulneribus ferratis hastis cõficere. Vbi exitiosum fatũ aliũ uulnerare, aliũ incolumẽ seruare, aliũ in pugnã interemptũ pedibus trahere, uestes humano sanguine cruentari, milites tanq̃ uiui in prælio uersari, & exanimes distrahere uidebãtur. Præterea pinguẽ & putrem agrũ ter aratũ insculpserat, multi bubulci huc illuc terra subacta in ultimũ agri limitẽ deueniebãt, q̃bus dulcis uini poculũ accedẽs quidã propinabat. Illi labori intenti, ut alte uomerẽ nouali imprimerẽt arata terra aurea, & uisu mirabilis erat, & campus fertilis, ubi agricolæ acutis falcibus metebãt, manipuli alij sup alios procumbere, alios tres messores alligare, à tergo pueri manipulos in gremio allatos assidue porrigere. Rex inter eos sub silẽtio & sceptrũ manu gestãs in sulco lætus stare, præcones eminus sub quercu magno boue mactato circũ eum occupari. Mulieres autẽ sedulæ cœnã operarijs parare, & panẽ cõficere. Insculpserat & uineã pulchrã, aureã, nigris racemis exuberãtem, palis argẽteis innixã, circũ cerulea fossa & sepes stagno ducebatur, unus dũtaxat in ea limes, qua prouentus uindimiatores, & innuptæ uirgines, & simplices, intextis calathis suaues fructus deferebant. In medio puer & fistula et uoce arguta canere, alij plausu, cãtu,

 clamo-

clamore, & tripudijs sequi. Fecerat & boum ex auro & stanno armentũ, impetu quodã è stabulo in pascua & fluuiũ sonantẽ & clamosum Rhodanũ properantem. Aurei pastores quatuor boues agebant, nouẽ uolucres canes sequebãtur. Illic & duo leones terribiles inter primos boues, taurũ mugientẽ ceperant distrahebãtq;. Canes eos et iuuenes urgebãt. Illi laniata tauri pelle, uiscera & atrũ sanguinẽ deuorabant. Pastores cõtra propere canes emittebãt, qui à leonibus ad escã conuersi latrabãt. Itẽ & pascua lata in planicie, & albarũ ouium stabula, tuguriaq; & claustra, uaria arte distinxerat. Quale iã pulchræ Ariadnæ Gnosi Dædalus opus condiderat, ubi integra ætate uirgines fructus legẽtes, tripudiabãt. Hæ uestibus tenuibus, illi tunicis oleo nitẽtes induebãtur: illæ pulcherrimis coronis, hi aureis & argẽteo loro pendẽtibus gladijs ornabãtur. Hi nunc in orbẽ perq̃ facile ductis pedibus mouebãtur, tanq̃ si qs trochũ manu aptatũ sedẽs figulus experiretur, an procurreret. Nũc rursus p ordinẽ mouebãtur. Circũstabat autẽ turba multa hilaris, & duo saltatores inuicẽ cantare incipiẽtes in medio uersabãtur. In extremo autẽ clypei margine ĩmensus Oceanus opus includebat. Post clypeũ thoracaq;, ignis flãma clariorẽ, & cassidẽ pulcherrimã, temporibus summo artificio accõmodatã, crista aurea insignẽ, & ex stanno tenui ocreas excudit. Hæc oĩa in hũc modũ fabrefacta ad Achillis matrẽ attulit. Quæ tanq̃ accipiter è niuoso olympo ad filiũ deferens properauit.

¶ Ausonij poetæ, in. XIX. Homeri Iliados librum Argumentum.

Oceanum interea surgens aurora reliquit.

¶ Achilles armis cœlestibus ope Vulcani & munere matris instruitur. Dein Græcorũ primoribus in conciliũ vocatis, iracundiã sub abolitione deponit, & promissis ab rege muneribus corã concione ditatur. Tum militibus cibũ capere iussis, ipse abstinet, infesto deinde atq; intento exercitu pergit in prælium.

ILIADOS HOMERICÆ Liber Decimusnonus.

IAM purpurea aurora, ut immortalibus mortalibusq; almam lucem redderet, ab Oceani fluctibus oriebatur, cum Thetis dea dona ferens rediјt ad naues, Vbi Achillẽ Patroclo incumbentẽ, & ut filium dilectissimum multis cum socijs afflictis plorantẽ, inuenit. Astitit gloriosa dea, filioq; manu apprehenso, & noĩe appellato. Hunc inquit fili mi, ex quo deorũ uolũtate occubuit, iacere (q̃uis dolentes sinamus) Tu nunc pulcherrima à Vulcano arma accipias, qualia hactenus hoĩm induit nemo. Quæ simul his dictis ante ipsum proiecta insonuerũt, obstupuerũt Myrmidones, quorũ obtuitus, ne ea inspicere possent, præstringebantur. Achilles autẽ his uisis maiore ira pcitus est. Eius oculi cum terrore quodã lampadis instar ardebant. Oblectabatur tamen eorum uarietatẽ aspiciens. Tum e uestigio: mater inquit, arma profecto mihi exhibuit deus, qualia haud hominum sed Deorum immortalium esse par est. Nunc ijs induar. Verum maiorẽ in modum me

Achilli noua arma afferuntur.

dum metuo, ne Patrocli uulneribus muscæ insidentes, uermes generent: & corrupta spinæ medulla & reliquum corpus corrūpatur. Cui diua Thetis, fili inquit, nihil hac cura sollicitere. Hæc & huiusmodi quæ uulnera appetūt animalia abigenda curabimus. Si uel annum insepultus iaceret Patroclus, incorruptus semp integerq; seruabitur. Tu uero in concionē Achiuis heroibus aduocatis, pastori populorū Agamēnoni recōciliare, mox ad præliū uiribus fretus armare. Hæc dicens, simul ei aios affluxit, Ambrosiā & nectar Patrocli naribus instillauit, ne quādo corrūperetur. Tū Achilles petito littore, horrendū clamans, Achiuorū heroas excitauit. At qui apud naues in globo relicti erāt, & gubernatores, panisq; & ciborū dispensatores, primi in concionē uenerūt, mirati qd Achilles pdierit, (aliquamdiu enim à graui pugna abstinuerat) Duo autē bellicosi uiri claudicātes accedebāt, fortissimus uidelicet Diomedes, & inclytus Vlysses, hastis innitētes, (adhuc enī grauibus erant affecti uulneribus) Hi primi in cōcione sederūt. Secūdus ab his rex

Achillis oratio ad Græcos.

Agamēnon, & ipse in pugna à Coone Antenoris filio hasta sauciatus. Oībus itaq; cōgregatis Achiuis, uelox Achilles assurgēs, Agamēnon inquit, profecto & tibi & mihi satius fuißet, qñ perniciosa æmulatiōe puellæ gratia indignati cōtendimus, ut eā Diana sagittis appetijsset, qua die Lyrnesum & cepimus & diruimus. Neq; enī tantus Achiuorū numerus hostiū manibus me irato oppetijsset. Hectori autē & Troianis hæc nostra si-

stra simultas perutilis fuit. Graecos uero eius diutius recordatũ ire arbitror, Sed iã acta (quãuis dolẽtes) omittamus. Irã pectoribus ipsa necessitate cohibeamus Ego eã nunc depono, me enĩ minime decet implacabili semp ira excãdescere. Sed age q̃primũ comatos Achiuos in pugnã producas. Experiar ego Troianos obuius an à nauibus abstinere uelint. Puto tñ eorum aliquẽ libenter pedẽ relaturũ, si ex aspera pugna nostrã hastam effugerit. Sic inquit: At Graeci recõciliato magnanimo Pelei filio maiorẽ in modũ laetati sunt. Tũ rex Agamẽnon à solio suo (neq; enĩ in mediũ prodijt) amici inquit heroes, uiri bello clarissimi, decens est stantẽ sine impedimento aliquo audire. Dicere enĩ in magna cõcione etiã experto pdifficile est. Quo nam enĩ pacto quisquã uel audierit, uel dixerit? Impeditur etiã suis orator. Nunc Achilli respõdebo, uos uerbis meis attẽdite. Saepe his Achiui uerbis usi mecũ contẽderunt. Non tñ horum ego autor sum, sed Iuppiter et fatũ, & in tenebris agẽs Erynnis. Hi mihi rẽ damnosam psuaserunt, die qua elegans Achilli praemiũ abstuli. Sed qd facerem? Dei nutu oĩa efficiuntur. Ipsa Iouis nuncia Ate, oĩbus noxia, mollibus pedibus haud humi repit, sed ipsa hoĩm capita ad laedendũ inuadit. Neq; ab ipso Ioue aliquãdo abstinuit, quẽ & deorum & hoĩm optimũ praedicant. Atqui & Iuno (licet & foemina) ei imposuit, qua die Herculẽ Alcmena apud munitas Thebas erat paritura. Siquidẽ iactabundus deos allocutus Iuppiter: Audite inquit dij deaeq; oẽs,

Agamẽnon Achilli.

Ate Iouis nuncia.

ut meam uobis mentē aperiam. Hodie laborū leuatrix Lucina ex meo & meorū genere unū in lucē ædet, uicinis oībus dominaturū. Cui dolosa Iuno: Mentieris, inquit, Iuppiter, neq; enī id re præstabis. Verū tu iureiurando cōfirma, an sit ita dominaturus, qui hodie è tuo genere è materno prodierit utero. Tum Iuppiter haud dolū sentiēs, summū iusiurandū dixit, qđ maximū attulit detrimentum, nam Iuno propere cœlo relicto, Achaicū Argos delapsa, generosam Stheneli Persei filij coniugē uentrē ferre, & marē pariturā cognouit. Qui licet mense septimo nondum maturus esset, ea tñ die in lucē ædidit, Alcmenæ partu cohibito. Inde ad Iouē reuersa, Iuppiter inquit pater, q fulmina iacis, audi q̄ dicā. Iam uir natus est, Eurystheus è Sthenelo Persei filio, & semine tuo, q Argis neq; īmerito dominabitur. His uerbis Iuppiter magno dolore affectus, Ate comato uertice apprehensa, aīo pturbatus iusiurandū affirmauit, nunq̄ eā amplius in sidereū cœlū redituram, quippe q̄ oēs detrimento afficeret. Simul hæc dicens, manu rotatā hoīm operibus nociturā è cœlo in terrā deiecit, eius nāq; gratia semp doluit. Atq; ita charissimus filius offensus iniquis Eurystei iussis immeritos labores subire coactus est. Haud aliter ego, cū bello strennuus Hector tot Argiuorū pdiderit, Aten euitare nō potui, à qua primū damnū arripuimus, Quod cū ita sit, & mentē mihi Iuppiter pturbauerit, & recōciliari, & muneribus plurimis Achillē donare placet. Verū eniuero, & tu te parato, & alios ad præliū

populos

populos adhortator. Dona tibi oĩa mittam, quæ ad te heri profectus in tabernaculo tuo tibi pollicitus est Vlysses. Quod si paululũ expectaueris, q̃uis in hostẽ properes, ea ministri à nauibus meis huc afferẽt, ut q̃ libẽs ea tibi exhibeã, plane intelligas. Tũ uelox Achilles, Atride inquit rex hoĩm clarissime, an mihi dona daturus sis, ut decet, an retenturus, tui arbitrij esto. Nunc celeris nobis pugnæ cura. Neq; differendũ, cum hic simus, neq; remorandũ. Adhuc magnũ opus restat Quemadmodũ Achillẽ prima in acie hasta Troianorum globos insectantẽ quis uiderit, ita & ipse admonitus cũ hoste decernat. Ad hæc cõsiliator Vlysses, Nequaq̃ ita inquit, & si fortissimus, diuine Achilles, ieiunos Iliũ Græcos cũ Troianis pugnaturos producas, cũ diuturnius futurũ sit præliũ. Cum semel manus cõserent, inspirabit Deus utrisq; uires atq; aĩos. Sed iube ut antea in nauibus Græci cibũ capiant, quo uires suppeditentur. Neq; enĩ à prima luce ad solis occasum sine cibo pugnari potest. Nã licet aĩus prõptus sit, paulatim tñ & latẽter membra siti & fame cõtabescunt, genua uadenti labant. Quod si uino ciboq; corpus reficitur, tota die pugnæ sufficit, audet aĩus: neque membra prius defatigantur, q̃ omnes pugna discedant. Sed age dimitte populum, & ut discubitum eat, iube. Interea rex Agamemnon dona in medium proferri iubeat, ut & Græci omnes uideant. His acceptis gaudens, & in concione ipse assurgens tibi iuret, nunq̃ amplius se Briseidam cogniturum, quem-

Achilles Agamemnoni.

admodum decet Rex Agamemnon. Coniuges ita uiuant. Tu uero affectus æquo aĩo cohibeas. His pactis in tabernaculo splendido cõuiuio Achillẽ accipias, ne qd abs te debiti relinquatur. Sic in alios iustior euades. Neq; enĩ uitio dandũ regi, si uirum demereatur, quando iniuriã prior ille intulerit. Huic rursus Agamemnon, laudo inqnit te & orationẽ tuã Laertæ fili, quippe qui oĩa ordine transegisti. Id iurare & placet, & aĩus monet, neq; peierabo, modo Achilles non adeo properet, & uos oẽs cũ eo hic maneatis, dũ munera afferãtur, & iusiurandũ præstemus. Hoc ego tibi & iubeo & impero, optimos Achiuorũ iuuenes ad hoc muneris obeundum delige, q̧ quæ heri pollicitus sum, cũ puellis dona afferãt. Thaltybius autẽ mihi q̃primũ prolatũ in Achiuorũ exercitũ uerrẽ ferens, eũ Ioui & Soli diuidat. His Achilles: Agamẽnon inquit rex clarissime, alios hoc, cũ à prælio cessabimus (neq; id tãtopere appetimus) agendũ censeo. Nũc nostri interfecti ab Hectore iacent, ex quo Iuppiter hãc ei gloriam præbuit. Vos nũc milites discubitum eant iubete, ego iã Achiuos in præliũ ieiunos producã, occidente sole, cũ damnũ nostrũ ulti erimus, affatim cœnaturos, ante neq; potus neq; cibus mihi sumetur, cũ amicus & in tabernaculo secundũ uæstibulũ infesto spiculo traiectus exanimis iacet, & ploratur à socijs. Quamobrẽ haud ulla mihi cibi, sed cædis sanguinisq; & amari fletus cura est. Tũ sapiẽs Vlysses: Achille inqt Græcorũ fortissime, Pelei fili, tu mihi nõ parũ hasta præstas, neq;

Agamẽnon Vlyssi.

Achilles.

Vlysses.

neq; ego tibi parum sapientia, quippe q senior sum, et plura noui. Quare te mea oratione cõfirmabo. Breui eni hoies pugnæ satietas capit, in qua multos quidem cumulos humi deijcit, messem autẽ paruam, postq̃ dies breuiores facit Iuppiter, q hoim custos in prælio est. Verũ in fame nequaq̃ mortuus ab Achiuis plorandus Permulti eni quotidie cadunt, q cũ cessatur a laboribus, sepeliẽdi sunt etiã ab his, qui fortiori ingenio sunt & diẽ dũtaxat lugẽt. Qui uero ab imminẽti morte superant, eos & cibi & potus curam habere oportet, ut audẽtius armatis hostibus alacres obuiam ire possint, neq; alia hortatione populus excitandus, quippe malũ est si qs in Achiuorũ nauibus relinqueretur, sed oẽs unanimes in Troianos eqtes delati, Martẽ excitemus Dixit, & clari Nestoris filios Philidem, Megeta, Thoanta, Merionẽ, Creotis filiũ Lycomedea, & Melanippum comites cœpit, q in Agamẽnonis tabernaculum ꝓfecti, septẽ ab eo ꝓmissos tripodas, uiginti nouos lebetes, duodecim equos, præterea septẽ pulcherrimorũ operũ artifices puellas, octauã autẽ formosam Briseidã, ad Achillẽ duxerũt. Pensis autẽ decẽ auri talẽtis, Vlyssẽ iuuenes cum muneribus sequebantur. Quibus in media cõcione depositis, surrexit Agamẽnon. Tũ facundus Thaltybius, uerre apprehenso Agamẽnoni populorũ pastori astitit. Ille a magna uagina pendẽti gladio stricto, aduersis setis orsus passis manibus Iouẽ precari. Cæteri siluere, ut decebat, rege loquẽte, q lætum cœlũ suspiciens, Sciat inquit nunc primũ deorũ

Briseis Achilli cum alijs muneribus redditur.

Agamēnonis iuramētum. maximus Iuppiter, et terra & sol et peierantiū hominum sub terra ultrices furiæ, nunq̄ me Briseidi uim attulisse, neq; libidinis neq; alius rei occasione usum, sed incorruptam in tabernaculis meis seruatam. Si qd peieraui, deos testor, his me, quæ periuri promerētur, malis afficiant. Dixit, & uerris iugulum infesto ferro aperuit. Quē mox Thaltybius in spumantis maris fluctus æscam piscibus abiecit. Tum Achilles assurgens, bellicosos Achiuos allocutus: Iuppiter inquit pater, ingētes sane iacturas affers. Nunq̄ enim animū meū pturbasset Agamēnon, neq; me inuito puellam mihi de improuiso abstulisset, nisi tu tot Græcorū perire uoluisses. Verū enimuero nunc primū reficiendis corporibus, inde mox Marti opera nobis danda est. His dictis, omissa cōcione, suas quisq; naues repetere, magnanimi Myrmidones dona sequi, latores diuini Achillis nauē conscendere, in tabernaculis deponere, puellæ sedere iussæ, equos in armentum alacres serui agere. Briseis autē aureæ Veneri similis, ut Patroclū acuto ferro sauciū atq; exanimē uidit, ipsi incumbēs, magno eiulatu lamētata, molle pectus, ceruicemq;, & pulcherrimam faciē unguibus secabat. Flensq;, Patrocle inqt miseræ mihi anima charior, uiuum ego te à tabernaculo discedens reliqui, nunc exanimem inuenio, populorum princeps. Ita mihi malum malo semper accumulatur. Virum cui me & pater & dilecta mater nuptam dederat pro patriæ mœnibus sauciū, & tres dilectissimos fratres ex eadē matre progenitos, idē exitialis

Achilles Achiuis

itialis dies absumpsit. Tum me flentem, cum uirum me um interemit, & diuini Myneti urbē diruit Achilles *consolatus es, te daturū operam pollicitus, ut* Achilli *nuberē, ducturum me naui* Phthiam, *facturum apud* Myrmidonas *nuptias.* Propterea *cum mihi semper iu cundus fueris, nunc exanimē inconsolabili fletu prosequor.* Hæc *ea dicēte, flebant & puellæ aliæ, quibus singulis* Patroclus *doloris causa erat.* Achillē *autem* Græcorum *seniores circumfusi, ut cibum sumeret, ora bat.* Negare *ipse, his uerbis conquerens:* Oro *si quis cō militonum mihi amicus est, ne prius me cibum sumere suadeat, q̄ mœstum animum expleam, qui tanto mœrore torqueor.* Ad *solis usq; occasum inediam pferam* H*is dictis, alios dimisit.* Duo Atrei *filij, diuus* Vlysses *&* Nestor, *Idomeneus, & senex equo strennuus* Phœ nix, *apud ipsum remanserunt, qui assidue mœrentem consolari nitebantur, nec tamen poterant, antequam sanguineo* Marte *perfunderetur.* Recordatusq; *& simul ingemens, profecto inquit amicissime, dura morte interempte, lautam in tabernaculis cœnam apposuisti, cum* Græci *à* Troianis *equitibus perturbati premerētur, quo lachrymabile bellum auerterent.* Nunc *exani mis iaces.* Verum *tui desiderio cibo potuq; abstinebo.* Neq; *mihi quicquam molestius esse potuißet, non si patrē* Peleum, *qui nunc* Phthiæ *molles fundit lachrymas, uita functum audirem, & talem patrē amisißem, qui nunc inter alienas nationes exitiosæ* Helenæ *gratia cum* Troianis *decerno, uel eum, qui mihi apud*

Scyrum

Scyrum educatur charissimus & pulcher filius Neoptolemus, si forte adhuc uiuit. Sperabam enī solum me prius ab Argo equorū sobole claro apud Troiam occubiturū, te autē Phthiam rediturū, ut mihi celeri naui è Scyro filiū in patriā duceres, eiq; oīa nostra, possessiones scilicet, seruosq;, altā & magnā domū ostenderes. Arbitror nāq; Peleū diē suū obijsse. Vel si uiuit, mœrore & senio cōfectum, & tristē obitus mei nunciū expectantē. Sic inqt lachrymabundus: Lachrymabantur autē et seniores, recordati quæ quisq; domi reliquerit. Quos miseratus Saturnius, Mineruā paucis allocutus: Filia inquit, tu fortē uirū penitus reliquisti, certe nulla amplius Achilli cura est, quā apud rostratas naues, apud amicū exanimē in luctu ieiunū deside re. Reliqui abierunt, ut cibū caperēt. Sed age nectare & ambrosia suauissima eū, ne fame deficiat, cōfirmato His uerbis psuasa, pennatæ harpyiæ similis, arguta uoce cœlo delabitur, nectar & ambrosiā Achillis pectori instillat, ne fame genua labascerēt. Inde ad firmissimā patris domū redijt. Tū græci armati euestigio ē nauibus maturabāt, instar densæ niuis, quæ a Ioue cōcreta, ui sereni Boreæ è cœlo demittitur: sic densæ cassides, clypeorum umbones, thoraces incurui & solidi, fraxineæ hastæ in aēre corruscabant, terra oīs stridere, & sub pedibus tremere. Medius inclytus Achilles dētibus stridere, & ardere tanq̄ ignis oculi: Intolerabili nāq; dolore angi, & iratus Troianis dei munera indui, quæ ei Vulcanus fabre excuderat. Primū

Iuppiter Palladi.

autē

autē suras ocreis & pulchris & argēteis malleis conflatis:inde thorace pectus induit, humeris ensem argēteis clauis munitū appēdit. Deinde clypeū & magnū & solidū,& eminus tanq̄ lumina fulgentē,cepit. Et quemadmodū nautis è montiū uertice apud ouiū caulas ardētis ignis fulgor apparet, procella autē inuitos in pisciferū pelagus eos longe ab amicis ꝓpellit,haud aliter ab Achillis & pulchro & uario clypeo aēr lucem accipiebat. Tum grauē cassidē & tanq̄ astrū fulgentem manibus elatam capiti imposuit, cui crista ex equina cauda. Micabāt crines aurei,q̄ aptissime a Vulcano dispositi. Tunc Achilles,an sibi ea arma accommodata essent,& in ijs facile ageretur,gestu corporis experiebatur. Erant autē ei tanq̄ penna leuia,alte tñ populorū regē extulit. Postremo armamētario patriā hastam depromit,firmam,grauē,fraxineam,quam nemo alius Achiuorū cōcutere potuisset. Eam è Pelij mōtis uertice boibus mortiferā, amico patri Peleo dono inciderat Chiron. Equos Automedon atq; Alcimedō aurigæ,firmis loris alligatos iungere,frenis ora cobibere,pone habenas ad bene cōpactum currū contrahere. Automedon autē pulchro flagello accepto,equos insiluit. Inde currū Achilles in armis cōspicuus tanq̄ sol fulgēs & terrore quodā paternis equis imperitabat. Xanthe & Balie præclara Podarge pignora,aliter aurigam uestrū custodire,& in Græcorū globum referre curetis uelim,cum prælio satiati erimus,neq; me ut Patroclū exanimē relinquatis. Tum à iugo uelox Xan

Armatur Achilles in Troianos

Equus Achillis ipsi dño

lox Xanthus mox inflexo capite procidentibus humi crinibus locutus est,(eum namq; uocalē pulcherrima Iuno reddidit) Profectò nūc te adhuc liberabimus fortissime Achille,ueruntamen prope tibi lœtalis adest dies,cuius nō nos,sed magnus deus, & potens fatum est autor. Nequaq̄ autē tarditate & segnitia nostra Troiani Patroclum armis spoliauerunt. Sed deorum optimus,quē pulcherrima Latona peperit, in confertissima pugna interimēs,ea Hectorem gloria honestauit. Nos uero zephyri,quē uentorū leuissimum dicūt, more cucurrimus. Sed tibi ipsi deo & homini fatale est fortiter domari. Sic clamantē furiæ cohibuerūt quē perq̄ indignatus Achilles allocutus: Xanthe inqt quid mihi mortem uaticinaris? quod te minime decet. Sane me cito et à dilectissimis parentibus pcul moriturum scio, non tamen interim cessabo Troianos à prælio fugare. Dixit clamans,& equos in confertissimam pugnam egit.

Finis Libri. XIX.

¶ Ausonij poetæ,in. XX. Homeri Iliados librum Argumentum.

IAmq; adeo celsis armati e nauibus ibant,
Milia quot magnis vnquam venere mycænis.

¶ At integris amborum copijs inter vtrosq; exercitus pugna conseritur. Dein pmissu Iouis,in partes deorum studia diuiduntur,cū pro Græcis Iuno & Minerua decertarent,neq; secius eos Neptunnns & Mercurius & Vulcanus assererent. Troianos Apollo cū Venere,& Diana cū matre,Mars etiam & cum eis Scamander adiuuarent: Tum Aeneam dijs & viribus iniquis cū Achille congressum, q̄q̄ studens Græcis nube circundatum Neptunnus eripuit.

SIC

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Vigesimus.

SIc apud magnas naues circum Pelei filium bellicosi Achiui, ex altera campi parte Troiani armis muniebantur. Interim Iuppiter Iusticiæ iniunxit, ut à summo cœli uertice ad concilium deos accerseret, quæ euestigio ut oẽs Iouis Deos in cõregiam peterent, imperauit. Tum neq; Oceanus neque ciliũ uocat fluuiorum aliquis, aut nympharũ, amœna nemorum, Iusticiæ & amnium fontes & loca irrigua incolentium, remorati sunt. Eo cum uenissent, pulchris sedibus, quas Ioui patri Vulcanus fabre excuderat, consedere. Neque Neptunnus diuinitatẽ comtempsit, sed à mari properans, inter alios deos medius cõsedit. Inde ad Iouẽ cõuersus. Quid tandẽ inquit in concionẽ deos cõuocasti? Nunqd Troiani et Græci quorũ in præsentia prœliũ instat tibi curæ sunt? Cui nubiũ coactor Iuppiter Habes inquit Neptunne qd uelim, & qua uos gratia cõuocaui, plane tenes. Curæ mihi sunt, quãuis perituri. Ego in summo cœlo sedens, & eos despicio, & aĩo oblector. Vos autẽ cõuenistis, ut alterutris siue Troianis siue Græcis pro cuiusq; uoluntate & adsitis, & opitulemini: nã si Achilles solus cũ Troianis decerneret, ne paululũ quidẽ resisterẽt. Antea enim eũ solo nixu formidabãt. Nũc amici obitu grauiter succensentẽ uereor, ne forte præter debitum urbẽ diruat. Sic locutus Iuppiter asperam pugnã cõciuit. Dij autẽ diuerse

Dij alij alijs fauent.

afficiebantur, nam Iuno, Pallas, terræ motor Neptunnus, perq̃utilis & sapiĉtia præditus Mercurius, præterea uiribus sũpbiẽs & inualidis tibijs claudicãs Vulcanus p̃ Græcis: p̃ Troianis autẽ bene armatus Mars intonsus Apollo, bellicosa Diana, flaua Latona, et læta Venus stabant. Quoad uero à mortalibus longe dij abfuerũt, Græci maiorẽ in modũ Achillẽ in prælium p̃dijsse gloriabãtur: diu enĩ a pugna abstinuerat. Troianos uiso Achille Marti in armis simili occupauerat formido. Verũ ex quo dij in mortaliũ partes discessere efferbuit uehemẽs populorũ excitatrix pugna. Clamauit autẽ Minerua, nũc à cauata fossa p̃ uallo, nunc à sonanti littore. Clamauit & Mars ex alia parte nigræ procellæ similis, clara uoce, alias ab urbis propugnaculis, alias à sacro apud Simoenta deorũ loco Troianos hortatus. Hoc pacto dij superi utrumq; exercitum excitantes ad pugnam cõueniebant. Horrendum autẽ ab alto intonuit hoĩm atq; deorũ pater. Ab imo autẽ immensam terram & mõtium iuga cõcussit Neptunnus. Intremuere fontibus scaturientibus Idæ radices & cacumina, et Troia urbs, & Græcorũ classis Timuit autẽ & infernus umbrarũ rex Pluto, & e solio surgẽs clamauit, ne terræ motu Neptunnus solum aperiret, & obscuras formidatasq; etiam dijs ipsis domos & hoĩbus palam faceret. Tanto itaq; tumultu in certamẽ dij cõcurrebant. Nam cõtra Neptunnũ regẽ Apollo sagittis muniri, cõtra Martẽ glauca Minerua cõtra Iunonem aurea pharetra calamisq; & uenatu

Deorũ diuersa studia, Troianis & Græcis pugnantibus.

gaudens Apollinis soror Diana, Latona in Mercuriũ in Vulcanum magnus fluuius & alte defluẽs, quẽ dij Xanthum, hoĩes Scamandrum appellant. Sic dij cõtra deos ferebantur. Verum Achilles maiorẽ in modum Hectori filio Priami in aciẽ obuiam fieri ardere, spe-rare enim bellicosum Martẽ sanguine saciatum iri. Tum populorũ excitator Apollo Æneam, magnis in-spiratis uiribus, recta in Achillem adhortatus est. Si-milis namq; Lycaoni Priami filio & faciẽ & uocem Ænea inquit Troianorum consiliator, ubi nunc minæ tuæ, quas Troianis regibus conuiua pollicebaris? Te scilicet Achilli Pelei filio intrepidum congressurum? Cui contra Æneas: Priami fili inquit, quid me nunc tanquam nolentẽ cum magnanimo Achille pugnare insimulas? Neq; enim nunc primum ei congrediar. Alias ipse me & hastam meam formidauit, cũ nostras in Ida boues inuasisset, & Lyrnessum diruisset, & Pe dasum. Me autem Iuppiter & uiribus & uelocitate præbita tutatus est. Siquidẽ Achillis & ducis eius cu stodisq; & consultricis Mineruæ, ut Lelegas & Tro ianos acuta hasta interimeret, manibus occubuissem. Quamobrem nulli hoĩm contra Achillẽ pugnandum est. Cui unus deorum semp adest, qui eũ ab omni tue-tur periculo. Præterea eius tæla nunquàm incassum diriguntur, neq; prius figuntur, quàm humanum cor-pus aßequantur. Quod si deus in prælio æquiorem se exhiberet, haud multum me superior esset, licet totum se ferro tectum esse glorietur & iactet. Huic rursus

Qui deorũ cõtra quos steterint in prælio

Æneas Apollinis suasu in Achillem tendit

rex Iouis filius Apollo: Age inquit heros & tu æternos deos precare, Aiunt enim & te ex Venere Iouis filia genitum, Ille ex deteriore deo est. Venus namq; Ioue, Thetis marino est sene progenita. Sed tu recta in hostem ferrum indefessum dirige, neq; ullis uerborum minis perterrearis. His dictis populorum pastori magnas uires inspirauit. Tum ille inter primos fulgentibus munitus armis, & contra Achillem per turmas proruens, minime Iunonem latuit. Quæ una con uocatis dijs, considerate inquit Neptunne & Minerua, qd sequetur, Æneas Apollinis suasu in Achillem infestis armis defertur. Quare agite & nos cõtra eum propellamus, & nostrũ aliquis Achilli adsistat, eumq; uiribus confirmet, ne deficiat animo, ut se ab immortalium optimis armari intelligat. Ipsi autem stulti sunt. qui a principio in bello & prælijs Troianis opẽ ferũt Omnes enim è cœlo descendimus huius pugnæ fautores, ne quid hodie à Troianis mali Achilles perpetiatur. Postmodũ euenient, q ei cum è materno utero pdiret, fata uenerunt. Quod nisi diuina uoce à deo admoneretur, timeret sane, ne quispiam cõtra in prælio deus cõgrederetur. Graues enim dij sunt, cum manifesto se uidendos exhibent. Cui Neptunnus: Noli inqt Iuno temere perturbari. Neq; enim te decet, neq; ego uelim deos in cõtentionẽ trahere. Sed iam hic est uia, in specula sedeamus, præliũ uiri curẽt. Quod si Mars uel pulcher Apollo Achillẽ impedierint, neq; pugnare pmiserint, euestigio cum his de pugna cõtendere iu

re pote

re poterimus. Arbitror autem q̃celerrime in cœlum & ad deorum cõcilium coactos, a nobis concessuros. Sic clamans cæsarie nigra, in altum & undiq; fossa munitũ inclyti Herculis murũ procedebat, quẽ ei Troiani & bellicosa Minerua condiderant, ut cœtum se a littore in campum persequentẽ fugiens eo se reciperet. Illic Neptunnus & alij eiusdẽ factionis dij humeros crassa nebula adoperti. Illi autẽ è regione in altiori templi parte circum arcigerum Apollinẽ & urbium euersorẽ Martem sedebant. Sic diuersa in parte consulere, utrinq; autẽ à grauissima pugna ordiri dubitare, Iuppiter alte sedens præcipere, impleri militibus campus, & hoĩm & equorũ armis fulgere, increpare sub irruentiũ pedibus solum. Duo autẽ uiri optimi in mediũ ad singulare certamen alacres properabant, Æneas Anchisæ filius & inclytus Achilles. Æneas prior firma galea, et clypeo, et ferrata hasta cõcussa, in Achillẽ minabundus irruit. Achilles contra, ut pnicio sus leo, quẽ populus oĩs infestis appetit tælis is autẽ carnis auidus inter primos uersatur, ꝙ si quis forte iuuenũ alacer cũ hasta aßeqtur, tum hians spumãti ore et anxio magno ĩ corde aĩo in eũ defertur, et cauda latera dorsumq; utrinq; uerberãs se in pugnam irritat: ita exaspatus magna ui recta irruit, paratus uelut ipse aliquẽ interimat, uel inter primos interimatur, haud aliter Achillẽ & uires et supbus aĩus in magnanimũ Æneã ꝓuocabant. Cũ igitur propius facti essent, uelox Achilles prior: Ænea ait, qd tu tã longe

Achillis cũ Ænea congressus.

Achilles Æneæ

a globo discessisti? Nunqd tibi mecũ pugnandi est aius & hinc in Troianis Priami regnũ assecuturũ speras Verum eniuero hæc te spes frustrabitur. Neq; enim ppterea si me interfeceris, tibi regno in præmiũ cedet Priamus. Sũt ei liberi, ipse cõstans & sapiẽs. An te Troiani, & aliarũ rerũ et cõsiti & sationalis agri parte potiore donabunt, ut in delitijs oblecteris? Sed haud facile te me interfecturũ spero. Iam enĩ alias te meã hastã formidasse memini. Nũ tibi excidit, cum te pcul a bobus solum p Idæ iuga celeri passu psecutus sum, neq; me expectare ausus es, sed Lyrnessum te fuga surripuisti? Quã ego urbẽ impetu facto Mineruæ & Iouis ope euerti, captas mulieres in seruitutẽ abduxi. Tũ te Iuppiter & alij dij e meis irripuerunt manibus. Nũc arbitror nõ euades, ut suspicaris. Sed discedas, et in globũ te cõferas moneo, neq; me puoces ante q̃ malo aliquo afficiaris. Quod enim factũ est, etiã stultus nouit. Ad hæc Æneas: Pelide ait, ne me tanq̃ amentẽ tuis pterreri uerbis putes. Nã perquã manifeste fraudes, uersutias, & cauillatiõs noui. Nec nostri nos inuicẽ natales latẽt, & pgenitores nostros a maioribus accepimus. Visu aũt, neq; tu meos, neq; ego tuos noui. Aiũt te Pelei uiri præclari ex matre Thetide marina dea filiũ. Ego me magnanimo Anchisa pgenitũ glorior. Mater mihi Venus. Præter hos & alij hodie filiũ plorabunt. Nõ enĩ uana loquor. Sic omissa pugna redeamus. Quod si nostrũ genus audire cõcupiscis, multi id norũt. Dardanũ primũ genuit Nubium

Æneas Achilli

coactor

coactor Iuppiter, Is Dardaniam cōdidit, cum nondum pulcherrimū Iliū diuersæ natiōis ciuitas esset in cāpo cōdita, sed adhuc ad scaturiētis fontibus Idæ radices habitabant. Dardanus autē Erichthoniū regē genuit mortaliū oīum ditissimū. Huic tria equarū milia p syluas teneros pullos alentiū læta pascebantur. Cum ijs Boreas adamatis, in equū niger crines uersus, rē habuit, ex quo grauidæ duodecim pullos peperere. Ipsæ in fertili agro p summas spicarū aristas innoxiæ, & p lata albentis maris dorsa in summo fluctu currebāt. Troa Erichthonius Troianorum regem genuit. Tros tres liberos, Ilum, Assaracum, & diuinū mortaliūq; oīm pulcherrimum Ganymedē. Hunc dij, qui Ioui forme gratia propinaret, in cœlū sustulerunt, ut cū ipsis ageret, Ilus præclarū Laomedonta, Laomedon Tithonum, Priamum, Lampum, Clytum, & Hicetaona bello clarū filium, habuit. At Assaracus Capyn, Capys Anchisen, Anchises me, Priamus uero gloriosum Hectorē genuit. Tali me & genere & familia progenitum glorior. Verū Iuppiter p uoluntate mortalibus & auget uirtutē, & minuit, quippe qui oīm potentissimus sit. Nō tamē hæc nobis in præsentia, ut amētibus, in medio pugnæ tumultu referēda sunt. Permulta enī alter obijcere in alterum posset, quorum onus ne centum quidē sororum nauis perferret. Volubilis est mortalium lingua, uerba multa & uaria & magna. Eorū ultro citroq; copia. Qualia dixeris, talia audies. Sed quid nobis contentionis & iurgij opus mulierū more?

Æneæ genus.

quæ perturbatrice animu ira in media uicinia uera simul & falsa obijcientes, contendunt, prout eas ira cōpellit. Atqui tu me minime uerbis tuis a pugna alacrem amouebis, nisi prius ferro inuicem decernamus. Sed age, hastis nostras prius uires experiamur. Dixit & grauē admirandumq; clypeū hasta pcußit, in qua ferreū spiculū cōcrepuit. Tum Achilles ab ictus uiolentia clypeo manu asserto formidauit, ne iactū eminus magnanimi Æneæ telum eū facile transmitteret stultus sane. Neq; enim mēte aioq; reputauit, nō facile clarissima deorū munera mortali dextræ cessura, & proscissum iri. Neq; enī uulnerari potuit auro, ui teli cohibita. Duobus tantū plicis pforatis tres adhuc superant. Quinq; enī utroq; pede claudus Vulcanus excuderat, duabus æreis duabus interioribus stanneis media aurea, in qua eminus uenies telum hæserat, Secūdus inde Achilles in Æneæ undiq; æqualē clypeū telū dimisit, qd a Pelio mōte, ultimū orbis marginem quē & æs & bouis coriū tenuissimū opiebat assecutū cōcrepuit. Constitit Æneas, clypeū in se timore retrahens. Hasta supra dorsum delata, utroq; magni clypei orbe proscisso, humi infigitur. Æneas declinato telo, tam propinquo ictu maiorē in modum pterritus est. Tum Achilles alacer horrendū clamans, ad refigendū telū properabat. At Æneas ingentē lapidem, qualē ne duo quidē nostri tēporis uiri extulissent, arripuit, quē solus facile manu uersabat. Hoc in Achillem delatus, & casside & clypeo percußo, a dura se

morte

morte asseruabat. Achilles tamen eum gladio interemisset, nisi quamprimũ Neptunnus immortales deos allocutus: hei inquit uereor ne forte magnanimus Æneas Apollinis suasu ab Achille interemptus inferos petat, stultus quidem. Neq; enim in ipso mortis discrimine ei Apollo opitulabitur. Sed qd tandẽ immerito malo, aliorum gratia afficitur? Semper enim superis dijs grata munera exhibet. Sed agite, nos eũ tanto a periculo uindicemus, ne quando Iuppiter irascatur, si eum Achilles interemerit. Fatale namq; ei est, ut euadat, ne sine liberis & obscurũ pereat Dardani genus, quẽ Iuppiter præ oĩbus ex mortali matre liberis dilexit. Iam enim Priami genus odit. Sed Aeneæ potentia & filiorum filij & ab illis nasci turi Troianis imperitabunt. Huic pulchra oculos Iuno: Neptunne inquit, tu tecum ipse considera, an eripiendum, an dimittendum Aeneam ducas. Iam enim & ego & Minerua inter deos iurauimus, nunquàm à Troianis malum nos aliquod arcituras, ne quidẽ cum tota Troia infesto igne cremabitur. Vretur enim a Græcis hostibus. His auditis, Neptunnus per mediam pugnam & telorum strepitum eo contendit, ubi Aeneas & inclytus Achilles manus conseruerant, obiecitq; Achillis oculis euestigio caliginẽ, & fraxineam hastam ab Æneæ clypeo euulsam, ante Achillis pedes abiecit. Æneam autẽ leuem atq; agilem reddidit, a terra alte erigens, super heroum equorumq; ordines assilientem, & Dei manus aufugientem. Peruenit autem in ultimum cam-

Nuptũnus Æneam liberat, ne Achillis manu pereat.

pum, ubi Caucones in prœliũ armabantur. Cui ꝓpior factus Neptũnus, qs te hic inqt deorũ Ænea tristẽ cũ magnanimo Achille pugnare ꝑsuasit? qs te melior simul & dijs dilectior? Sed refer pedẽ, quoties Achilli obuiã fueris, ne præter fatum ad inferos detrudaris. Verũ post mortuũ & sepultũ Achillẽ audẽter te pugnæ credere poteris, nemo Græcorũ alius te interficiet. His dictis euanuit, & ab Achillis oculis densam fugauit caliginẽ, Qui reddita sibi luce, indignabũdus secũ: Hei inquit, magnum mihi miraculum oblatũ est Hasta humi iacet. Vir autẽ in quẽ ut interimerẽ, iaculatus sum, nusquam apparet. Profecto Æneas dijs immortalibus amicus est. Nã eum temere gloriatum putabam. Abierit sane. Neq; enĩ amplius mecum cõferre manus audebit, qui modo tam alacer mortẽ aufugit. Sed ego bellicosis Danais imperans, reliquos Troianorum aggressus experiar. Dixit, & in ordines receptus, singulis iussit, ne amplius eminus pugnarent, sed uir uiro prompto animo cõgrederetur. Difficile nãq; mihi est, etsi uiribus præstem, cũ tot uiris solum manũ conserere, & pugnare cum oĩbus. Siquidem neq; Mauors deus impauidus, neq; Pallas, tantam aciẽ sustinerent. Ego tamẽ quantum manibus pedibusq; & uiribus ualeo, ne minimum quidẽ negligam, sed per medias penitus acies penetrabo, neq; Troianum aliquem mihi obuium lætaturum confido. Sic inquiens, in medios irrupit. Contra præclarus Hector suos hortatus, Achilli congrediendum his uerbis iactabat: Nolite

Achilles secum *Hector suis.*

magnanimi Troiani Achillem formidare. Equidem uerbis etiã cum Dijs pugnarẽ, ferro autẽ difficile est. Sunt enim longe q̃ nos fortiores. At nõ Achilles oĩa uerbis pficiet. Partim aßequetur, partim imperfectũ dimittet. Ego eum aggrediar, etsi ignis instar exardescat, si inquã exardesceret, ut ignis, & ut ferrum rigeret. Simul his dictis in aciẽ proruit. Tum Troiani raptis simul hastis sequi, Ita eorum uires unanimi oĩm studio corroborari. Hinc clamor exortus. Tum Apollo Hectorẽ affatur: Hector ne quæso adhuc Achilli cõgrediare. sed in globo à tumultu procul te cõtineas, ne aut eminus iaculo, aut cominus ense te assequatur. His uerbis Hector rursus in globũ se recepit, dei monitu pterritus. In Troianos autẽ Achilles, uiribus ferox, horrendũ clamãs, insilijt. Imprimis autẽ Iphitiona strenui & urbium domitoris Otrynti ex Naide nympha filiũ, ex niuoso Tmolo in fœlicibus Idæ populis multorum oppidorũ principẽ interemit. Cui recta in se ruenti clarus Achilles mediũ caput diuisit. Increpuit cadens. Tunc Achilles iactabundus, iaces inquit Otrynti fili, maxime oĩm formidabilis. Hic occubuisti. Genus autẽ à Gigæo portu ducis, ubi patriũ tibi templum ad Hylũ piscosum & undosum Hermũ erigit. Sic gloriabatur. Illius autẽ oculos tenebræ operuerunt, eumq; Græcorũ equi prima acie rotis contriuerunt. Inde Demoleonta, bello strenuũ, Antenoris filium, p galeã ferream nihil uim prohibentẽ, temporibus & osse transmißo, & cerebro oĩ contuso interemit.

Hectorẽ uolentem cum Achille cõgredi, Apollo ab incepto deterret

mit. Tũ alacrẽ Hippodamanta, amißis equis fugientẽ inter humeros sauciauit, q inter expirandũ circum littus gaudente Neptũno à iuuenibus distractus mugiebat. Ita eum fortis aĩus reliquit. Post hos in pulcherrinum Priami filiũ Polydorum defertur. Hunc pater à pugna, qđ liberorũ ultimus esset & charissimus, nõ continuit. Pedum autẽ uelocitate oẽs superabat, ut tũc re ostendit. Currebat enĩ inter primos pugnatores, quoadusq; exanimatus procidit. Siquidem gloriosus Achilles terga uertentẽ, qua aurea fibula baltheũ alligat, & duplex thorax suspẽditur, uulnerauit, ac spiculum p mediũ euasit umbilicũ. Ingemẽs in genu procumbit, oculi nebula caligant. Quem procidentem in terrã, manibus suscipientẽ declinantemq;, ut cõspicatus est Hector, caligatis oculis nõ amplius cõtari sustinens, uibrato in Achillẽ telo, flãmæ similis irruit. Achilles eo uiso, ut assilijt, iactabũdus, adest inquit uir q me maiorẽ in modũ pturbauit, q charissimum mihi amicum interemit. Sed nõ diutius in pugna alter alterum formidabimus. Dixit, & toruis oculis Hectorem aspiciens. Cominus inquit accede, ut citam mortẽ experiaris. Cui cõtra impterritus Hector respõdit. Pelei fili, ne tibi me ut stultũ uerbis tuis terreri persuadeas. Iam & cauillationes & iniurias noui, & te fortem, me autẽ longe uiribus inferiorẽ non eo inficias. Verũ hæc in deorũ sunt uolũtate, ut etiã imbecillior te hasta perimã. Est enĩ & mihi acutũ telum. Dixit, & prior crispatã hastam in Achillẽ direxit, quæ tenui spi

Hectoris cũ Achille conflictus.

nui spi

nui ſpiritu à Minerua conuerſa, ante Hectoris pedes cecidit. Tunc Achilles in cædē ferox, in illum horrendo clamore irruit. At eū Apollo, perq̃ facile (utpote deus) ereptū dēſa operuit nebula. Ter inclytus Achilles infeſto ſpiculo eū appetijt, ter denſas nebulas trāſuerberauit. Quarto autē impetu facto grauiter cōminatus, effugiſti inquit impudens mortē, profecto prope exitium agentē te Apollo eripuit, quem inter tela uerſatus precari debes. Verūtamen aliàs, ſi quis mihi deorū fauerit, manibus meis cades. Interea alios quicūq; mihi obuiā fuerint, proſequar. Hæc dicēs Dryopa media in ceruice ſaucium ante pedes ſtrauit. Inde Demachum magni Philetoris filiū genu uulnere primum incuſſo cohibuit, inde magno enſe trāſegit. Poſt hos Laogonum & Dardanū Biante genitos ex equis, alterum haſta, enſe alterum, cominus in terram conſtrauit. Tros autē Alaſtoris filius ad eius genua procidens, ſi forte ætatem ipſius miſeratus incolumem dimitteret, enſem ſecundum epar recepit. Stultus ſane, Neq; enī nouit, quod credibile erat, neq; benignum, neq; mitem, ſed ferocē, tactis genibus placari nō poſſe. Decidit epar, & ex eo niger ſanguis profluens ſinum impleuit. Tenebræ obeuntis oculos operuere. Poſt Mulio ſecundum aurem pcuſſo, p alterā tælum euaſit. Ad hos Echecli Agenoris medium caput acuto gladio diuiſit. Gladius autem totus ſanguine aſperſus eſt, mors ſtatim & fatum ineuitabile eius oculis obuerſabatur. Tranſuerberauit & Deucaleonē, qua

Hector ab Apolline morti ſubtrahitur.

collum

collum brachio iungitur. Eius grauata manu, & præ oculis mortē oberrante, ense ceruice pcussa, longe cū casside caput abiecit, cerebrū p ossa effluit, corpus humi extentū iacuit. Iam Achilles in strenuū Pirei filiū Rhigmon properabat, quē è fertili Thracia profectū mediū tælo transegit, ferrū uentri infixū. Quo è curru cadēte, eius auriga e uestigio equos cōuertens, dorso infesto tælo recepto, saucius turbatis equis decidit Quemadmodū autē in montuosa & arida sylua diuinus ignis oīa concremans pfurit, & uentus spirans huc illuc flammā dirigit, ita Achilles undiq; impetu facto, nunc hos nunc illos interimere. Sangris p terrā fluere. Et ueluti cū latæ frontis boues ad ordei trituram in alba area iungūtur, sub quorū mugientiū pedibus culmi proteruntur, haud aliter sub magnanimo Achille equi & exanimes simul & clypeos proterere sanguine autē & axis & curruum rotæ coinquinari, quas ab equorū ungulis guttæ spargebant. In hūc modum Achilles gloriæ inseruiens, euitandas manus sanguine maculabat.

Finis Libri. XX.

¶ Ausonij poetæ, in. XXI. Homeri Iliados librum Argumentum.

INtulerat fluuio trepidas fuga fœda cateruas.

¶ Troiani vsq; ad Scamādri fluminis alueū fuga & terrore cōpulsi, cū iam lōgius abeūdi spaciū nō pateret, in ipso amne, cū flumen exūdat, ibi ab Achille. xij. milia Troianorum iuuenes vincunt, q Patrocli inferijs īmolarent. Ipse Vulcanus ardoribus suis vim torrētis exurit. Tū in campū Achille progresso, passim studia deorū p sua singulari parte depugnāt. Troianorū exercitus instante victore in mœnia vrbis impingitur.

CVM

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Vigeſimuſprimus.

CVM uero ad latum & uorticoſum Xāthi fluuium, quē immortalis genuit Iuppiter, perueniſſent, inde in duas partes diuiſos Troianos, alteros p campum Achilles urbem uerſus, qua ſuperiori die perterriti furentē Hectorem Græci fugerant, trepidos & palantes perſequebatur, denſas autē tenebras ad eorum fugam inhibendā Iuno cōduxerat. Alteri in altum & argentea unda proſpicuum fluuiū magno ſtrepitu cō pelluntur. Tum aqua & altæ ripæ inſonuerunt. Illi autem p aquarum uortices taciti huc illuc latebras diſquirebant. Et quemadmobū ſub agris crepitu locuſtæ in aëra elatæ fluuium petentes repente alueū ſubeūt, ſic Achillis metu profundū & ſonans Xanthi flumen equis & boibus implebatur. At ille magnanimus, haſta in ripa inter myricas relicta, deo ſimilis, ſolo enſe in alueum deſilijt cædis auidus, & crebris ictibus Troianos agebat. Illi enſe acti turpiter ingemere, aqua cruore rubeſcere. Ac ueluti minores piſces, uiſo delphino imis ſe cauernis recipiunt formidantes (deuorat enim quoſcunq; aſſequitur) ſic Troiani impetuoſi fluminis ripis deliteſcebant. At Achilles cæde defeſſus, duodecim è flumine iuuenes uiuos delegit, quibus Menœtij filium Patroclum ulciſceretur. Quos ut ceruorum hinnulos trepidātes, ligatis poſt terga manibus ipſorum zo

rum zonis quibus cingebantur, socijs ad latas atq; altas naues ducendos tradidit. Inde iterũ irruit in cædem alacer. Illic Lycaoni Priami filio è fluuio euadẽti obuiã factus est. Hunc antea à se captũ è patrio solo inuitum nocturnus abduxerat. Caprifici enim ramos acuto ferro incidebat, ut currus radios faceret: cum in opinatum malum gloriosus Achilles astitit, à quo captus & in bene munitam Lemnum abductus, Iasonis filio uenditur. Hunc magno postmodum precio redemptũ Imbrius Eetion clarã Arisbã misit. Vnde aufugiens patrio solo repetito, undecim dies cũ amicis oblectatus est. Duodecima iterũ eum in Achillis manus redegit deus, q eum etiã reuerti uolentẽ ad inferos detrusurus erat. Eum, ut uelox Achilles galea clypeoq; & hasta inermẽ agnouit (oĩa enĩ fuga defessus & labantibus labore genibus abiecerat) indignabundus secũ: En inquit, qd nunc miri oculis meis obijcitur? Profecto interempti à me Troiani rursus è tenebris resurgent. Quẽ hic casum euasit? Clara in Lemno uenundatus, neq; spumãtis maris fluctibus, ut inuiti com plures, coherceri potuit. Sed age hastæ nostræ spiculum experiatur, ut uideã atq; intelligam, an forte idem iterum eueniat, an alma terra, quæ & fortẽ cohercet, hunc quoq; cohercea. Sic aĩo uoluenti astitit Lycaon trepidus, ut eius genua contingeret. Frustra tñ fatale exitium se euasurũ cogitauit, longamq; hastã inclyti Achillis manu in se uibratã procumbens declinauit. Hasta sup eum in cæde delata humi infigitur. Tum

Lycaon

Lycaon altera manu apprehensis genibus, altera tælum acutum capiens, his uerbis precatur: Tua ego genua tango Achilles, tu mei miserere. Seruus tuus ego sum magnanime, & cui misereairs dignus. A te primũ uitã accepi, qua die me culto in agro captũ, patre & amicis procul, Lemni uendidisti. Tibi ego iam sacrificium, at nunc longe maius exhibui. Est autẽ hic duodecimus dies, ex quo Iliũ multa perpessus appuli, & tuis me iterũ manibus crudele fatũ obiecit. Debeo Ioui patri odio esse, cum iterũ me in tuam redegerit potestatem. Paucis me ante annis Laothoe mater Altai senis filia, Altai inquã, qui bellicosis Lelegis imperitans, altam Pedásum sub Satnioẽnte incolit, pepererat, quam Priamus cũ alijs pluribus habuit. Ex hac duo nati sumus, q ambo manu tua occũbent. Pulcherrimũ namq; Polydorũ acuto tælo inter primos pedites interemisti. Nunc ego periclitor, neq; enĩ puto tuas me manus euasurum, nã urgent me fata. Dicã tamen, qđ tu accipias oro, ne me interimas. Neq; uterinus sum Hectoris frater, q tibi mansuetum & fortẽ interemit socium. Illis uerbis clarus Priami filius precatus, immite responsum accepit. Stulte inquit, neq; precibus nunc tibi utendũ est, neq; concionibus. Cũ Patroclus cædẽ suã satiauerit, tunc Troianis parcendũ ducã. Multos superiori tẽpore captos uendidi, nũc minime mortẽ effugies, quã deus ante Iliũ conditũ in meã tradidit potestatẽ. Neq; modo tuam, sed & Troianorum oĩm, & liberorum Priami in primis. Sed amice morere & tu.

Quid

Quid frustrà gemis? Occubuit Patroclus te lõge præstantior. Nõne uides qualis ego sum? q̃ pulcher, q̃ magnus? claro patre genitus, & matre dea. Verumtñ me mors & fata superabunt. Veniet aurora seu crepusculum seu meridies, cum meã aliquis animã uel telo uel ense auferet. Sic loquentis hasta transuerberatus Lycaon labantibus genibus animã agebat. Eumq; passis manibus in genua procumbentẽ, Achilles stricto ense secundũ ceruicis compagẽ transegit. Anceps gladius totus in uulnus recipitur. Extinctum humi, terra nigro cruore cõspersa. pede acceptum Achilles in flumen deuoluendũ abiecit. Inde gloriatus, istic inquit cum piscibus iaceas, q tuum sanguinẽ secuti absorbeant. Mater neq; iacenti tibi incũbens deflebit, sed torrens Scamander in latum maris sinum te auferet, & aliquis undis actus piscis procellã fugiens album Lycaonis adipẽ deuorabit. Occũbite Troiani, quoad altum Ilium capiamus, uos quidẽ fugientes, ego autem terga premens. Neq; uorticosus & incuruus fluuius uobis sufficiat, cui uos multos mactatis tauros. Viuos in undas equos agitet, & ita dira morte conficiamini quoad oẽs super Patrocli & Achiuorum cæde, quos apud citas naues me absente interemistis, ulciscar. Sic ait. At fluuius magis indignatus, agitabat aĩo, ut à cæde inclytum Achillẽ inhiberet, & Troianos defenderet. Iam Achilles in cædẽ alacer longa hasta in Asteropæũ Pelegonis filiũ deferebatur. Pelegonũ Axius late fluens ex Periboea Acesamini filia natu grãdiore pro-

diore progenuit. Etenim altus fluuius accubuit. Hic Achilli è regione duabus hastis occurrit (ei nanq; uires auxerat pro interemptis à truci Achille in flumine militibus iratus Xanthus) Cũ ergo propius concurrissent, prior Achilles, quis inquit, & unde es, & quo ex genere mihi obuius ire audes? Infœlicium parentum liberi meas uires prouocant. Cui cõtra clarus Pelegonis filius: Magnanime inquit Achille, quid me de genere meo percontaris? Ex fœcunda atq; longinqua Peonia oriũdus sum, longe iaculantium Peonum ductor. Vndecima nunc dies agitur, ex quo Ilium appulimus. Genus à late fluente Axio duco, Axio, cuius lympidissima aqua totã irrigat regionẽ. Is Pelegona strenuũ bello uirum, hic me genuisse fertur. Nũc manus conseramus clarissime Achilles. Sic iactabundus in eũ fraxineã è Pelio hastã protendentẽ, duas simul hastas extorsit (ambidexter enĩ erat) quorum altera pcussum clypeũ haud oĩno scidit (aurum enĩ dei munus seruauit illæsum) altera dexterũ cubitũ leni uulnere attigit, fluxit p manum cruor, hasta autẽ supuolans terræ infigitur. Tum Achilles cædi intentus, in Asteropæũ hastã cõtorsit, quæ aberrans, altam ripã ad mediam usq; penetrauit. Stetit fraxinea hasta. Inde stricto latere gladio in eũ furibundus insiluit, illiusq; ualida manu è prærupta ripa cõcussã hastã frustra euellere tentantis, & iã quarto infringere eã parantis, prior ense p uentrem secundũ umbilicũ transmisso animã abstulit. In terram oĩa prociderũt, tene-

Ff bris

bris expirantis caligati sunt oculi. At Achilles in pe-ctus irruens, eoq; armis spoliato, gloriabũdus ait. Sic iaceas Asteropæe. Neq; enĩ cum summi Iouis filijs ti-bi pugnandũ erat, licet à fluuio ortũ duceres. Tu late fluentis Axij, ego me magni Iouis stirpe natũ glorior Genuit me uir multis imperitãs Myrmidõibus Peleus Æaci filius. Hunc Iuppiter: q ut cunctis mare irrum-pẽtibus fluuijs lõge præstat, sic eius etiã genus est q̃ fluuiorũ præstantius. Etenĩ tibi magnus fluuius si qd potest opis afferre, nõ tamen est ut cum Ioue Satur-nio conferatur. Cui ne fluuiorũ quidẽ oĩm maximus Achelous, neq; procellosi Oceani, ex quo & flumina & mare fontesq; & alij putei oriũtur, uis æquari po test. Magni enim Iouis flumen & horrendum toni-trui fragorẽ formidauit. Dixit & è ripa ferreũ ha-stæ spiculum euellit. Illum in harena reliquit exani-mem. Alluebatur unda sanguinea, & anguillis pisci-busq; adipe exeso laniatus appetebatur. Ipse uere Pe onas eqtes, adhuc in uorticosi fluminis ripa (uiso opti mo duce in atroci pugna fortiter interemptp) latẽtes, persequi cõtendit. Ex quibus Thersilochũ, Mydona, Astypylũ, Mnesum, Thrasiũ, Æniũ, Ophelestẽ, inter-emit. Interemisset & plures, nisi altus fluuius in hu-manam faciẽ uersus, cũ iratus ab imis uadis esset affa-tus: Achille, frustra ualidus es, frustra indigna uiris patras. Semp tibi Dij opitulantur, siquidẽ Saturni fi-lius oẽs Troianos tibi perdendos tradidit. Tu tamen eorum terga p campũ premẽs digna te cogitato. Im-

Xanthus fluuius Achilli.

pletur

pletur mihi purus alueus cadaueribus, neq; præ angustia possum in latũ mare profluere, neq; cæde adhuc cessas. Desiste iã quæso, stupore nãq; populorum princeps cõtabesco. Cui cõtra uelox Achilles. Esto qđ iubes generose Scamãder, nõ tñ prius à supbis Troianis abstinebo, q̃ in urbẽ eos concludã, & Hectori cõgrediar, ut uter utrũ interimat, periclitemur. Sic inquiẽs Troianos alacer inuasit. Tunc Apollinẽ affatus Scamander, arcitenẽs ait: Iouis fili minime patris obsecutus es uoluntati. Quippe q ut Troianis adesses, eisq; ad solis occasum & fœcũdæ terræ umbrã opẽ ferres maiorẽ tibi in modũ præcepit. Dixit, & cũ Achilles è medio alueo prosilire cõtenderet, undarũ fluctibus pturbatis cadauera ab Achille interemptorũ plurima passim iacentia ex alueo tanq̃ taurus mugiens abiecit. Viuos autẽ apud lympidas undas magnis & altis uorticibus abditos tutatus est. Tollebatur circũ formidolosum Achillẽ tumidus fluctus, eũq; in clypeũ profusus impulit, ut pedibus consistere nõ posset. Tum apprehensam magna ui procerã & uirentẽ ulmum radicitus euulsam traxit. Repleta crepido est oĩs, & flumen densis ramis ponte facto cohibitũ cum in alueum tota decidisset. At Achilles cito pede in campũ trepidans assilijt. Non tamen magnus destitit deus, in eum summis fluctibus irruẽs, ut eo impedito, à Troianis exitium auerteret. Achilles igitur ad hastæ iactus nigræ & uenaticæ aquilæ alitũ præstãtissimæ uiribus & celeritate similis, irruit. Cui circũ pectus arma horren-

Achilles Xantho, q & Scamander.

Xanthus Achillem à psequẽdis Troianis remouetur.

de insonuerunt, Sic oblique declinantē fluuius magno strepitu urgebat. Et quemadmodū cum ab alto fonte quispiā in plātas & hortos aquā præuius deducit, & ligone riui obices amouet, & calculis motis defluens aqua immurmurat, & deductorē sequitur, haud aliter Achillē quāuis alacrē uehemēs fluctus premebat. Potiores nāq; Dij sunt q̄ hoīes. Quanto autē maiore aīo Achilles resistebat, ut intelligeret, an se oēs Dij imortales, q magnum cœlū habitant, persequerentur: tāto magis magnus lympidi fluminis impetus in eius humeros inuadebat. Ipse altiora mœstus petere, fluminis magno in obliquū impetu pedibus solū subtrahere. Ingemuit Achilles, & cœlū suspiciens, Iuppiter inquit pater, ut quid nemo deorū mihi miseretur, q me à fluminis uiolentia eripiat? Quid ego in posterum patiar? Non alius quispiā cœlestium horū mihi autor est, sed mater charissima, q̄ me mendacijs fouit, cū sub Ilij muro infestis me Apollinis sagittis periturū prædiceret, Vtinam Hectoris uiri huius regionis fortissimi telis occumberē. Siquidē fortis fortē interimeret. Nūc me fata ingloria morte damnarunt, ut magno in flumine tanq̄ subulci filius p hyemē torrentē transiens suffocaretur. Hæc oranti repēte Neptunnus ei & Minerua in humanā faciē uersi astiterūt. Et datis dextris, pluribus uerbis sic eū prior affatur Neptūnus: Achille, ne trepida, neq; te ulla formido teneat. Tales Dij ego scilicet & Minerua Iouis consensu tibi fautores adsumus, ut te fluminis uiolentia periturū minime sit

Achilles Ioui.

Neptunnus Achilli.

uerendum. Cito desinet, ut uidebis. Verũ te iterũ iterumq́;, si credis, monebimus, non prius immitis hostis manus quieturas, q̃ intra claros Ilij muros Troianus populus fugiẽs recipiatur. Tu autẽ Hectorẽ interimes, inde rursus ad naues rediens, nos te gloria extollemus. His dictis in immortalium cœtũ concesserunt. Tum Achilles, opertũ aqua campum aio deorũ horta tu aucto superauit. Fluitabant pulchra nup interemptorũ arma passim & cadauera. Recta igitur in feruentem undam euasit, neq; late profluens amnis eum coërcere potuit, quippe cui magnas uires Minerua præstiterat. Nõ tamen Scamander destitit, sed magis Achilli succẽsens, alte fluctu sublato, Simoënta cõpellauit: Amice frater, unà àmbo uirũ fortẽ cohibeamus. Is nãq; breui magnã Priami urbẽ excidet, Troiani ei nõ resistent. Tu pleno fontiũ aquis alueo opem euestigio feras, infla torrentes oẽs, & undas simul & arborum lapidumq́; fragorẽ excita, ut exitiosum uirum impediamus, q nunc dijs paria audet. Neq; enim uires, neq; aliud quippiam, nõ arma pulcherrima, in ultimo portu luto operta opitulatura ei confirmo. Operiam eum multa harena, plurimis aggestis lapidibus. Neq; eius ossa Græci colligere poterunt. Tantam in eum colluuiem accumulabo. Hic humabitur, neq; aliud effodiendum erit monumentũ, quemadmodũ si ab Achiuis conditeretur. Dixit, & iratus spumantia murmurante sanguine, & cadaueribus inmixtis aucta à Ioue aqua furibundus in Achillem defertur, eumq́; cor-

Xãthus fluuius Simoenti & ipsi fluuio.

 ripit.

ripit. Tum Iuno Achilli timēs, ne magnis uiolenti flu minis opprimeretur fluctibus, euestigio clarissimū filium Vulcanū clara uoce cōpellans: Excita te inquit Claude mi fili. Dignū enī te aduersariū uiolentū Xanthum cōiectamur. Quare opē feras. Accende q̃primū sonantē flammā. Ego uero zephyro & uiolentissimo noto ad mare immensam procellā excitatura contendam, quæ Troianorū capita & arma graui exuret incendio. Tu autē hic & Xanthū & in eo arbores igni corripias, neq; te ullis aut precibus aut minis moueat: neq; prius uires tuas cohibeas, q̃ ego iussero. Vulcanus autē urenti igne primo campū, secundū fluuium multos quos Achilles interemerat, cōprehendit. Tum campus siccatus, unda cohibita est. Ac ueluti autumnalis boreas nup rigatum q̃primū exiccat, eoq; fosso lætatur, sic totus campus arescere, cadauera uri. Inde in fluuiū flamma cōuersa, ardere ulmi, populi, myricæ lotus, thryon, & cyperon, quæ ad lympidas Xāthi undas paßim nascebantur. Iam anguillæ & pisces in pspicua unda huc illuc adnantes, sapientis Vulcani caloribus laborare, Amnis impetus remitti, q uoce illum cōpellans: Vulcane inquit, nemo tibi deorum neq; ego possum flagranti tuo igni resistere. Cessa quæso, psequatur strēnuus Achilles Troianos. Quid mihi opus est, ut eis opituler? Dixit igne æstuans, feruebat enim lympida unda. Ac ueluti feruente multo igni lebete, prius pinguis porci adeps aridis circūsubiectis lignis liquitur, sic Xanthi aqua feruere, neq; amplius labi,

Vulcanus iussu Iunonis Achillē à Xāthi impetu liberat

neq;

neq; Vulcani uiolentia respirare iam poterat. Is igitur Iunoni supplex, quo meo inquit merito filius tuus meum præ cæteris flumen exurere molitur? Non ego duntaxat, sed & cæteri oēs Troianorum partibus fauent. Ego tamen desistam, si iusseris. Desistat & hic. Ego tibi iureiurando cōfirmo, nequaquā amplius exitium à Troianis auersurum, ne Troia infesto igne cōcremetur. Cremabitur enī à bellicosis Achiuis. His auditis extemplo pulcherrima Iuno charissimum filiū Vulcanū affatur: Vulcane mihi dilectissime fili, immortalē deū tantopere mortaliū gratia pturbari nō decet. His uerbis Vulcanus domita Xanthi uiolentia ignem amouit, flumen in alueum rediјt, qui deinceps Iunonis licet iratæ iussu ambo cessarunt. Verum inter alios deos grauis & difficilis contentio augebatur. Diuersa namq; sententia dissidentes magno inter se strepitu concurrerunt. Tum spaciosa terra & amplum cœlum circumsonuit. Audiјt in cœlo sedens Iupiter, & ea deorum contentione intra se risu exhilaratus est. Illi cominus cōgredi, concurrere. Mars clypeum concutiens, & primum in Mineruam infesto telo exprobrans irruit, Quid tandem impudentissima Deos in pugnam prouocans, nimium tibi tribuis? An oblita es, cum Tydei filio Diomedi ut me ferro impeteret persuasisti, & in omnium conspectu infesto telo pulcherrimum corpus meum sauciasti? Nūc ego mihi persuadeo, quicquid in me machinata es, ulturum. Sic dicens, angulosum & tremebundū clypeū, quem

Deorū inter sese certamen ac pugna.

Mars & Mineruа.

quem ne Iouis quidē fulmen ſcidiſſet, longo tælo perçuſſit. At ipſa relato pede, humi iacentē lapidē, nigrū aſperum, magnum, quē maiores agri terminum fixerant, ualida manu arripuit. Hoc bellicoſum Martem ſecundum ceruicē percuſſit. Ille membris concuſſus procidens, ſeptē ſoli iugera operuit. Puluere ſparſi ſunt crines, & arma circūſonuere. Riſit Minerua, & ſecum gloriabunda: Stulte inquit, nondum noſti quanto me fortiorem te eſſe glorier? quia te mihi uiribus parem facis. Sane te materna exercet furia, quæ tibi irata male conſuluit, quia Græcorū partibus relictis, periuris Troianis opitularis. His dictis nitidos cōuertit oculos. Martem autē grauiter ingementē, & uix reſpirantem, Iouis filia Venus manu erexit. Quam cum Iuno intueretur, Mineruam eueſtigio affata, Amalthææ inquit alumni Iouis filia infatigabilis, en canina muſca pernicioſa pernicioſum Martem p medium prælij tumultum ducit. Sed tu eam ulciſcere. Sic ait. At Minerua alacris pectus Veneris graui manu impellens, labantibus & animo & genibus ſtrauit. Tum ambo uiridi in ſolo iacuere. Illa uero imprecata, talia inquit omnibus, qui Troianis opitulantur, eueniant, quando armatis Græcis congredientur. Et tam audaces & tolerātes ſint, quàm Venus uenit contra me, Marti auxilium. Hoc pacto iam pridem Ilium munitiſſimam urbem populati à pugna quieſcemus. Riſit his Iuno. At Neptūnus rex Apollinem affatus. Quid inquit & nos ceſſamus? neq; enī licet, cum alij cœ-

Martis magnitudo.

Minerua Venerem pſternit.

alij cœperint? Turpe quidem eßet, si pugnæ exortes olympũ & Iouis æreo pauimẽto munitam domũ petierimus. Quare incipe, iunior enĩ es. Mihi aut indecẽs est, q sum natu grandior, & plura noui. Stulte, q̃ insipiẽs es? nõne meministi, quæ iã passi sumus apud Iliũ mala? Solos nos deorũ Iuppiter misit, ut supbo Laomedonti in annũ pmissa mercede seruiremus. Ipse imperabat. Ego Troianis urbẽ latis & perq̃pulchris muris ne expugnari possent, circũdedi. Tu errabũdas et camuras boues in iugosæ Idæ conuallibus pauisti. Sed cũ accipiẽdæ mercedis tempus, gratiæ multæ autores horæ afferrẽt, tunc debita nos mercede fraudatos minatus dimisit Laomedon: tibi quidem manibus pedibusq; ligatis ad longinquas insulas deportaturũ, utriusq; autem aures incisurum. Nos aĩo irato pmissa fraudati mercede reuertimur. Horũ tu nunc Troianis gratiam refers, neq; nobiscũ in supborum Troianorũ cum liberis & pudicis uxoribus exitiũ consentis. Huic Iouis filius Apollo respondit: Neptunne, haud me sapientẽ dixeris, si tecũ miserorũ causa certauero, q frondibus similes, nunc læti & florẽtes terræ fructibus uescuntur, nũc minuũtur & deficiũt. At nos desistamus, alij pugnẽt. Hæc dicẽs pedẽ rettulit. Verebatur enim cũ patruo manus conserere. Tum uenatibus clara soror Diana in eũ his uerbis inuecta est: Fugis arcitenẽs & Neptũno inani cõtempta gloria cedis? Quid arcũ incassum gestas? Nõ ego te amplius paterna in domo, ut solitus es inter deos cũ Neptũno certare iactantẽ au-

Neptunni & Apollinis certamẽ futurũ, nisi Apollo recusasset.

Diana Apollini

Iuno Dianæ

diam. Cui Apollo ne uerbum quidem respondit. At uenerabilis Iouis cõiunx ira percita cõtumelijs Dianam acriter insectata: Quid inqt canis? contra me uenire nõ uereris? Ego tecum, etsi arcubus scias, & leonẽ te inter fœminas Iuppiter, & ꝑ uoto interimere posse statuerit, uiribus tamen pugnabo, profecto tibi satius est ꝑ mõtes feras & ceruas figere, q̃ temere meliores insectari. Quod si pugnare placet, ut q̃ te sim fortior intelligas, quando te uiribus præfers, nostri periculũ faciamus. Simul hæc dicẽs, utramq; eius manum læua apprehendit, dextera ab humeris arcubus abreptis, ijs eam secundũ aurẽ ridẽs uerberauit. Euersa autẽ pharetra, citæ sagittæ deciderũt. Tum Diana lachrymãs in obliquũ fuga arrepta, ut columba quæ ab accipitre caua in petra delitescit (neq; enim capi debebat) relictis illic arcubus aufugit. At deorũ nuncius Mercurius Latonam his uerbis alloquitur: Ego tecũ minime cõtendam. Difficile est enim nubiferi Iouis uxoribus cõgredi. Nimiũ cõtra immortales audes, gloriare me uiribus superiorẽ. Sic ait, Latona autẽ arcũ sagittasq; passim humi sparsas collegit, filiamq; secuta est, quæ iam olympo ascenso ab Iouis æreo pauimẽto præclarã domum stillantibus per ora lachrymis patris genibus procubuit. Mouebatur incorruptibile peplum. Hanc ad se tractam pater Saturnius, dulce ridẽs pcunctatur Quis superum in te charissima filia uiolentas manus intulit, acsi mali aliquid palam patrasses? Cui pulchra Diana eiulans: Tua (inquit) coniunx Iuno, cuius gratia inter

Diana ab Iunone uerberatur.

tis inter superos contentio exarsit, hoc pacto mecum egit. His ita inuicē colloquentibus, interea Apollo sacrum Ilium petijt, cui summo artificio cōditi muri curæ erant, ne eo à Græcis die præter fata occuparētur Alij autē dij immortales in olympum, partim ira, partim lætitia affecti concesserunt, & nubifero assederunt patri. At Achilles & uiros simul & solidorum unguium equos, passim ferro persequebantur. Nam quemadmodum ardente urbe fumus in altum cœlum deorum ira sublatus diffunditur, cunctis ferens laborem, plærisq; tristitiam: sic Achilles labore simul & cura afficiebat Troianos. Stabat autē senex Priamus, miranda sup turri, magnum Achillem prospectans, q Troianos palantes agebat. Neq; enim quisquam resistebat. Ingemens igitur descēsa turri, apud muros portas inquit patētes quoad populum fugiens in urbē recipiatur, habetote. Siquidē Achilles cominus oīa perturbat, et magnam nostris cladē illaturū suspicor. Verum cū in urbē reuersi respirauerint, portas claudite & cōpactos postes pessulis obfirmate. Metuo enim ne pnitiosus uir hodie urbē irrumpat. Dixit, illi patefactis portis, & amotis uectibus, fuga receptos seruarūt Quibus Apollo obuiam factus est, ut a tanto periculo eos asseruaret. Fugiebant enim urbē uersus siti et puluere laborantes. Achilles autē formidolose eos hasta insectari. Nimia namq; rabie cor eius excandescere, et p ampliori gloria contendere. Occupassentq; superbum Ilium Achiui, nisi Apollo Agenorē strenuū fortemq;

Agenoris cũ Achille cõgressus

temq; Antenoris filium, audenti aĩo in Achillem excitasset. Astitit ergo ut pnitiosas manus ꝑpelleret, fago innixus, & densa opertus caligine. Verum cognito urbiũ expugnatore Achille. stetit, ingentibus curis anxius, & secũ magno animo ingemẽs: Hei inquit nunquid ego fortẽ Achillẽ sicut et alij palantes fugiã? Capiet sane me, & tanq̃ imbecillum iugulabit. Quid si nostros fugari sinam, & ego hinc alio Ilij campum uersus, ad Idæ prærupta diffugiam, & densis me syluis recipiam? inde cum hesperus Oceani fluctibus sudorẽ lauerit, Ilium redeã. Sed qd nũc amicus animus meus consultat? Ne forte in urbem redeuntẽ in campo aduersus conspiciat, & me impetu facto citis pedibus corripiat. Neq; enĩ postmodũ esset mortis euadẽdæ locus. Fortissimus namq; est præ cæteris oĩbus. Quod si ei ante urbẽ obuiam uenero, ut eius corpus uulnerari potest, & una ei est anima. Nam & mortalẽ eũ ferunt. Saturnius tamẽ Iuppiter clarũ reddit. Sic inquiens in Achillẽ cõuersus stetit, eius namq; fortis aĩus in pugnã cõcitabatur. Ac ueluti pardus ab alta sylua in uenatorẽ impetu facto, neq; dubitat, neq; formidat clamorẽ, quod si quis prior eũ uel uulnerauerit, uel ꝑcusserit hasta, non prius cessat q̃ aut illum interimat aut ipse interimatur. Sic generosi Antenoris filius inclytus Agenor noluit prius sibi fuga consulere, quàm Achillẽ experiretur. Sed rotundo clypeo tectus hasta in eũ deferebatur, clamitans: Iam nimium sperasti clare Achilles hodie te præclarã Troianorũ ciuitatẽ

excisu

excisurum. Stulte sane. Adhuc multi & fortes uiri adsumus, q̄ pro charissimis liberis & uxoribus Ilium defendemus. Tu uero huc mortē sequeris. Hæc formidolosus & audens bellator locutus, acutū telum forti manu uibrauit, pcussitq́; sub genu tibiam, haud quicq̄ aberrans. Insonuit autē noua ocrea, & resiliēs ferrū ꝓhibente dei munere nihil p𝔲asit. Achilles autē ꝓuocatus illum inuadit. Nō tamen Apollo, ut ex eo gloriā referret passus est, sed sublatū multáq; opertū caligine clam è certamine dimisit, doloq; Achillē à populi cæde auertit (procul namq; ipsum sagittis appetens Agenori oīa similis astitit) Tum Achilles irruere, & pedibus p fœcundū campū ad Scamandri ripam lente fugientē (delectari enim dolo Apollo) persequi, eūq; cursu sese assecuturū sperare. At Troiani formidantes facto globo in urbē alacres se recipiunt, quæ reuertentibus implebatur. Neq; enim extra urbem se inuicem expectare, & qui nam fugerent quiue occubuissent, uidere sustinuerunt. Sed trepidi urbem irrumpere pedibus consulebant.

Finis Libri. XXI.

¶ Ausonij poetæ, in. XXII. Homeri Iliados librum Argumentum.

PVlsa mœtu phrygios lustrabant agmina muros

¶ Hector singulari certamine cum Achille congreditur, Priamo atq; Hecuba (ne pugnaret) orantibus, Minerua econtrario specie Deiphobi (vt dimicet) adhortante, Hector interfectus & religatus ad currū ter circū mœnia Troiana raptatur, deinde laceræ corpus defertur ad naues: vltioni Patrocli & victoris iracundiæ ad vlteriora supplicia reseruandum.

SIC

ILIADOS HOMERICÆ

Liber. XXII.

SIc Troiani in urbem hinnulorum more fugientes, sudorem siccare, potu sitim sedare, propugnaculis incumbere. At Achiui muro propinquantes clypeis humeros protegere. Ibi tum pro Ilio & Scæis portis exitiosum fatum Hectorē

Apollo Achilli

statuit. At Apollo Pelei filiū his uerbis affatur: Quid me citis pedibus insectaris mortalis immortalē? Nondum me deū esse intellexisti? Tu me persequi nō cessas Neq; tibi curæ est in fugam uersos Troianos urgere, qui iam in urbem reuerterunt. Tu huc deuertisti. Non tamē interficies, quippe q immortalis sum. Cui Achilles indignabūdus: appetisti me inquit eminus tælo p̄niciosissime deorū. Huc me a muro auertisti, ubi adhuc multi, anteq̄ portis reciperētur, mea proculdubiò dextra oppetiissent. Magna me gloria, eos facile liberando, fraudasti. Neq; enim ultionē formidabas, quam ego tibi, modo potestas foret, libēs infligerē. Hæc dicens, simul effuso cursu, urbē uersus magnanimus con uertitur. Et quemadmodū equus uictor tractis p cam pum curribus facili cursu defertur, ita Achilles alacer p̄currebat. Hūc in armis fulgentē primus senior Priamus conspicatus est. Vt enim autumnalis stella (quam inter alias noctis tenebras splendore suo uincentē, canē Orionis appellant) splendidissimū quidē, infœlix tamē signū, & calidissimū timidis mortalibus

Achilles Apollini

apparet

apparet: sic arma incurrentis pectore fulgebant. Ingemuit senior, & tonso manibus capite, clara uoce stantē pro portis Hectorē & cū Achille pugnādi cupidū passis manibus & miserandis uerbis precatur: Dilecte fili mi Hector, noli quæso uirū illū solus expectare, ne mox interficiaris. Siqdē lōge te fortior est impius ille Vtinā tam dijs q̄ mihi charus esset. Iā eū canes uulturesq; exanimē absumerēt, meo certe aio grauis mœror abscederet. Is enim multis me & fortibus filijs orbauit quos aut interemit, aut ad longinquas insulas deportatos uēdidit. Etenim nūc neq; Lycaonē neq; Polydorū quos modo Laothoe fœminarū regina peperit, in urbē reuerti uidimus. Quo modo uiuos in exercitu ære auroq; redimemus. Multū namq; nobis domi est, quod filiæ gloriosus Altes largitus est, quod si exanimos in infernas iā domos descēdere, dolore afficiemur et ego & mater, qui eos genuimus, alij uero remissius. Sed ne tu quoq; Achillis dextera cadas, recipe te intra mœnia fili mi, ut hunc populum liberes, neque illi magnam de te gloriam amica cassus anima præbeas. Sed miseri & recta adhuc sentientis patris miserere, quē pater Saturnius in præcipiti senecta graui fato damnauit: ut scilicet interemptos filios, raptas filias, prostratos thalamos, supplices pueros solo allisos, misera clade pernitiosis Græcorum manibus uiolatas nurus uideam, & me tandem in primis ianuis postremo infesto ferro interemptum sæui lacerent canes qui in ianuis ad ianitorum mensam nutriti, & sanguine

Priami ad Hectorem preces, ne cū Achille congrediatur.

Hecubæ mater & ipsa filio Hectori ne cũ Achille congrediatur dissuadet.

guine meo saturati, in uestibulis iacebunt. At decorũ est iuueni, ut in pugna occumbat, ut ferro uulneratus iaceat. Oĩa hæc pulchra, licet interimatur. Sed cum canum caput canamq; uenerabilis interẽpti senis canes barbam lacerant, per q̃ miserabile miseris mortalibus spectaculũ apparet. Hæc senior, canos manibus capillos euellens. Non tamẽ filio psuasit. Alia ex parte mater, nudato pectore, alteram mamillam ostendens cũ lachrymis: Fili mi Hector inquit, hæc tibi formidini sint, & mei misericordia moueare, si quando tibi obliuiosam mamillã sugendam præbui, horũ recordare mi fili, fuge bellicosum uirũ, intra mœnia te recipe, neq; ei infestus occurras. Nã si te interemerit, non ego te neq; ditissima cõiunx feretro impositũ dilectißime fili ploraremus, sed pcul à nobis ueloces Argiuorum canes apud classem dilacerarẽt. His parentum uerbis Hector minime mouebatur, quæ superbum Achillẽ in se pperantem expectaret. Qualis autẽ montanus draco exitiosa uenena pastus in cubili uirũ manet, iraq; percitus crebro uolumine torue illũ intuetur: sic Hector ualidis fretus uiribus, haud quaq̃ cædebat, apud pminentem turrim pulchro innixus clypeo. Indignabundus magno secum animo: Hei mihi inquit, si intra muros me recipiã, primus me Polydamas arguet, qui mihi ut nostros intra mœnia reducerẽ hac exitiosa, qua in nos Achilles insurrexit, nocte consulebat. Cui ego minime obsecutus sum, quod satius profecto fuißet. Nunc cum temeritate mea populum amiserim, Troianorum

Hector parentũ monitioni non parens, Achillẽ expectat, secum dubius loquens

Troianarumq; longas uestes trahentiũ conspectũ reformido, ne qs imbecillior dicat, Hectorẽ suis uiribus fretũ Troianos pdidisse. Sic dicẽt. Tũ mihi satius fuisset Achilli esse cõgressum, ut aut ipse aut ego gloriose p patria cecidissem. Quid si clypeo, umbone insigni, firma casside, et hasta ad murũ depositis, inermis Achillẽ cõueniam? eiq; et Helenã, et res eius, quas Alexãder curuis in nauibus Troiani belli initiũ, aduexit, Atridis redditurũ, reliqs autẽ Græcis Troianas opes cũ eo me diuisurũ pollicear? inde nostros iureiurando astringã, ne qd abscondãt, sed bifariã preciosa oĩa partiantur? Sed qd hæc dilecta aĩa cogitas? Neq; enim ei credendũ est, qui nulla mei misericordia, nullo pudore moueretur. Interficeret me inermẽ temere ut fœminã si armis exuerer. Nõ enĩ Achilles ẽ robore et petra natus est, ut ei uirginũ et adulescentulorũ more blande & molliter fandũ sit, ij namq; inuicẽ effeminate loquũtur. Satius pfecto est cũ eo confligere, ut q̃ primũ utri Iuppiter gloriã largiatur, appareat. Dũ hæc cunctabundus aĩo uolueret, Achilles bellicoso Marti simillis fraxineam & grauẽ hastam dextra uibrans ei congreditur, cuius arma ignis aut exoriẽtis solis instar fugiebant. Quo uiso contremiscẽs Hector, eum morari haud quaq̃ sustinuit, sed pene relictis portis abibat. Tũ Achilles pedũ celeritate fretus, eum uelut accipiter auiũ leuissima arguta uoce in mõtibus facile timidam ac trepidantẽ columbam prædæ assequẽdæ auidus urget. Hector autẽ sibi cito pede Troiam uersus consu-

Hectorem fugientem Achilles ad Xanthũ fluuiũ persequitur

lere. Sic iuxta aggerem & altam caprificum lato sub muro uia currentes ad fluentē deuenere, ubi duo uerticosi Scamandri fontes scaturiunt, alter calidus, quē circum fumus tanquam ab igni in aëra tollitur, alter æstate grandini uel niui frigidæ uel cristallo ex aqua cōcreto similis. Iuxta pelues amplæ, pulchræ, lapideæ stabant, ubi ante Græcorum obsidionē nitidas uestes Troianorū nurus & pulchræ filiæ lauabant. Hæc igitur cursu, hic fugiēs, ille persequens diuertere. Fortis præibat, fortior strennue sequebatur, quippe q neq; p tauro aut bouis tergore, quæ uiris p pedum celeritate præmia proponuntur, sed p bellicosi Hectoris anima cōtendebant. Ac ueluti certatores equi magno aliquo

Iuppiter cæteris dijs.

præmio uel tripode uel muliere uidua pposito, ad metam leui cursu contendunt: sic illi haud segniores ter Priami urbē circundederunt. Quod despiciens, deos deū atq; hoīm pater, his uerbis affatur: Video dij amicum uirū Hectorem muros circumfugientē, & eius gratia aīus angitur. Sic nūc in Idæ iugis, nūc in summa urbe multa mihi bouū uiscera cōcremauit. En eum nunc clarus Achilles cursu premit, consulite, an eum eripiamus, an p Achillē morti destinemus. Cui Glau-

Minerua Ioui.

ca oculos Minerua: O pater inquit fluminū & nubiū autor, quod tibi uerbū excidit? Virum mortalem, iam pridē morti destinatū, rursus à graui fato eripiendū cogitas? Esto, non oēs tamē id probabimus. Huic contra Iuppiter. Esto bono animo dilecta filia. Nō enim φ ita uelim, hoc proloquor; sed leui sum animo. Fac

tamen

tamen ut lubet, neq; aliô diuertas. His uerbis iam in id paratam Mineruam impulit, lapsam à cœli uertice, ut Hectorē pturbaret. Vrgebat eum Achilles, Et quem admodum canis cerui hinnulum ē lustris p saltus & cauas ualles psequitur, eiusq; quamuis sub frutice latentis, firmo tamen cursu uestigia sagax disquirit, ita Hector nō latuit uelocē Achillē. Quantum autē ille ad Troianas portas secundū fabrefactas turres, unde superne sagittis sui opē ferrent, & facile hostē propellerēt, nitebatur: tantum hic præuertens, urbē apetentē in campum propellabat. Et ueluti in somnis, neq; alter fugere, neq; alter insequi ualet: ita Achilles Hectorem assequi nō poterat. Aliquo tamē pacto nō euasisset Hector, nisi tandē Apollo obuius, uires & genua confirmasset. Achilles autē suis innuebat, ne in Hectorem lœtiferas sagittas contorquerent, ne scilicet alius quispiam pulcherrimam ipsi gloriam auferret. Cum uero quartum ad aquam peruenerunt, tū pater aureis lancibus, duo fata, alterum Achillis, Hectoris alterum imposuit. Quibus medijs sublatis, Hectoris fatum deflexum, & in inferna delatum est. Tū eum Apollo reliquit, Achillem autem Minerua præsens affatur: Speraui iam inclyte et amice Ioui Achille magnam nos gloriam ad Achiuorū naues indomiti Hectoris cæde cōsecuturos. At nūc nullus ei fugæ locus. Nō inq̄, nec si arciger Apollo maiorē in modū ad patris pedes ꝓcumbēs, cōtra nitatur, sed tu iā cursum siste et respira. Interea ego Hectori psuadebo, ut tibi

Minerua Hectorem perturbatura ē cœlo descendit.

congrediatur. His Achilles *lætus paruit ſtetitq́; fraxineæ haſtæ innixus.* Tũ Minerua Deiphobo *& faciẽ & uocẽ ſimilis inclytũ his uerbis* Hectorẽ *affatur* Nimiũ *pfecto te frater citus* Achilles Iliũ *circũ pſequitur. Sed age iam conſiſtamus & inuicẽ nobis opitulemur.* Cui *magnus* Hector: Deiphobe *inquit, uere antea oĩm, quos* Hecuba *&* Priamus *genuit, mihi chariſſimus eras.* Nũc *longe charior, ex quo mei gratia, cũ me muros egreſſum intelligeres, huc uenire ſuſtinuiſti.* Alij *mœnibus ſe tuẽtur.* Huic *iterũ* Minerua *maiorẽ te in modũ mi frater & genitor & uenerabilis mater flexis orant genibus, conſiſtas.* Achillẽ *enim oẽs tremunt, quare meus graui mœrore aĩus angebatur.* At *nunc recta in eũ alacres irruamus.* Neq́; *amplius tæla ceſſent, ut periclitemur, an interemptis & ſpoliatis nobis* Achilles *arma ſanguine noſtro cõſperſa ad naues referat, an tuo tælo occũbat.* Ait, *& ſubdola præcedit.* Cũ *ergo propiores fierẽt, magnis* Hector Achillẽ *prior his affatur:* Non *ego te amplius* Pelei *fili, ut antea formidabo.* Ter *circum magnã* Priami *urbẽ a te actus, nunq̃ cõtra ſtare perpeſſus ſum.* Redijt *nũc animus, ut te expectẽ, et aut te interimam aut interimar.* Sed *age deos obteſtemur.* Hi *enĩ teſtes optimi & pactorũ cuſtodes erunt.* Nõ *enim crudeliter te ulciſcar, ſi mihi* Iuppiter *uictoriam de te largietur, & te interimam.* Sed *cũ te pulchris armis ſpoliauero, exanimẽ* Græcis *reddam.* Itidẽ *& tu facias uelim.* Hunc *toruis intuitus oculis* Achilles: Hector *erras ait*

Hector Mineruæ ſub forma Deiphobi.

ras ait, noli mecũ q̃cq̃ pacisci. Sicut enim nullũ inter leones hoïesq́; sanctum est iusiurandũ, & nunquam lupi et agni in sentẽtia cõueniunt. sed inuicẽ sp sibi male optant, sic inter nos nullus neq; amor erit, neq; iusiurandũ, nisi prius alterius sanguine alter funestũ martẽ expleat. Recordare uirtutis & audaciæ tuæ, cuius nũc tibi maxĩe opus est. Nõ erit amplius fuga. Euestigio nãq; Minerua mea te hasta conficiet. simulq́; oẽs quos infesto telo socios interemisti ulciscar. Dixit, et insultans prior longã hastã cõtorsit, quã inclytus Hector præuisam flexo capite declinauit. Hastam supra caput delatã & humi affixam, Achilli Minerua restituit. Id Hectorẽ populorũ pastorẽ latuit. Qui iterum illũ affatus, aberrasti inquit fortissime Achille, neq; dij tibi ex Ioue casum meũ significarũt, ubi dixisti. Loquax sane es & subdolus, ut tui formidine, & fortitudinis & uiriũ mearũ obliuiscar. Nõ sane fugientis tergũ. sed irruẽtis in te pectus uulnerabis. si deus pmiserit. Nunc tu meũ telũ euita, uti nõ totũ tuo corpore recipias. Leuius te exanimi bellũ Troianos premeret. Tu namq; es, q nos uel maxime lædis. His uerbis insiliẽs telum uibrauit, mediũq; clypeũ nihil aberrans tetigit. Reiectũ tamẽ telũ decidit. Tum Hector irrito emisso fraxineo telo, tristis atq; indignabundus stetit. Neq; enim aliud habebat. Clara autẽ uoce Deiphobũ albo clypeo insignẽ hastam petebat. At is longius aberat. Quo cognito, clamauit: Hei mihi. pfecto me Dij in mortẽ traxerunt. Rebar enim Deiphobum

Achilles Hectorem hasta petit

mihi adesse, cum in urbe sit. Minerua me decepit. Nūc dirū mihi impendet exitiū, neq; fugæ locus est. Certe & Ioui & Iouis filio Apollini curæ eram, quibus antea fautoribus seruatus sum. Nūc me fata urgēt. Nō tamen ignauus atq; inglorius cadam. Magnum aliqd & minoribus audendū moliar. Sic locutus, magnum, grauē, acutum, pendentē lateri ensem strinxit. Et ut aquila aduolans p obscuras nubes in campum uel pinguē cygnum uel timidū leporē raptura delabitur: sic Hector conuersus corusco ense in Achillē defertur. Hic uero Achilles collectis & animo & uiribus, pulchro & uario clypeo ad pectus admoto, nutanti quadricristi galea, cui aurei crines à Vulcano circumaptati uento stringebantur, ferox astitit. Qualis autem Hesperus stellarū pulcherrimus in obscura nocte, talis Achilles, acuta hasta, infesto in Hectoris exitium animo uibrata emicuit, obseruans quam in partē pulcherrimū eius corpus appeteret. Totū namq; his armis quibus interemptum Patroclū spoliauerat, tegebatur. Tantū qua humeris ceruix cōmittitur, ubi facile eripi uita potest, cū impendet exitiū, petebat. Hunc locum uiolentus Achilles, fraxinea hasta p mollē ceruicem transuerberauit. Non tamē totū iugulū cōcidit, ut iactanti se Achilli respondere posset. Cum concidisset iactabundus ille: Hector inquit, cū Patroclū interemisti, te saluū futurū, meq; absentē nihil curaturū gloriatus es. Stulte, Vltor namq; eius procul apud naues erat, longe præstantior. Superaueram ego, qui te prosternerem

Occumbenti Hectori Achilles.

sternerem. Te autē & canes & aues turpiter lacera büt, illū Achiui sepelient. Cui Hector iam moriens: Oro te inquit p̄ auorū & parentum tuorū manes, ne me apud naues canibus deuorandū relinquas, sed pro me æs atq; aurū quod tibi parētes nostri largientur accipias: corpus meum bis reddas, ut debito funere & rogo Troiani & Troianorū nurus mihi iusta p̄soluāt. Hunc torue aspiciēs uelox Achilles: noli me canis p̄ auos & parentes meos deprecari. Vtinam aīus et uires aliquo modo paterentur, ut te in frusta dissectum crudū manderē. Ea in me cōmisisti, ut nemo te a canibus uindicet. Non si decies uiciesq; mihi munera afferant, et alia polliceantur, nō inquam si p̄ te tantundē auri Dardanides Priamus mihi rependeret. Nullo te pacto uenerabilis, quæ te peperit mater, feretro impositum deflebit. Sed canes auesq; totū laniabūt. Ad hæc Hector iam animā agens: noram sane nō me quicq̄ a te impetraturum, tibi enim ferreus aīus est. Vide tamen, ne tibi uerus hodie uates sim, quando te fortem Paris & Apollo ad Scæas portas interimēt. Sic dicentis oculos mors caligauit, anima à corpore, casum suū deflens, relicto ætatis flore ad inferos commigrauit. Quem exanimem inclytus Achilles affatur: Nunc tu morere. Ego tum uita cædam, cum Iuppiter & Dij immortales uoluerint. Dixit, & euulsam ē uulnere hastam procul deposuit. Inde cruenta arma spolianti alij accurrerunt Achiui, indolem & egregiam Hectoris speciem admirati. Neque quisquam fuit,

Hector moribundus Achilli

Achilles

Hector.

Mortuo iā Hectori Achilles

Graeci Hectorẽ mortuũ hastis impetunt

quin eum hasta appeteret. Et his alter alterum uerbis ẽ propinquo alloquebatur: O quanto nunc tactu mollior est, quàm cũ infesto igni naues appeteret, & inter dicendum eum uulnerabat. Eo igitur spoliato, stans Achilles socios allocutus: amici inquit Achiuorum ductores ac principes. Ex quo dij hunc uirũ, q solus plura nobis quàm caeteri oẽs mala intulit, occidendum praestiterunt, agite, iam urbem aggrediamini, ut Troianorũ intelligamus sentẽtiam, utrum hoc interempto urbe caedant, an adhuc de defendẽda cogitent. Sed quid haec amicam mentem subit cogitatio? Iacet apud naues exanimis, indefletus, inhumatus Patroclus cuius ego dum uixero, dum pedes mouero, nunquàm obliuiscar. Quod si defuncti apud inferos obliuioni mandantur, ego tamẽ & illic amici socij recordabor. Quare Achiui Paeana, repetitis nauibus, cõcinamus. Et hunc exanimẽ nobis gloriam feramus. Interfecimus praeclarum Hectorem, quẽ Troiani ut deum admirabantur. Dixit, & rem indignam in eum molitus, utriusq; pedis neruis a calcaneo in talum perforatis, bouillum lorum annexuit, curruiq; alligauit, caput in terra pendere siuit. Sic ascenso cum pulcherrimis armis curru, agere equos coepit. Quibus haud inuite procurrentibus flaua per puluerem trahebatur caesaries, & gratiosum caput inquinabatur. Permiserat namq; id hostibus Iuppiter. At conspecto procul filio infoelix mater, comam uellere, preciosam uestem abijcere, eiulare ipsa & charissimus pater perquàm misere.

Achilles Hectorem mortuum, curruiq; alligatum ad naues rapit.

Hector lugetur a suis.

fere. Ciuitas omnis passim & flere & lamentari, haud aliter, q̃ si nobile Ilium infesto igni totũ cõbureretur At populus uix anhelũ senẽ tenere potuit, quin portis erũperet. Qui puluere cõsperso sordidatus, suo quenq; noĩe appellans, precabatur inquiens: Mittite me solũ, & si mei solliciti sitis amici, ut ad Achiuorum naues contendam. Orabo impiũ illum & fortẽ uirum. Senectæ meæ reuerentia fortasse & misericordia mouebitur. Est & ei senex pater Peleus, q eum in uestram & meam in primis genuit calamitatẽ & dolorẽ. Tot mihi in ipso ætatis flore filios interemit, quos oẽs non tantum miser defleo, quantũ unum Hectorẽ, cuius me intolerabilis mœror ad inferos comitabitur. Vtinam his saltẽ in manibus interijsset. Et ut misera mater & ego, q eum genuimus fletu & lamentis expleremus. Priami lamentatio.

Sic plorans plorãtibus unà ciuibus lamentabatur. At Hecuba largis stillantibus p ora lachrymis: Fili inquit, qd ego misera, te exanimi, in tot calamitatibus uiuo? Tu mihi noctes & dies desideriũ, popularibus autem oĩbus cõmunis eras utilitas, qui tanq̃ deum te prosequebantur. Tu maximũ tuorum decus & præsidium dum uiueres. Nunc te mors & fatũ occuparunt. Sic mater lamentabatur. Querela & lamentatio Hecubæ matris.

Hectoris autẽ coniunx Andromache nondum quicq̃ audierat, neq; extra portas esse uirum suũ quisquã nunciarat. Erat ei tæla in manibus in regiæ cõclaui, uaria, purpurea, uarijs intexa floribus. Aduocatisq; bene comatis ancillis iusserat, ut magnum igni lebetẽ admouerent, ut balneũ à pugna re- Andromache uxoris miserabilis lamentatio

uerſo Hectori pararetur, ignara om. Neq; enim audierat q̃ procul à balneis Achillis manibus à Minerua interemptus abeſſet. Interea lamenta eiulatusq; à turri exaudiri. Mox contremuit, & è manibus radij excuſſi. Tum ad duas ex ancillis conuerſa, ſequamini me inquit, ut qd noui acciderit, intelligã. Venerabilis ſocrus uocẽ audire mihi uiſa ſum, in pectore aĩus contremiſcit, & genua hærẽt. Aliquid aduerſi Priami filijs accidit. Vtinã longe oẽs à meis abſint auribus. Timeo enĩ maiorẽ in modũ, ne acrẽ & impauidũ Hectorem clarus Achilles uulneratũ p cãpos urgeat, & ſolitos eius aĩos retuderit. Nunq̃ enĩ ſe in ſuorũ globo cõtinet, longe præcurrẽs, nemini uiribus fretus cedit. Sic fata regiã tremebũda egreditur, furẽti ſimilis. Eã pediſſequæ ſequũtur. Vt uero ad turrim & uirorum cœtũ peruenit, mox re cognita, ut Hector citis equis à muro ad Achiuorũ claſſem traheretur, oculi eius caligarunt, & retrorſum magno decidit gemitu. Deciderũt & capitis ornatus faſcia & corona, qua Venus eã cum alijs innumeris donis donauerat, qua die Hector è paterna Eetionis domo nuptã duxerat. Circũ mariti ſorores & fratrũ coniuges exanimatam fouebant. Vt uero mens redijt, clara uoce eiulans, miſerã me mi Hector inquit. Vno ambo nati ſumus fato. Tu Ilij apud Priamũ, ego apud ſyluoſas Thebas in Eetionis domo nati ſumus, q me à paruulis miſeram citoq; graui morte periturã educauit. Vtinã non nata eſſẽ. Nunc tu in infernũ ſub terram deſcendis, me triſti in

luctu ul

luctu uiduam linquis. Et infanti filio è nobis genito, neq; tu usui eris Hector, neq; ipse tibi, ex quo occubuisti. Si forte aliqua sæuas Achiuorū manus effugerit, semp eum in posterum curæ & labores manent. Alij eius agros usurpabunt. Hic autē dies æqualibus eum oībus priuat. Stillant p ora lachrymæ, & amisso genitore puer ad patris comites uenit, aliorū sagum, aliorum tunicā apprehendēs. Quorū miserantiū aliquis pueri cyathum ori admouit, & labra quidē sed nō palatum perfudit, quē ipse, cum utrūq; parentum haberet, è conuiuio abigere, manibus uerberare & cōtumelijs insectari solitus est. Pereas inquiēs, neq; enim pater tuus nobiscū conuiuatur. Perfusus ergo lachrymis puer Astyanax ad uiduam matrē redijt, solitus iā in patris gremio medulla dūtaxat & pingui ouiū adipe uesci. Cū uero somnus obreperet, in nutricis ulnis & molli ac delicato lecto quiescebat. Nūc uero mala innumera patietur charo parēte orbatus meus Astyanax (sic enī à Troianis cognominabatur) At tu mi Hector solus modo portas & muros Troianos tuebaris: nunc uero scaturientes uermes saturatis prius canibus, te apud Græcorū classem à parentibus procul absument. Vestes, quæ tibi sunt domi pulcherrimæ tenui filo & mulierum manibus consutæ, oēs cremabo. Neq; enī mortuo tibi sunt usui amplius, sed in Troianorum cultus redierūt. Dum hæc loqueretur, & ipsa & comites misere complorabant.

Astyanactis pueri de morte patris dolor.

Finis Libri Vigesimisecundi.

¶ Ausonij poetæ, in. XXIII. Homeri Iliados librum Argumentum.

Troia vacat lachrymis, ludis Argiua iuuentus.

¶ Funebres ludi in honorem Patrocli frequentant. Quibus Diomedes equis superat, lucta & cursu Vlysses, aliosque alij genere certationis antestant.

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Vigesimustertius.

DVM in urbe hoc pacto lamentabatur, interea Græci ad classem & Hellespontū reuersi, quisque suas naues repetit. Myrmidones autē ne discederent iussos, alloquitur bello strenuus Achilles. Myrmidones, quos ego mihi cōmilitões delegi, equos adhuc à curribus ne disiungamus. Sed ita ut sunt iuncti, ad exanimem Patroclū accedentes, eum cōploremus, qui honor uita functis adhibetur. Inde corpora solutis equis curabimus. Dixit, Illi dicto paruerunt, simulque oēs Achille duce & cōplorarunt, & ter exanimem circū egerunt equos eiulantes, inter quos Thetis luctus desideriū excitauit. Madebat lachrymis harena, madebant militū arma, Talem in rebus dubijs cō siliatorem desiderabant. Tum Achilles misere lamentari orsus est, amico pectori homicidas manus admouens. Lætare & infernis in domibus mi Patrocle. Oīa tibi ut antea pollicitus sum, persoluā. Hectorem huc tractum crudeliter canibus deuorandū exponam. Duodecim nobiliū Troianorū filios, tuæ cædis gratia ante pyrā truncabo. His dictis grauius in inclytum

Græci deplorant Patroclum.

Hecto-

Hectorem affectus, eum iuxta Patrocli lectum resupinum humi extendit. Inde fulgẽtibus se quisq; armis exuere, equos soluere, ad magnanimi Achillis nauem frequentes discũbere. Illic enĩ laute mensam parauerant. Multi boues albi, multæ balantes & oues & capræ, multi albis dẽtibus sues, læto pingui, mactati igne torreri, paßim circa cadauer sanguis defluere. At Achiuorum reges strennuũ regem Achillẽ, ut de amici morte nimius dolor leniretur, ad inclytũ Aagamẽnonem ex cõposito duxerunt. Qui tabernaculum ingressi, euestigio argutis præconibus, ut igni magnum lebetẽ admouerẽt, imperant, tentaturi an Achilli possent, ut cruentã tabem ablueret, persuadere. Ille instanter negare, & p summũ optimumq; deorũ Iouem deierare, minime se balneum ingressurũ, neq; id licere, anteq̃ Patroclo & rogi & sepulturæ iusta psolueret & comã secaret. Neq; enĩ, inquit, pari dum uiuã dolore afficiar. Verũ inuisum mihi cibũ curemus. Illucescente autẽ aurora rex Agamẽnon militibus iubeto, syluam cædant, afferant, struãt, ut moris est, ut facili igni cõbustus exanimis, & ab oculis euanescẽs, in caliginosas tenebras descendat, miles operi incũbat. Ait. Illi cõtinuo dicto obtemperantes, maturata cœna curarunt corpora. Non autẽ eodem cibo aius egebat Exempta fame, & ad capiendã quietem cæteris in tabernacula reuersis, Achilles in fluctuantis maris littore, ubi unda scinditur, multis cũ Myrmidonibus sub diuo agebat, grauiter ingemẽs. Cũ autẽ dulcis somnus

Achilles ad Agamẽnonem it cœnatum.

animi

animi curas exoluens ei obreperet(plurimo enim labore formosa membra lassauerat, dum Troiana mœnia circū, Hectorē psequeretur) infœlicis Patrocli aīa supra eius caput. statura, facie, uoce, cultu corporis sibi ipsi simillima astitit, eūq; affata: Quiescis, inquit, mei oblitus mi Achille? Cum uiuerē, tibi curæ erā, mortuum contemnis. Sepelias me oro, ut continuo inferni portis admittar. Longe me aīæ & mortuorum manes abigunt, neq; ullo me pacto fluuiū transmittere & sibi cōmisceri sinunt. Sed incassum p amplā inferni domum agor. Da quæso manū misero, nō iterū ab inferis ueniā igni absumptus, neq; amplius uiui sine arbitris sedentes quicquā consulemus, Sed me lætiferiī fatum, quod me nascentē sortitū est, occupauit: quod te quoq; magnanime Achille, sub latis Troianorū muris manet Illud præterea te admonebo, & te obsequēte lætabor, ne ossa tua à meis procul condi patiaris. Sed quemadmodum unà in tuis domibus educati sumus, (nā paruulum me Menœtius ex Opunte ad uos, quo die stulte Amphidamantis filiū iratus inter ludendū, quāuis inuitus interfeci, duxit. Ibi me domi acceptum magnanimus Peleus, magnaq; cura educatū, inter familiares suos habuit) Ita & ossa nostra idē & aureū & amborum capax conditoriū, quod tibi uenerabilis mater largita est, nos operiat. Ad quē Achilles: Quid tandem huc amicissime uenisti, & hæc sigillatim mandas? Ego oīa, ut iubes, exequar. Sed accede, ut paululū inuicem complectamur, & miserum luctum leniamus.

Patrocli umbra Achilli in somno apparet

Achilles umbræ Patrocli.

Sic cla

Sic clamans amicis manibus protentis, nihil compre- hendit. Anima autē sub terrā, tanq̄ fumus, cum mur- mure euanuit. His perterritus Achilles, exurgit, cō- plosis manibus, flebili uoce : Hei inquit, proculdubio & apud inferos aīa & simulachrū non nihil est, & si sensu nō percipiatur. Siquidem pernox mihi infœlicis Patrocli aīa flēs atq; plorās astitit, & sigillatim mihi mādata dedit, sibiipsi q̄simillima. Dū hæc diceret, oēs pro exanimis desiderio in fletū proruperunt. Interea purpurea illucescēte aurora rex Agamemnon uiros ad deferendā materiā undiq; è tabernaculis exciuit, quibus fortis & boni Idomenei familiaris Meriones præficitur. Ferebant autē aptas cædendis syluis secu- res, & fabre connexas catenas. Multi p accliuia de- cliuiáq; & transuersa itinera properabant. Cū uero in iugosæ Idæ saltus puenissent, continuo operi accin- cti, properare, altas quercus incidere. Illæ cū fragore cadere, & in partes confectæ sup mulis alligari. Eo- dem inde remenso itinere, cāpo & densis arbustis ob- lectari. Ita perlata à calonibus ligna, ut Merioni pla cuit, in littore ordine disponūtur. Tum Achilles ma- gnum & Patrocli & sui capax sepulchrū condidit. Allata itaq; immensa materia, oēs consederunt. Ac Vlysses quemq; Myrmidonum ferro cingi, curribus equos iūgere q̄primū iussit, Qui dicto parētes, armati ascensis curribus, & milites & aurigæ & in primis equites pdiere. Sequebatur peditū multitudo innume- ra, In mediū aūt socij elatū Patroclū tōsis & supiectis

capillis

capillis totum operuerunt. Pone Achilles mœstus caput tenere, exanimemq́; socium ad inferos demittere. Vbi uero ad quē iußerat Achilles locū deuenerunt, eo deposito, Achilles flauam, quā florentē Sperchio fluuio nutrierat, comā incidens, altumq́; intuitus mare, indignabundus: Sperchie inquit, aliter tibi genitor Peleus nouit: hāc, me charā in patriam reuersum, & tibi depositurū, & sacrificium oblaturū: praeterea & quinquaginta arietes ad fontes ubi templū tibi & altare est litaturū. Hæc uouit senex, cuius tu desideriū nō implesti. Cum igitur nō sim ad paternos lares rediturus, forti Patroclo comā largior. Simul hæc dicens, in exanimis amici manibus coma deposita, oēs in fletum prouocauit. Et iā inter cōplorationē sol occidisset, nisi Achilles his Agamemnonem uerbis admonuisset. Agamēnon, tuo maxime dicto Achiui parebunt. Iā satis cōploratum est. Tu nunc à pyra populum ad epulas parādas dimitte, nos defuncti familiares in conuiuium principes accipiemus. His auditis Agamēnon ad suas quēq; naues abire iussit. At qbus cura demandata erat, ex aggesta materia centū quoquo uersus pedū pyra constructa, desup exanimē tristes imposuerūt, Inde multas & lætas bidentes, errabundasq́; & camuras boues, ante pyrā mactatas excoriatasq́;, circū disposuerunt. Quarū adipe à pedibus ad caput exanimē operuit magnanimus Achilles circū mactata corpora mellis & olei guttas apposuit. Inde feretro incūbens, quatuor procera ceruice equos

pyræ

pyræ graui gemitu adiecit, & ex nouem, quos mensa sua pascebat, canibus duos, & duodecim fortes nobilium Troianorū filios infesto aīo cæsos accumulauit. Inde subiecta oīa consumante igni, lamētatus est amicum, sociūq; noīe appellans: Mi Patrocle, in infernis etiā sedibus gaude. Oīa tibi, ut pollicitus sum, psolui. Duodecim fortes nobiliū Troianorū filios tecū ignis absumit. Hectorem autē non igni, sed canibus absumēdum exponā. Sic minitabundus locutus est. At canes Iouis filia ab illo dies & noctes abegit. Venus etiam eius corpus rosaceo & diuino oleo pfudit, ne id quicq̄ læderetur. Apollo autē diuina cœlitus nube obduxit, & ipsum, & ubi iacebat locū, ne solari ui exaresceret At cum pyrā ignis nō comprehenderet, Achilles procul astans Boreā Zephyrūq; uotis sacris & aureo calice libans, ut mox ignē excitarent, & pyrā comprehenderent, orauit. Iris autē his auditis, ad subitos & furentes uentos propere nuncia discūbentes inuenit. Astitit lapideo pauimento. Qua uisa surrexerunt oēs & quisq; ad se, ut conscenderet, uocabat. Abnuit illa, seq; breui ad Oceani fluctus & æthiopas fore reuersuram excusauit. Ibi dijs immortalibus sacrificio facto discubiturā. Verū Achilles inquit Boreā & sonantē Zephyrū ad se ueniāt orat, Sacra se facturū pollicetur, modo Patrocli, quē nunc Achiui cōplorant exanimem, rogum ut ardeat, suscitetis. Iis admonitis abijt. Tum illi cōstrepere, turbari, nubes cōtrahere, ac præmittere, mox pontū ingredi, crispari unda & tolli.

Hh Sed ad

Sed ad fœcundam Troiam uehementi ſpiritu peruene runt. His diurnus ignis ſuſcitatus cōcrepat ꝑnox & ſtringitur. Tota autē nocte inſomnis Achilles, ex aureo cratere rotundū poculum uino implens, & infœlicis Patrocli manes uocans, effudit in terrā. Et quēadmodum miſeri parētes circa adoleſcētis filij rogum lamentātur, incredibiliq; mœrore afficiūtur, ita Achilles ardente amico mœſtam & inſomnē noctem egit, donec lucifer purpureæ ſuꝑ mare auroræ præuius apparuit. Tum rogo & flamma conſumpta, uenti mare ſtringentes rediere. At Achilles procul à buſto cōcedens, feſſus procubuit, cuius mox artus leuis ſomnus corripuit. Interim cū Græci ad Agamēnonem frequētes cōuenirent, tumultu ac ſtrepitu expꝛectus, aſſurgensq;, huiuſmodi orationē habuit: Atride & uos alij Achiuorū principes, rogū nigro mero primū extinguendū, & uim ignis cohibendā curetis. Inde Patrocli oſſa diligēter legantur, cognoſcentur facile, nā in media pyra poſitus eſt, & alij in ultima & equi pariter & uiri. Ea in aurea phiala duplici adipe condantur, dū ipſe ad inferos deſcendā. Sepulchrū interea nō magnificū, ſed mediocre faciendū iuſſi. Amplius autē & magnificentius, q mihi ſupſtites in multiremi claſſe eritis, erigendū curabitis. Sic locuto paruerūt. Nigro igitur mero rogo, quātus erat extincto, altus ſubſedit cinis. Inde albis oſſibus collectis pij ſocij complorantes in aureā phialam duplice adipe cōdiderunt, & in tabernaculo tenui uelo operuerunt, deſignatoq; iu

Achilles Agamēnoni & cæteris Græcis.

xta bu

xta bustum sepulchro iecerunt fundamenta. Inde cum aggesta terra abire uellent, inhibuit Achilles. Constituit enī certamen lebetibus, tripodibus, equis, mulis, bobus, bene præcinctis fœminis, nigro alboq; ferro, uictorum præmijs præpositis. Et primū quidē citis equitibus pulchrā ancillā, & pulchrorū operum gnarā, & lebetē ansis insignē duorum & uiginti sextariorū capacem, primo. Secundo indomitā & ex asino uterum habentē equam. Tertio nouum nitidūq; quatuor sextariorum lebetē, in quo inerant duo auri talenta. Quinto nouā & utrinq; sedentē phialā præmia statuit. Assurgēs itaq;: Atride inquit, uosq; oēs Achiuorū principes, hæc equitū in currendo præmia. Quod si aliā ob rem certaretur, dubio procul ipse uictor euaderē. Nostis equos meos immortales, quos à Neptunno Peleus pater, ipse à patre accepi. Nō tamen in præsentia hoc munere uacabimus. Ipsi nāq; optimū aurigā amiserunt, frequenter eorū crines pingui oleo pfundere, & lympida aqua lauare solitū. Quamobrē profusis nūc humi crinibus tristi aīo ingemiscent. Alij igitur, quisquis suis equis fidit, ad currus iunctos admittant. His auditis cōuenerunt Achiui, primus rex Eumelus charissimus Admeti filius, equis præstās. Deinde fortis Diomedes sub iugū Troianos equos Æneæ ab Apolline ereptos agens. Tū flauus atq; inclytus Menelaus, iunctis uelocibus equis Agamemnonia Ethe & forti Podargo. Illā Agamēnoni dono dederat Anchisæ filius Echepolus, ne ad alti Ilij expeditionē ire cogeretur

Ludi fiunt in honorē Patrocli uita defuncti.

Equestre certamen seu ludi.

sed interim in delitijs ageret. Magnis *namq; diuitijs eum pater ditauerat, habitabatq; amplā* Sicyonem. Hanc *igitur cursu anhelantē sub iugum misit.* Quar*tus inclyta magnanimi* Nelidæ Nestoris *regis proles* Antilochus *cū* Pylijs *equis.* Quem *prudentē pruden*tior *pater his admonebat:* Antiloche, *profecto te q̄uis iuuenem* Iuppiter *&* Neptunnus *& amarunt, & oēm equestrem docuerūt disciplinā.* Quamobrē *haud mul tum opus est ut ipse te doceā.* Nosti *enī scite metam circumagere.* Equi *tamen tardissimi sunt ad curren*dum, *idcirco parum cōfido.* Contra *horum equi uelo*cissimi *nō nihil perniciores sunt in cursu.* At *tu con silium meū exequare, ne te præmia fugiant.* Arte *co*lo *longe melior est q̄ uiribus, arte in turbato mari ci*tam *gubernator & uentis iactatam nauē dirigit, arte auriga aurigam superat.* Qui *equis & curribus fidit, huc illuc uagatur.* Sic *equi errent, nec stadiū seruent, necesse est.* Callidus *autē imbecilliores equos agens, semp metam obseruat, nusquā à recta deflectēs.* Neq; *eum fugit regendi disciplina, sed instat semp præce*dentium *tergis.* Metam *tibi aperte ostendā ne te la*teat. Extat *lignū aridum ulnæ longitudine supra ter ram, siue quercus siue tilia (neq; enī imbre fatiscit) duo autē utrinq; lapides albi, & ob tritū iter firmissi*mi. Planus *circum* Hippodromus. Id *quidē alicuius iā pridē defuncti terminū, uel carceres à maioribus in*stitutos *arbitror, qđ nunc huic muneri* Achilles *desti nauit, ut meta sit.* Hanc *tu curribus propius actis pe*te, *in*

te, incumbe in sinistram flectẽs, dextrum autẽ equum stimulo & uoce proteras, læuus metæ propinquet, ut radens metam stringat, & tamen ad lapidem nõ offendat, ne forte & equi lædantur, & frangantur currus qđ & alijs lætitiæ, & tibi reprehensioni cederet. Si iussa mea obseruaueris fili, euades incolumis. Si in flexu primus eris, nõ erit qui te prætereat, nõ si clarum illum Adresti equũ Arionem, diuinũ genus, aut qui in his pascuis pasti sunt, Laomedontis, quisquã agitaret. Sic fatus Nelei filius Nestor, cũ singula filium admonuisset, assedit. Meriones quintus prodijt. Sic ascensis curribus Achilles sortes duxit, primã Antilocho, Eumelo regi secundã, Menelao tertiã, quartã Merioni, fortissimo ultimã Diomedi. Sic ordine sortitis procul in planicie carceres signauit, ijsq; diuinum & patris assectatorẽ Phœnicẽ adhibuit, q curriculi custos uera referret. Ii igitur oẽs expeditis flagellis et uerbis unà equos hortantur. Illi ocyus procul à nauibus gradum cursui addentes, puluerẽ tanquã nubem aut turbinem excitant, comæ uento stringuntur. Currus nunc in almam terram cadere, nunc in aẽra tolli, ductores curribus incumbere, oĩm animi uincendi desiderio cõtremiscere, quisq; sublato puluere equos nominatim hortari. Sed cum iã iterũ ad cani maris littus metæ equi propinquarunt, tum singulorũ uirtus apparuit, perpetuo namq; cursu Hæpheretiadæ ueloces equi perstabant. Inde q̃ proximi Troiani Diomedis equi sequebantur, ut præcedentẽ currũ subinde ascensuri uiderentur,

rentur, afflatu autem Eumeli ceruicem & latos humeros humectabant, eumq; capitibus urgebant. Et sane uel præuortisset, uel pariter metã tetigisset Diomedes, ni ei Apollo succensus flagellum manu excussisset Tum præ ira in lachrymas prærupit, cũ illos uelocius prouehi, suos sine stimulo relinqui uideret. Neq; fugit Mineruam, quod Apollo Diomedem læsisset. Cito igitur cursu Agamẽnonis flagello accepto, Diomedi tradidit, quo equos impelleret. Inde Admeti filio irata eius iugum fregit, & currentibus equis temo, inde ipse secus rotam deuoluitur, cubito, ore, naso, fronte, supcilijs allisis, oculis obortæ lachrymæ, uoce læta cohibita. Tum Diomedes, longe post se alijs relictis, micat, cuius equis Minerua uires addidit, eumq; uictoriæ gloria honestauit. Secundus Menelaus sequebatur. Tum Antilochus paternis equis cõpellatis, currite inquit propere. Neque ego cum forti Diomede, cui Minerua uires sufficit, & gloriam statuit, certare cõtendo. At Menelaũ assequamini, neq; hoc dedecus perpetiamini, ut hac fœmina posteriores sitis. Dicam, & id re experiemini, nõ amplius regi Nestori chari eritis, sed uos euestigio interimet, si inglorij ultimum præmium referamus. Festinate igitur q̃ ocyssime, ut angustias præoccupetis. Quod ego, quantũ in me erit, & enitar & contendam. Sic clamantẽ regem timentes equi, uelocius cursum instaurarunt. Tum cauam uiam & hyemali pluuia proscissã, & in ima recedentem, præuidit Antilochus. Hanc tenebat Menelaus

Diomedes primus in equestri certamine uictor beneficio Palladis

orbitas

orbitas uitans. Qui cum in propinquo Antilochum parum extra uiam agentem intueretur, pthnuit, eóq; compellato: Antiloche inquit, temere equos regis, quare eos siste, angusta uia est, cito latiorē assequeris, ne forte collisis inter se curribus ambo lædamur. Ille tamen magno flagello instans audisse dissimulabat. Quantum autem ætatis experiens iuuenis discū post tergum iacit, tantū Antilochi equi præuorterūt Menelaum, sponte resistentem, ne pro uictoria festinantes, contractis inuicem in angusto curribus, prosternerent. Tum exprobrans Menelaus, nemo est inquit Antiloche te perniciosior. Pereas, ex quo haud uere Achiui te sapientem prædicant. Non tamen sine precibus præmium aufres. Inde equos affatur, ne moremini inquit, neu segnes estote. Num pedes & genua uestra labant? Sane utriq; deficiunt. Illi clamantis uoce perterriti, cursu instaurato, Antilocho facti sunt propiores. In hos omne spectaculum conuersum erat, sic magno sublato puluere procurrere. Primus autem Cretensium ductor Idomeneus (sedebat enī extra certamen altiori in loco) rectoris uoce cognita, & nobilem equum spadicem totum præter frontē, in qua album ut luna insignē intuitus, assurgēs huiusmodi orationem habuit: Amici Argiuorū duces & principes, solus ego equos uideo. Alij mihi equi præcedere uidentur, alius auriga apparet. Cuiusq; priores erāt equæ in stadio offenderūt. Profecto quas ego primū prope metam uidi, nunc uidere non possum, cum uniuersum

undiq; campum oculis lustrē. Aut habenæ ex aurigæ manibus excussæ sunt, neq; potuit ad metā equos sistere, atq; circūire: aut cecidisse eū, & currū fregisse suspicor. Diuersa nāq; conceptis āio uiribus petierunt. Sed state & uos, & intuimini. Neq; ego certo discerno. Videtur tamen Ætholus ille q Argis dominatur fortis Tydei filius strennuus Diomedes. In hunc acriter inuectus Oileus Aiax: Idomenee inquit, qd nunc temere loqueris? Velocißimæ equæ p stadiū eminus procurrunt. Neq; inter Argiuos iunior es, neq; uisu acutiore. At te semp iactas, cū minime te deceat proteruum esse. Sunt hic & alij q̄ tu meliores. Equi primi Diomedis sunt, q sequuntur Eumeli scite equos regentis. Huic cōtra Cretensiū ductor iratus. Aiax inquit, maledictis plurimū, cæteris in rebus minimū uales. Ferox nimiū es, prodi si placet, & proposito uel tripode uel lebete, arbitro Agamēnone, nostri in currendo periculū faciamus, ut utrius equi præuortant, soluendo intelligas. Tum succensus Aiax grauiter se ulturū minatus est. Et iam ad rē uenißent, ni Achilles assurgens, rē his uerbis cōposuisset. Non nūc uerbis ulciscēdi tempus est Aiax et Idomenee, neq; decet. Alium itidē facientē reprehēderitis. Sed uos in spectaculi consessu currētes prospicite, q mox pro uictoria properātes hic aderunt. Tum qui primi, q secundi fuerint, plane cognoscetis. Interea Diomedes flagello equorum armos uerberans, equis alte se tollentibus, & leui cursu solum tangentibus, aduentabat. Auriga

denso

denso puluere conspergi, currus auro stannoq; cælati ptrahi, orbita summo tantũ & tenui puluere signari. Cum in medium multo ceruicibus pectoribusq; sudore stillantibus, puenisset, constitit Diomedes, eq; pulchro curru flagellis ad iugũ relictis, dissilijt. At fortis Sthenelus impigre apprehensam mulierẽ, & magnum ansisq; insignem tripodem, asserenda socijs tradidit, ipse equos dissoluit. Deinde Neleius Antilochus, dolo non celeritate Menelaũ præuortẽs, equos reduxit. Quantum autẽ distat à rota regius equus qui summa cauda rotam uerberans currit, cum iam parum campi mediũ relinquatur, tanto post terga spatio Menelaus a forti Antilocho, cum prius disci iactu præcederet, relinquebatur: sed illum cito assecutus esset, gliscebant enĩ maiorẽ in modũ crinitæ Agamemnonis equæ uires. Quod si in primo stadio adhuc fuisset, fortasse Antilochum præuentũ ambiguum reliquissent. At magni Idomenei familiaris Meriones hastæ iactu Menelaũ sequitur, cuius & equi seniores erant, & ipse in agẽdo curru imperitior. Admeti autẽ filius ultimo equos reducit, quẽ intuitus Achilles, miseratusq; stetit, et ad Argiuos cõuersus: En uir inquit optimus postremus redit. Sed agite merito eũ secundo munere donemus. Primũ enim Tydei filius auferat. Sic fatum laudantibus oĩbus, pari consensu secundis donatus esset Eumelus, ni magnanimi Nestoris filius Antilochus grauius esset consecutus. Doleo inquit Achille, si quod dixisti, re exequeris. Debes enim mihi præmiũ, quoniam

Secundus uictor Antilochus

Tertius Menelaus

Quartus Meriones

Quintus Eumelus

Eumeli currus cõfractus est, & equi pturbati. Ipse sane strẽnuus: debuit tamẽ deos, ne nouissimus esset deprecari. Quod si ipsius moueris misericordia, & eum donare tibi sedet: est tibi ĩ tabernaculo multũ auri atq; æris, sunt tibi pecora, ancillæ, equi. Ex ijs uel maius etiã q̃ primo præmiũ elargire, ut te Achiui laudibus ꝓsequantur. Hac ego palma nemini cedã. Si qs uult, suas mecũ uires experiatur. Risit Achilles, & amico congratulatus respondit: Antiloche, si aliud Eumelo præmiũ dari placet, dabo libẽs. Id erit, quẽ ab Asteropæo abstuli, æreus thorax, circũq; oras fulgẽti metallo insignis, dignũ sane eo munus. Dixit, et Automedõti ut ẽ tabernaculo afferret ad se iussit, allatũ læto iam ex munere Eumelo largitus est. Inde cũ præco manu sceptrũ præferẽs silentiũ indixisset, assurgẽs Menelaus, & in Antilochum grauiter inuectus. Antiloche inquit sapiẽs, qd nũc egisti? Virtutẽ meã contumelia, equos damno affecisti, tuos lõge inferiores prætulisti Sed agite nunc Græcorũ ductores & Principes iustũ & neutrius gratia inferatis iudicium, ne quis forte Antilocho p fraudẽ uim fecisse Menelaũ dicat. Egit equos meis deteriores, ego & uirtute præsto & uiribus. Quod si sententiam ferre nolueritis, ego feram, & neminẽ me arguturum puto. Recte enim iudicabimus. Sed age Antiloche, ut æquum est, ante equos & currũ sumito, quo modo equos egisti, flagello protere, motorem Neptunnũ iurato, haud ultro meo te currui impedimẽto fuisse. Cui sapiẽs Antilochus: Fer inquit

æquo

æquo animo Menelae. Longe ego ſum quàm tu iunior tu uero prior & melior, haud ignoras iuuenũ audaciã Promptior his animus, ſed imbecillius conſiliũ. Patere igitur, ego tibi equæ præmio cedo. Si aliud a me uel maius optaueris, mox libens acceptum referres. Velim Iouis alumne, ne unq̃ malum me arbitreris. His dictis equam ei adductam tradidit, quo dono haud aliter lætatus eſt Menelaus, q̃ fœcundus ager cũ creſcenti ſegete horrens rore conſpergitur. Et eũ appellans: Antiloche inquit, ego iam tecum in gratiam redeo, neq; enim uanus aut ſtolidus es, nunc uicit te iuuenta. Satius eſt maiori cedere, q̃ imponere. Neq; mihi facile alius Græcorũ contra perſuaſiſſet. Sed multos pro me labores tu & pater tuus & frater ſubiiſtis. Hac gratia tibi ipſe ignoſcam. Tu tamẽ inuicẽ à me equam meam accipies, ut oẽs me animo neq; ſupbo neq; ſæuo eſſe intelligant. Dixit, & Antilochi comiti equam dedit. Ipſe autẽ Antilochus pulchrũ lebetẽ accepit. Meriones uero duo auri talẽta. Phiala autẽ ſupfuit, quã Neſtori Achilles dono dedit: his uerbis eum aſſecutus: Hanc ſenior funeris monumentũ accipias. Neq; enim eũ amplius in Argiuis agentẽ uidebis. Gratis hoc te dono munere. Nõ tu pugnis, nõ palæſtra, nõ iaculo, non curſu certabis. Quippe q grraui ſenecta premeris. Ille lætus accipiẽs, profecto fili inquit, uere omnia, & ut te decuit, prolocutus es. Non mihi robuſta membra ſunt, neque pedes, neque manus, quæ ab utroque humero imbecilles languent. Nam ſi mihi is uigor & robur eſſet

bur esset, qualis erat, cũ in Amaryncei funere Epij certatoribus præmia posuerũt, ubi nemo, neq; Epiorũ, neq; Pyliorũ, neq; magnanimorũ Ætolorũ mihi par esse potuit. Vici enĩ Enopi filiũ Clytomedea pugnis, Ancæum Pleuroniũ lucta, fortẽ Iphiclum pedũ uelocitate. Phylea & Polydorum iaculatione superaui. Equis dumtaxat suis Actorionis filij globo obiecto me uictorẽ admirati præcurrerũt. Hi hoc pacto proposita premia rettulerunt. Erant gemini, alter currũ regere, alter flagello agere scite norat. Talis ego tũc erã. Nũc iuniores huiusmodi obeant munera, mihi graue est senectæ obtẽperandũ. Tunc ego inter heroas uersabor. Sed age nunc exanimis socij honores ꝓsequere. Hoc autẽ munus libẽs accipio. Lætor enim plurimũ, ꝙ mei benigne memoriã serues. Nec te fugit, quo inter Achiuos honore accipiẽdus sum. Dij tibi horũ plurimã referant gratiã. His dictis acceptisq;, Achilles frequẽtise Achiuorũ cœtui immiscuit, pugilibusq; præmia mulam sex annorũ, robustam, indomitã, & domitu difficilem, uictori: uicto rotundũ populum ꝓposuit. Stansq; Atride inquit uosq; alij fortes Achiui, prodeant uiri duo optimi, q alte elatis pugnis certent. Vtri autẽ Apollo uictoriã præstiterit, is uobis arbitris mulã hanc ad tabernaculũ auferat, uictus uero poculũ. Cum hoc dixisset, Panopei filius Epeus uir amplus magnusq; & pugilũ gnarus, prodijt in mediũ, admotaq; ad mulã manu, clara uoce: prodeat inquit, q poculũ uelit. Mulã aliũ neminẽ in hoc certamine polliceor habiturũ. hoc

Certamen pugilum ordine secundum

enim

enim me perq̃ ſcite tenere profiteor. Nonne ſatis eſt, ꝙ in alijs certaminibus cedo? Neq; eſt, ut uir oĩm gnarus reperiatur. Hoc ego & dicam, & re præſtabo. Diſtraham aduerſarij corpus, & oſſa confringã. Quibus igitur is curæ erit, adſint, ut eũ ẽ meis eripiãt manibus. Dixit, & cunctantibus oĩbus proſilijt in mediũ inſignis Meciſtei Talaonidæ regis filius Euryalus, q quondam in Oedipi funere Thebas uenerat, ubi Thebanos oẽs ſupauit. Huic inclytus Diomedes fauebat, ut referret uictoriã. Eũ igitur baltheo cinxit. Inde bouillis loris muniuit. Ita in medio ſpectaculo accincti ꝑtentis brachijs congrediuntur, & manus conſerunt, ſtridẽt dentibus, & e mẽbris undiq; ſudor emanat. Vrgens autẽ Epeus intẽtus pugnæ Euryali maxillã percuſſit. Quo ictu labantibus genibus decidit, more piſcis, quẽ ſtridente borea in algoſo littore fluctus opit. At magnanimus Epeus eum data manu erexit. Socij eueſtigio decurſo ſpacio pedes trahentem, craſſumq; ſanguinẽ expuentẽ, & flexo in humerũ capite exanimatum, accepto poculo, in tabernaculum abduxerunt. Inde Achilles tertia præmia difficili paleſtræ conſtituit. Et uictori magnũ tripodẽ igni accõmodatũ duodecim boum precio, uicto ancillam multorum operum gnarã, quatuor æſtimatam ꝓpoſuit. Stansq;, ſurgant inquit, q de his ſui periculũ faciant. Tũ magnus Aiax Thelamonius, & Vlyſſes uir ſumma prudẽtia præditus, prodiere, manusq; ualidas cõſeruere, ut bonus Architectus tigna in alta domo, uentorũ impetus cauens

Tertium certamen palæſtritarum.

Humeri ualidis manibus icti concrepare, sudor deflu ere, toto corpore p latera et humeros uibices sangui ne rubescere, uictoriæ pro fabrefacto tripode omni cu ra incũbere. Neq; alter alterũ loco mouere, aut ster nere poterat. Sed cũ iã Achiuos moræ tæderet, prior Aiax Thelamonius generose inquit & sapientissime Vlyßes, uel tu me, uel ego te tollã. Reliquũ Ioui curæ erit. Sic dicẽs, eũ sustulit. At Vlysses haud doli oblitus pone pcussis eius poplitibus, nutantibus genibus resu pinũ strauit. Ipse in os pnus incubuit. Tũ oẽs admira ti obstupuerũt. Secundus patiẽtißimus Vlysses illũ, sed parũ a terra sustulit. At pondere incuruatis genibus ambo in puluerẽ ceciderunt. Et tertio iã ira cõciti in certamẽ parabãtur, ni Achilles his uerbis phibuisset: Nolite amplius cõtentionibus inuicẽ conteri, uictoria utriq; par. Et uos paria præmia accipite, & alijs cer tatoribus cedite. At illi dicto parẽtes, excußo puluere uestes receperũt. Post hæc Achilles pedũ celeritati præmiũ statuit, primo argenteũ cratera fabrefactum sex sextariorũ capacẽ, q facile oẽs pulchritudine supe rabat. Eũ namq; Sidones uiri in ea arte præstantes cõ flauerant. Phœnices sulcato mari Thoanti dono dede rant. Deinde pro Priami filio Lycaone Patroclo pre ciũ dedit Iasonis filius Euneus. Hũc ergo Achilles ci tissimo cõmilitonũ currẽdi præmiũ posuit. Secũdo ma gnum & pinguẽ bouẽ, tertio aureũ semitalentũ. Cũq; hortatus eßet, ut de præmijs illis certarẽt, Aiax Oile us, Vlyssesq;, & Nestoris filius Antilochus, q pedum

Quartum certamẽ eorũ, q cursu pedũ certare uellent

leuitate

leuitate æqualibus oībus præstabant, in ordinē ab Achille dispositi, e uestigio spatia corripuerūt. Emicuit ante alios Aiax. Inde Vlysses q̃proximus. Et quēadmodū radius quē textrix scite tenui subtegmine explicat, secundū pectus telā pcurrit, sic Vlysses pene Aiacē urgebat, ut antequam puluis uestigia occuparet, & præcedētis ceruicē halitu afflaret. Acclamāt Achiui uictoriæ incūbenti, eūq; in cursum adhortantur Cū uero iā metam attingerēt, glaucam oculos Mineruam Vlysses his secū uerbis precabatur. Exaudi dea, et fœlix mihi fautrixq; uenias. Sic fatū exaudiuit Minerua, & leuiorē reddidit. Aiaci autē iamiam metam attingēti casum obiecit. In fimū enim cæsorū Patroclo boum lubrico gradu delatus, os & nasum procidēs sordidauit. Sic cratera patiētissimus Vlysses tulit, Aiax agrestē bouē. Cuius cornu dextra apprehendēs, fimūq; expuens: hei inquit iniuriā mihi Minerua fecit, quæ materno affectu Vlyssi opitulatur. Dicentē oēs cachinno prosecuti sunt, Antilocho aureū semitalentū cessit q ridens, nostis inquit amici, ꝙ etiam immortales Dij natu maiores uenerantur, Aiax enim q̃ ego paulo est grandior. Hic maior ætate natus, iam grauis & morosus senex, pedibus cum cæteris præter Achillem contendit. Ita laudatus Achilles: Antiloche inquit, nō frustra hæc dixeris, sed semitalentū tibi addam, quod ille lætus accepit. His peractis, longam hastam clypeumq; & cassidem quæ Sarpedoni Patroclus abstulerat, protulit. Stansq; Achiuos affatur: Prodeant uiri duo for

Certamen quintũ, tæ lis certantium.

Sextũ certamẽ disco certantiũ

duo fortissimi & bene armati, q̃ talis se inuicem appetant, Vter prior ex alterius corpore sanguinẽ elicuerit, eũ hoc argento pulchroq; e Thracia ense donabo, quã ego Asteropæo abstuli. Hæc autẽ arma inter se partientur, & apud me cœnabunt. Tũ magnus Aiax Thelamonius, et fortis Diomedes, ex diuersa exercitus parte, in armis alacres, toruis oculis, in mediũ prosilierunt. Stupuere Achiui. Illi cominus facti ter se inuicẽ inuaserunt. At Aiax Diomedis clypeũ pcussit, trãsmisitq; corpus à uulnere thorax uindicauit. Diomedes uero p oram clypei (sp cui iugulũ appetebat) hastã direxit. Tũ Græci Aiaci timẽtes, desisterẽt, & æqualia dona acciperẽt, iusserunt. Diomedi Achilles magnũ uagina & pulchro loro munitũ ensem largitus est. Inde conflatũ discũ piecit in mediũ, quẽ iam fortis Eetion magno in Achillẽ conatu iecerat. Ille aũt et eũ interemit, & disco & armis potitus est. Eo itaq; pposito, de hoc inquit periculũ facite. Si pingues & lati agri uictori essẽt, quinq; huius usus annos sufficiet, ut neq; pastor neq; arator ferri indigẽs urbẽ eius gratia petere oporteat. Hoc cũ dixisset Polypoetes fortis, Leonteus, Aiax Thelamonius, et clarus Epeus sese pugnaturos obtulerũt. Quibus ordine dispositis, primus Epeus apprehensum discũ ridẽtibus Achiuis piecit. Inde clarus bello Lcõteus. Tertius Aiax Thelamonius magna ui priores excedẽs lõgius dimisit, Vltimus Polypoetes, quantũ pastor incuruũ pedũ p armẽta pijciens, tantũ cæteros supauit. Plauserũt spectatores Po

lypoetæ

lypoetæ autẽ socij ad regis naues præmiũ retulerunt. Inde sagittarijs secures decẽ & totidẽ securiculas ꝓposuit, & rostratæ nauis malo in harena affixo leuẽ columbã pede tenui filo alligauit. Inde ut eã sagittis peterẽt iussit. Qui eã attingeret, secures:q filũ frangeret. securiculas acciperet. His dictis Teucer rex & Meriones magni Idomenei comes prodiere. Sortes in ærea galea depositæ. Quibus ductis, prior Teucro cõtigit. Qui fortiter mittẽs telũ, nõ uouit regi Apollini neq; agnorũ primitias, neq; sacrificiũ. Irato igitur Apolline à columba telum aberrauit. Iuxta autẽ pedẽ uinculum fregit, quod cũ sagitta delapsum humi iacuit, columba in cœlũ tollitur, cõclamatur toto spectaculo. Tũ prope Meriones arrepto arcu (nam sagittã habebat) arcigero Apollini primitias agnorum ad sacrificiũ uouẽs, uisam sub nubes huc illuc uolantẽ citam columbam media ala fixit, transmisitq;. Sagitta rursus humi figitur, auis malo sidens, proiecto collo, & motis pennis, mox exanimata procul decidit. Populi admirati. Meriones secures, Teucer securiculas abstulere. Septimum certamẽ sagittariorũ

Tũ Achilles nouam hastã & nouũ bouisq; capacẽ lebetẽ iaculatoribus proposuit. Prodijt Agamẽnon, & magnus Idomenei comes Meriones. At Achilles: Agamẽnon inqt, haud nos fugit, quantũ & uiribus & ætate oĩbus antecellas. Quare si placet, tu lebetẽ, Meriones hastã accipiat. Sic dicẽti obtẽperauit rex Agamẽnon. Ipsi lebes, hasta Merioni data, quã is Talthybio præconi pulchrũ munus largitus est. Octauum iaculatorũ

¶ Ausonij poetæ, in. XXIIII. Homeri Iliados librū Argumentum.

QVisqꝫ suas repetunt misso certamine naues.
¶ Iuppiter Thetidem mittit ad filium cum mandatis eiusmodi, vt in defunctū sæuire desistat, fataqꝫ hoim in exanimo hoste vereat, ad sepulturā corpore restituto. Eiusdē iussu & Iris cohortatur Priamū, vt auro filiū rependat exanimū. Qui Mercurio duce inter nocturnas hostiū profectus excubias, Achilli supplex aduoluitur, redemptumqꝫ filium iustitio publico, & deflet, & sepelit.

ILIADOS HOMERICÆ
Liber Vigesimusquartus.

FInito certamine, populus in naues cœnam curaturus diuiditur. Inde in dulcem & omnia domitantem quietē soluitur. At non Achilles, sed super charissimo amico anxius, huc illuc fortis Patrocli desiderio uertitur. Quot eo socio labores, quot bella, quot maris pericula subijsset, reputans. Interim lachrymas fundere, nunc in latus, nunc resupinus, nūc pronus, nūc rectus, nunc p littus uolutari. Neqꝫ eū auroræ supra mare ortus latuit. Iunctis igitur citis ad currū equis, Hectorē pone alligatū ter circū defuncti Patrocli sepulchrū traxit, inde ad tabernaculū reuersus in puluere pronū dimisit. Cuius corpus Apollo omni tabe aspersum, uiri misericordia aurea ægide operuit, ne corruptus sanie fatisceret. Ita ab Achille fœdatum dij miserabantur, hortabanturqꝫ interpretem Mercurium, ut eum surriperet. Id cæteris gratum, præter Iunonem, Neptunumqꝫ, & Mineruam, ꝙ eo mortuum Hectorē odio, quo sacrum Ilium,

Achilles Hectorem circū Patrocli sepulchrum traxit.

Priamumq́ꝫ, & Troianum populum prosequebantur, Alexandri gratia, qui deabus ad se uenientibus eam prætulit, quæ miseram ipsi libidinem pollicebatur. At duodecimo tandem die, dijs immortalibus Apollo huiusmodi orationē habuit: Impij sane dij estis & noxij. Nōne nobis boum bidentumq́ꝫ & caprarum exta Hector cremauit? Vos ne exanimem quidem eripi uultis, ut uxor, mater, filius, Priamus pater, populus, eum & uideant, & iusta persoluant. At pernicioso Achilli obtemperatis, cui neque ingenium laudabile, neque lene consilium, sed sæuiciam meditatur more leonis, qui & ui, & superbia fretus, predæ auidus, gregem inuadit. Ita ille misericordia abiecta, nullo pudore, nulla mouetur uerecundia, quæ plurimum humano generi usus & detrimenti affert. Esto ut aliquis amantissimū uel fratrē uterinum uel etiam filium amittat, plorat quidem & lamentatur, inde consolatur. Patientē enim Parcæ humano generi animum dederūt. Verū Achilles Hectoris cæde nō contentus, eum equis alligatum circum charissimi socij sepulchrum trahit, cui nihil pulchrius, nihil satius, ne forti succenseamus, insensibilē enim terram iratus ulciscitur. Huic pulchra Iuno ira succensa: Esto inquit hoc Apollo, ut eodē honore dignos Achillem atq́ꝫ Hectorem iudicetis, Hector tamē mortalis parentis lacte nutritus est, Achilles uero immortalis, quam ego coalui, & Peleo uiro semper immortalibus charissimo coniugio iunxi, quorum nuptijs uos interfuistis. Et tu una infide malorū

Dij inter se de sepultura Hectoris contendunt.

sodalis cithara insignis epulatus es. Tum nubium coactor Iuppiter: Iuno inquit, noli tantopere succensere. Non eodem ambo honore dignabuntur. Hector sane omnium qui Ilij sunt mortalium dijs & mihi charissimus est. Quippe qui nunquàm quin mihi sacrificaret destitit, neq; altare debita mihi hostia libisq; ac nidore caruit. Et licet cũ is nobis honorẽ exhibuerit, non tamẽ quenq̃ eius corpus furatũ ire pmittemus, neq; si uellemus, clã Achille posset. Nam sp ei noctes et dies adest mater. Verũ enimuero si quis ad me Tethim accersat, ei instãter mandabo, ut filius à Priamo muneribus acceptis, ei Hectoris corpus restituat. Dixit. At Iris cita inter Samũ atq; asperã Imbrũ, in ima cerulei maris uada nuncia delabitur, plũbo similis, qđ in agrestis bouis cornu mortiferũ sæuis piscibus deijcitur. Inuenit autẽ in cauo antro Thetim, quam circũ aliæ maris deæ una sedebant. Ipsa autem media optima filium breui ad fœcundam Troiam periturũ deplorare. Cui adstans Iris: Surge inquit Theti, nam bonorum cognitor Iuppiter te ad se accersi iubet. Tũ alba pedes dea, cur me inquit maximus deum uelit. Vereor equidem immortalibus commisceri, cum meus tantis in mœroribus uersetur animus. Veniam tamen. Nõ enim temere me accersit. Sic locuta gloriosa dea, uælo se quàm nigerrimo operuit, & citis pedibus uento similẽ præuiam Irim sequitur. Circum maris unda proscindit. Inde ascenso cœlo, ad tonantem Iouem cæteris dijs circumsedentibus accessit. Cui loco cessit Minerua, ut

Ioui assideret. At Iuno aureo ei poculo propinans iocata est. Cum ergo bibisset, deum atq; hominum pater huiusmodi ad eam orationem habuit: Venisti ad nos Theti, quamuis iugi dolore solliciteris, neq; me fugit. Sed quid te accersi iusserim, accipe: Nouem iam dies inter immortales contentio super Hectore exanimi & Achille urbium expugnatore fuit. Hortabantur enim, ut Mercurium eum furatum demitterem. Verum ego absentis tui gratia hanc Achilli gloriam reseruandam statui. Quamobrem quamprimum te ad exercitum conferas, tuumq; certiorem facias filium, ut ei succensuerimus, quod tam infesto animo apud naues Hectorem ligatum teneat, eumq;, si me reueretur exoluat, iube. At ego ad magnanimum Priamũ Irim demittam, ut ad Graecorum classem cum preciosis muneribus ab Achille dilectum filium redempturus ueniat. Haud contempto Iouis mandato, dea cõcita a coeli uertice ad filij tabernaculum delabitur, quem misere amici morte moerentem inuenit. Circum socij prandium parabant, mactaueruntq; grandem & lanigerũ agnum. Assedit uenerabilis mater, & eius dextra apprehensa, nomine ipsum appellans: Fili mi Achilles ait, quousque fletu & lamentis consumeris, neq; cibi neq; somni memor? Indulgendum nonnunquam etiam amicae amplexibus. Neq; enim uicturus es. Nam mors & insuperabile fatum aduentat. Sed quae dicam, accipe: Iouis ego ad te nuncia uenio. Ait deos tibi & se imprimis succensere, quod tam infesto animo apud

Iuppiter Theti mandata dat ad Achillẽ, ut accepto redemptionis precio, Hectoris corpus Priamo reddat

naues Hectorem ligatum teneas. Sed age accepto precio eum soluas. Cui Abilles: Veniat inquit, qui precium allaturus est, & eum auferat, ex quo id mihi olympius imperat Iuppiter. Hoc facto, mater & filius multa inuicem confabulabantur. Interea Iuppiter Iri accita: I inquit, & descenso cælo, Ilium te conferas, & magnanimum Prianum certiorem facias, se exanimem filium redempturum, si cum preciosis muneribus ad Achillem apud Græcorum classem ierit, neminem secum ducat præter præconē aliquem seniorem, qui mulos & firmum currum regat, referatq; Ilium ab Achille exanimem. Neq; sibi timeat, Mercurium ei ducem ad Achillis usque tabernaculum dabimus. Quo cum uenerit, neq; ipse eum interimet, neq; ei quenquam manū inferre patietur. Non enim temerarius est, non stultus, non scelestus, sed iusta roganti obtemperabit. His cum mandatis uelox Iris ad Priamum inter fletus & lamenta deuenit. Filij in aula circum patrē sedere, lachrymis uestes rigare. Senex medius, tecto capite, et ceruice puluere suis ipsius manibus sordidata. Filiæ & nurus passim per domum flere, uoluentes animo, quot quantiq; Græcorum manibus cecidissent. Accessit igitur ad Priamū Iouis nuncia. Ei ob metum trementi, paucis, confide inquit Priame, haud formides, neq; enim mali aliquid, sed bonum tibi à Ioue nunciū significatum uenio. Is enim sine te tui curam suscipit, tui miseretur, iubetq; inclytum filium, Hectorem, allatis preciosis ad Achillem muneribus, re-

Nunciatur Priamo, ut filij corpus redēpturus ad naues cōtendat

bus, re-

bus, redimas. Solus te ad eũ confer, nullo tecum comite præter seniorem aliquem præconem, qui mulos & firmum currum regat, referatq́; Ilium ab Achille exanimem. Neq; tibi timeas, Mercurium ducẽ ad Achillis usque tabernaculum tibi dabit. Quo cum ueneris, neq; ipse te interimet, neq; quenquam tibi manum inferre patietur. Non enim temerarius, non stultus, nõ scelestus est, sed iusta roganti obtemperabit. Sic fata repente euanuit. At Priamus accitis filijs, mulorum currum expediant sternantq́; desuper iubet. Ipse in odoratũ, cedrinum, altum, pluribus picturis distinctũ cubiculum descendit. Hecubaq́; uxore accita, infœlix ait, modo cælitus mihi nuncius à Ioue demissus, charissimũ filiũ redemptũ eam, & preciosa Achilli munera deferam iubet. At tu mihi sentẽtiam tuam dicas uelim, an me Græcorum exercitui credam. His eiulans mulier: hei inquit, ubi nunc sapientia tua, qua te superiori tempore iactabas, & cæteris dominabaris? Et quanam ratione solus in eius conspectũ ire cogitas, qui tot nobis & tales filios interemit? Profecto ferreus tibi animus est. Quod si in eius uenies potestatem, si te intuebitur impius ille & sæuus, nulla tui misericordia mouebitur. Sedeamus hic sine eo in luctu Hanc ei quondam nascenti insuperabile fatum legem statuit, ut albipedibus canibus prædæ à parentibus procul foret: à forti uiro interemptus. Cuius utinam mihi iecur mordicus absumendũ daretur, ut ex parte filij cædẽ ulciscerer. Ex quo intrepide pro patria pu-

Vxor Priamo ne Achilli se credat suadet

gnantem, neq; timoris, neq; fugæ memorem interfecit Huic senior Priamus: Noli inquit iter meum impedire, neq; enim persuadebis: Nam si quis mihi mortaliũ, uel uates, uel sacerdos dissuaderet, eos ut mendaces contemnerem. Ipse ego nunc deum & audiui & uidi. Ibo. Neq; enim uerba mea frustrabuntur. Quod si me ad Græcorum classem fatum manet, opto ut me filium meum amplexum Achilles interimat, cum lachrymarum desiderio satisfecero. Dixit, & arcis reseratis, duodecim pulchros peplos, duodecim simplices uestes, totidem tapetas, totidem pallia, totidem tunicas, decẽ auri talenta, duos fulgentes tripodas, lebetesq; quattuor, pulchrũ & preciosum a Thracibus sibi legatis dono allatum poculum deprompsit. Neq; enim id retinuit, qui dilectum filium redimere desiderabat. Troianos autem a regia contumelijs prosequens, abite inqt perditi ac flagitiosi. Nõne uobis domi satis luctus est? Quid mei curam suscipitis? Profecto cordi uobis est, quod ijs me doloribus de optimi filij cædem Iuppiter cumulauerit. Inde quam iacturam fecerimus cognoscetis. Verum ego antequam dirutam atq; euersam hanc urbem uideam, inferos subire statuam. Simul hæc dicens, sceptro eos agere, illi irato seni cedere. Accitis ergo filijs, Priamus, Heleno, Paride, Agathone, Pammone, Antiphono, & uoce insigni Polite: præter hos Deiphobo, Hippothoo, Agauo: his inquam nouem, maturate inquit perditi & infames filij. Vtinam omnes pro uno Hectore occidissetis. Heu me miserũ, ex quo optimos

Priamus ab uxore non psuasus, ire ad Achillẽ destinat

optimos filios genui, quorum nullum mihi relictum uideo, neq; pulchrũ Mestora, neq; equorum studiosum Troilum, *neq;* Hectorem, *qui pro deo inter uiuos, neq; mortali patre, sed deo genitus uidebatur.* Hos Mars *perdidit.* Ignaui *autem, mendaces, saltatores, choreæ gnari, agnorum hœdorumq; publici raptores, superant.* Adhuc *currum parare, & ijs muneribus parare cessatis, ut iter aggrediar?* Illi *patris minas ueriti, cõtinuo currum expediunt.* Sternunt *iugum buxino umbilico insigne, & clauis cõpactum à passillo corripiunt, nouẽ ulnarum funẽ alligant, cuius alterũ caput temoni, alterũ annulo implicant, terq; circũductum nexu firmant.* Inde *ex pulchro cubiculo dona q̃bus* Hector *redimeretur allata, currui imponunt.* Cui *robustissimos mulos à* Mysijs Priamo *dono datos: equos autem sub patris iugum, quos ille ad pulchrum præsepe alebat, iungunt.* Paratis *in hunc modũ oĩbus,* Priamus *& præco de itinere consulebant.* At Hecuba *anxia, lene merũ aureo in poculo afferens, ut poti abirent, hoc* Priame *inquit* Ioui *patri libato, & reditum ab hostibus precator, postq̃ eundi tibi sententia me inuita sedet.* Precator *inquã* Idæum Iouẽ, *qui tota urbe conspicitur, ut amantißimã alitum, cuius maxima uis est, repente dextram ad te nunciam mittat: ut ea uisa ad citas* Græcorũ *naues fidenter accedas.* Quam *nisi propitiam miserit, minime tibi eundẽ censeo.* Cui *speciosus* Priamus, *hoc inquit coniunx haud tibi desideranti negabo.* Æquum *est, ut* Ioui *adueniã*

impetrandam supplicemus. Et ancillæ Tamiæ puram manibus aquam dare iussit. Quæ mox pelui arrepta, scite demandatum sibi munus obijt. Lotus, accepto à coniuge poculo, sublatis in cœlum oculis, in medio his uerbis uinum libauit. Iuppiter Idæe deorum maxime, da ut amico me & misericordi animo Achilles accipiat. Mitte amantissimam tibi alitum, cuius maxima uis est, repente dexteram, ut ea uisa, ad citas Græcorũ naues fidenter accedam. Sic fantem audiuit cõsiliator Iuppiter, continuoq; pfectissima uolucrum, fulua, uenatica, quam Percnon uocant, supra urbẽ dextra apparuit, quanta autẽ alta cubiculi ianua, quã uir locuples claui obfirmauit, tantæ eius utrinq; alæ patebãt. Qua uisa lætati sunt. Tum festinus senex fabrefacto curru p aulam & reboantẽ testudinem agitur. Primi muli quadrigam trahebant. Hanc aurigandi gnarus Idæus agere. Pone senex flagello equis imperitare: amici omnes sequi complorantes, ac si in manifestum proficisceretur exitium. Cum uero ab urbe in cãpum descendissent, mox & filij & generi domũ redire. Ipsi autem p campum maturantes minime Iouem latuerunt, qui senẽ miseratus, dilectum filiũ Mercuriũ his uerbis alloquitur: Tuũ est Mercuri potissimum, ut Priamũ ad Græcorũ classem comiteris. Audisti. Cũ placuerit, iter arripe, deducas eum, ut nemo Græcorũ uideat aut norit, priusquã ad Achillem puenerit. Paruit dicto interpres Mercurius. Mox pulchra, immortalia, aurea talaria pedibus nectit, quæ eum supra mare, su

Priamus Hectoris redimendi gratia urbem egreditur.

Mercurius Priamũ ducturus, talaria & uirgam capit.

re, supra immensam terram, uento similem deferunt. Capit & uirgam, quæ hoīm oculos, cum libet, & somno demulcet, & somnolentos excitat. Sic ad Troianum agrum & Hellespontum regio iuueni iam summa cum gratia pubescenti similis delabitur. Iam Priamus ad magnum Ili sepulchrum tenebris iam terram operientibus, iumenta ad fluuium, ut biberent, sisti iusserat. Tum præco Mercurio cominus uiso, prior ad Priamum cōuersus: consule inquit sapientis Dardani proles. En periclitamur. Virum uideo. Breui nos perituros suspicor. Sed age, aut fugiamus, aut ad eius genua procidentes, ut nostri misereatur, oremus. Tum senex pturbatus est, & præ formidine steterūt comæ, & languentibus mēbris obstupuit. At Mercurius opportune accedens, manu seni data. Quo pater hæc inquit iumenta p almam noctem agis, quando mortales omnes quieti indulgent? Nonne formidas uiolentos trucesq́;, qui prope adsunt, Achiuos? Quorum si quis te per obscuram noctem tot sarcinas trahentē offenderit, quid animi tibi futurum putas? Non tu iuuenis es, neque comes tuus, neque ad propulsandam iniuriam idoneus. Si quis te prior appeteret. Ego autem non modo nihil tibi mali inferam, sed illatum propulsabo. Quippe qui in te patrem effingo. Cui senex: Vera dicis fili. Sed adhuc deorum mihi aliquis prospicit, qui te talē mihi obuium misit, q mihi dux esses. Es enim & robusto corpore, & specie pulcherrima, & animo sapienti. Beatis sane parentibus natus es.

Ad quem iterum Mercurius. *Recte dicis senior, sed id mihi aperias uelim, quo nam ornatus istos pulcherrimos feras, an ad longinquas nationes, ut tibi salui sint an omnes metu* Ilio *deserto aufugitis? cum fortissimũ filium tuum amiseritis, neq;* Græcorum *bellum remittitur*. Ad hæc Priamus: *Quis tu es optime iuuenis, quibusue parentibus progenitus, qui filij mortẽ sic nosti?* His Mercurius: *Tentas me pater inquit, qui me de charißimo* Hectore *percontaris*. Eum *ego in confertißima pugna uidi, cum ad naues actos* Achiuos *ferro prosterneret, eumq́; admiratus sum*. Neq; *enim* Achilles Agamemnoni *iratus in præliũ descendebat* Huic *me comitem* Myrmidonum *genere eadem uexit nauis*. Pater *mihi* Polyctor *admodum locuples, & ut tu, iam in senium uergens*. Sex *ei sunt filij, ego septimus, cui sorte hæc obtigit expeditio*. Modo *huc ueni à nauibus*. Mane Achiui *circum urbem ad pugnã aderunt*. Ægre *ferunt principes nostri, tam diu frustra his in castris desedisse*. Tum *senior inquit*. Si Achillis *comes es, uera mihi narres, oro: an adhuc apud naues filius meus iaceat, an membratim concisum canibus absumendum* Achilles *dederit*. Cui Mercurius, *senex inquit, neq; canes, neq; alites eum adhuc attigerunt*. Iuxta *naues iacet in tabernaculis*. Et *iam duodecima dies agitur*. Neq; *fatiscit corpus, neq; quæ nuper interemptos laniant alites, eum appetunt*. Illum *autem illucescente die circum amici exanimis sepulchrum inmisericorditer trahit*. Neq; *tamen tabo absumitur*

sumitur. Mirabilis uisu, pulcher adhuc, & tanquam nuper cæsus. Cruore aspersus est, & oĩa rubescunt uulnera. Multi exanimem telis appetierunt. Ita Dij immortales mortui filij tui curam gerunt, quoniã eos amico prosecutus es animo. His uerbis gauisus senex respondit. Fili, profecto bonum est Dijs immortalibus sacra offerre. Nunquã enim meus Hector, dum uixit, Deorum oblitus est. Ideo ipsius ne in morte quidem sunt immemores. Sed age hoc à me poculũ accipe. Hinc me eripe, & Dijs fauentibus dux mihi esto, dum ad Achillis tabernaculum perueniam. His Mercurius, tentas me senior, ait: & ego si iuuenis sim, nõ tamen mihi psuadebis, ut munus aliquod inscio Achille accipiam. Eum & timeo, & ex animo uereor, ne furti arguar, & aliquid mihi mali impẽdeat. Tibi autem ducem me ad clarum usq; Argos uel naui uel pedestri itinere exhiberem, quod reprehensurum arbitror neminem. Dixit, & opportune currum & iumenta magna ui impulit. Et captis habenis, magnas eis uires afflauit. Sed cum ad turres nauium & fossam peruenissent, custodibus adhuc de cœna curantibus, somnũ indidit Mercurius. Inde amotis uectibus, Priamum cum muneribus & curru ad altum Achillis tabernaculum duxit. Id Myrmidones ex abiete regi cõstructum, cœno texerant. Circum autem magnam aulam ligneis furcis incumbentem & solam abiegnã portam fecerant, quæ à tribus claudebatur, totidemq; magna claui aperiebatur. Achilles uero solus id muneris obibat.

obibat. Introducto igitur Priamo, & descenso equo, Mercurius, ego inquit Priame Mercurius deus immortalis à patre tibi dux missus sum. Nunc discedam, ne me Achilles uideat. Haud enim fas est immortalē deum tam facile sese mortalibus uidendum exhibere. At tu introgressus, Achillis apprehensis genibus, per patrem, & bene comatam matrem & filiū precare, ut ad misericordiā moueatur. Ita clara uoce locutus, altum cœlū repetit. Tum Priamus in terram desiliens, Idæo ad iumentorū custodiam relicto, recta tabernaculū ingreditur, ubi Ioui amicus Achilles cum socijs sedebat. Heros uero Automedon, & bellicosus Alcimus, mensæ ministrabant. Iam enim nondū mensa amota cœnarant. Nemo ingredientem uidit. Qui Achillis apprehensis genibus, & homicidis filiorū manibus exosculatis, procubuit. Quemadmodū autem cum quispiam male in patria rebus actis interfecto homine ad alium populum fugit, oēs eum admirantur. Ita Achilles & socij mutuo se contuentes, Priamum: qui Achillem his uerbis affatur: Recordare grandeui patris tui fortißime Achille, quem in exitioso senectæ limite, ut ego sum, fortasse uicini populantur, & qui iniurias propulset habet neminem. Sed profecto cum te uiuere intelligit, lætatur, speratq; charißimum filium, Troia redeuntē, se indies reuisurum. Verum ego infelicissimus, filios optimos habui, quorū mihi nullus supest. Fuerunt enim quinquaginta, & ex eadem matre decē & nouem, ex alijs alij, cum uos huc appulistis, quorū plerisq;

Priamus ad Achillē ingreditur

Priami ad Achillem preces.

plerique breui in prælio ceciderunt. Qui autem mihi patriæ defensor erat, hunc tu nuper strennue pro patria pugnantem interemisti, cuius redimendi gratia multis ad te cum muneribus uenio. Reuereare Deos *Achille, & mei misericordia moueare, tui genitoris recordatus: quo ego longe miserior ea perpessus sum, quæ nondum mortalium alter. Os ego ad filij interfectoris manum osculaturus admoui. Hac oratione lacbrymas illi desiderio patris excussit. Amboque, hic miserabiliter* Hectorē *filium ad Achillis pedes prostratus, ille patrē &* Patroclum, *plorabant: ut etiā lacbrymas alijs excuterent.* Sedato *fletu, Achilles euestigio surgens, eum manu apprehensa placide erexit, canūque & caput & barbam miseratus, eum breuibus affatur: Ah infœlix, tam multa mala perpessus, quonā pacto huc ad Achiuorum naues uenire, & eius conspectum qui tot & tantos filios tibi interemit ferre potuisti? Ferreus profecto es. Sed age hoc in solio sedeas, dolores tristi aīo premamus, neque enim ulli usui sunt nimij fletus.* Sic *neuerunt* Dij *miseris mortalibus, ut in mœrore uiuendum sit.* Ipsi *omni carent tristitia.* Duo *enī dolia in* Iouis *limine sidunt plena munerū, quæ nobis danda cōstituit, malorū alterū, alterū bonorū.* Ex *quibus* Iuppiter, *nunc mala, nunc bona exhibet. Cui mala eum ad iniuriā exponit, ut in miseria uitā agat.* Viuit *enim neque* Dijs *neque hoībus honoratus.* Ita *Peleo patri* Dij *bona multa largiti sunt, ab ipsis natalibus.* Oēs *enim fortuna diuitijsque superabat, dominabatur*

Duo dolia in limine Iouis.

Myrmi

Myrmidonibus,& mortali immortalē dederunt uxorem: non tamen à malo immunem reddiderunt, quippe cui nullam domi ſobolem præter me breui moriturum neq; ſenectam uiſurum præſtiterunt. Nam à patria longe abſum,te & tuos perſequens. Te quoq; beatum quondam audiebamus,quantum Leſbus iam beati uiri ſolum & ſupra Phrygiam magnus Helleſpontus diuidit. His te opibus ac liberis munitum prædicabant. Verum poſtq̄ hac te calamitate affecerūt,ſemper circum urbem & pugnæ & cædes deſæuierunt. Comprime iuges lachrymas, Neq; ulli uſui filio dolores erunt, neq; in uitam reſtituent, cuius aliud malū accumulabitur. Cui uenerabilis ſenex: Ne iube Iouis alumne, ſedeam,quoad Hector in tabernaculo inſepultus iacet. Sed ſolue eum quæſo, ut uideam, & accipe quæ affero munera, quibus oro in patriam reuerſus fruare,cum me uiuere, & æthereа aura ueſci ſinis. Hunc torue aſpiciens Achilles: Ne me inquit hortc ris ſenex. Volo eum ſoluere. Venit ad me mater marini ſenis filia cum Iouis mandatis. Et iam mente concipio,neq; me lates, aliquem tibi deorum huc ducem fuiſſe. Neq; mortalis quiſquam, ne iuuenis quidem,in hoſtilem exercitum uenire auſus eſſet. Non cuſtodes latuiſſet, non portas facile reſeraſſet. Quare noli animo ulterius dolorē fouere. Non ego te ſenem quāuis ſupplicem hinc dimitterem, niſi quoniam nolo irrita Iouis mandata facere. Pertimuit Priamus,& dicto paruit. Ille autē leonis more proſiliens, Automedonte

& Al-

& Alcinoo, quos oĩbus post Patroclum præferebat, comitibus, tabernaculum ingreditur. Iumenta à iugo dißoluunt, & introducto præcone pro Hectore pretiosa munera è curru in tabernaculum deferunt, duobus pallijs tamen & tunica illic relictis, quibus exanimis operiretur, iussitq; ancillis, ut procul ablatũ lauarent, & oleo ungerent, ne eo uiso Priamus nimio dolore cõficeretur, Quibus pactis pallio & tunica opertũ, ipse Achilles lecto, socij sup curum lectũ composuerũt Tum Achilles gemebũdus, Amice inqlit Patrocle, ne mihi succẽseas oro, si apud inferos generosum Hectorem charo me patri reddidisse audias, Premia namq; mihi haud contemnenda attulit, quæ tecum partiar, ut decet. Hæc cũ dixisset, in tabernaculum reuersus, pulchro unde surrexerat, solio è regione Priamo assedit, eiq; filius inquit tibi soli senior ut iussisti lecto cõpositus est. Sub aurora eũ & uidebis, & in patriã referes. Hectoris corpus patri redditur sed soluto redemptionis precio.

Nunc corpora curanda sunt. Nam & pulchricoma Niobe post duodecim in atrio liberos interemptos cibi recordata est. Erant ei nãq; filiæ sex, & totidẽ adolescentes filij. Hos argenteo arcu Apollo, illas Diana cõfecerunt, Niobe irati, q, se pulchræ Latonæ æquipárauerat. Illa enim duos duntaxat filios, hæc se multos peperisse iactarat. Hi autẽ duo illos oẽs interemerũt, quos nouẽ dies insepultos (neq; enĩ erat q sepeliret, cũ populum oẽm Iuppiter uertisset in lapides.) Decima autẽ die Dij superi humari mandarũt. Illa igitur post lachrymas cibũ cepit. Nunc autẽ desertis in montibus Niobes liberi.

apud Sipillum lapidea uisitur, ubi nympharum, quæ circum Acheoloum choreis se oblectant, toros esse ferunt. Ibiq; licet in lapidē obdurata, Deorum flagella perpetitur. Quare age gloriose senex, cibum & nos capiamus. Inde filium multis cum lachrymis & luctu Ilium referes. His dictis albam ouem mactauit, Socij pelle direpta scite in frusta secuerunt, Inde infixas ueribus igni torruerunt. Automedon panem è calathis in mensa disposuit, carnē Achilles discidit. Sic manus ad proposita porrigebant. Cū igitur potus & cibi desiderio satisfecissent, Priamus Achillem, quantus q̄q; Dijs similis esset: Achilles cōtra Priami speciē & facundiam admirabatur. Cum sic alter alterū quadā intueretur uoluptate, prior ad Achillē Priamus, iube inquit Iouis alumne, ut iam quietē capiamus. Nondum enim ex quo tuis manibus filius cecidit, connixerunt oculi, sed semper & ingemo & discrutior, & domi in puluere uolutor. Nūc primū ex eo & cibum cepi, & nigrum uinum bibi. Tum Achilles socijs atq; ancillis iussit, ut in cubiculo lectos uarijs & purpureis stragulis atq; tapetibus sternerent. Illæ properæ ex atrio cū lumine duos lectos strauere. Inde cauillatus Achilles, extra inquit amice dormias, ne quis Græcorum consiliator, qui mihi semper, ut opus est, assident, te per obscuram noctē uisum, regi mox Agamemnoni referat, cogarq;, ut hæc munera restituam. Sed age hoc plane mihi dicas uelim, quot dies Hectoris funera aucturus sis, ut tot ego nostros à prælio contineam. Cui senex:

Si plu

Si placet, inquit, ut filio iusta persoluam (nosti enĩ nos intra mœnia cõclusos, & cæduam syluam procul abesse, & Troiani plurimũ timent) nouem dies eum cõplorabimus, decima humabimus, & epulo populum accipiemus, undecimo desuper sepulchrum construemus. Postridie uero, si placuerit, pugna committetur. Ad hæc iterum Achilles, esto ut iubes Priame. Producam in hoc tempus prælium. Et sic data dextra, ne quid timeret, confirmauit. Dormitum itaq; ierunt. Priamus & præco multa animo uolutãtes in uæstibulo, Achilles autem in conclaui firmissimo cũ pulcherrima Briseide. Iam & alij Dij & homines mollem quietẽ carpebant. At non Mercurius. Volutat enĩ animo, quonam pacto Priamum sacris inscijs custodibus è castris emitteret. Astitit igitur supra eius caput, his uerbis locutus. Non amplius tibi curæ est Priame, quomodo hic inter hostes quiescas, postquã dimissus es ab Achille? Nũc pro redimendo filio multa largitus es. Pro te, autem uiuo ter tantũ, qui superstites sunt filij, darent siquidem & Atrei filius Agamemnon & alij scient Græci. His uerbis perterritus senex exurgere præconem iubet. Ipse Deus iumenta currui iungit, eaq; pedetentim per exercitum agit, ne sentiantur. Cum uero ad uorticosi Xanthi, quem immortalis genuit Iuppiter uadum peruenissent, Mercurius in cœlum euanuit. Et iam purpurea aurora per uniuersam terram diffundebatur. In urbem igitur cum fletu exanimem rettulerunt. Neq; quisquã Priami reditum prior quàm Veneri si-

Quot dies absumpti in sepeliendo Hectore.

Mercurius Priamo.

Hector in urbem infertur.

neri si-

neri similis Caßandra persensit. Ipsa patrem in curru & clamosum præconem & Hectorem super mulis in lecto exanimem uidit. Mox in fletum prorupit, clamauitq;. Si quãdo Troiani redeũte à pugna Hectore lætabamini, nũc quæso qualis referatur, aspicite. His uerbis uniuersa cõmota est ciuitas. Nemo doloris expers fuit. Occurrerũt in porta redeuntibus, & charissima uxor, & uenerabilis mater. Et in currum proruẽtes, exanimem cõplorante populo amplexabantur. Sic ante portam ad solis usq; occasum in lachrymis perstitißẽt, nisi è curru senex ut cederent, dũ iumenta transirent imperasset, inde domi fletu explerentur. Facta eundi copia, regiam ingressi, lecto tereumatibus distincto exanimẽ posuere. Tum cantores flebile carmen orsi sunt complorantibus mulieribus. Inter quas Andromache bellicosi Hectoris caput amplexa. Mi uir inquit, sic me in ætatis flore, & quẽ miseri genuimus puerũ, reliquisti? quem ego impubem haud dubito euasurum. Prius enĩ hæc ciuitas excidetur. Nam tu & eum, & castas nurus, & Troianã iuuentutẽ custodiebas, laborabas, & seruabas. Hæ nunc breui, & ego unà, misere in Græcorum naues abstrahemur. Tu autẽ fili, uel me sequeris, ubi te indigna sæuo sub domino perpetieris, uel Græcorum aliquis tuo fortasse patri iratus, q̃ aut fratrem filiumue aut patrem interemerit, arreptũ te è turri graui morte præcipitem dabit. Siquidẽ multi Achiuorum Hectoris manibus terram mordicus oppetierunt. Haud enĩ mitis erat in confertissimo prælio pa-

Vxor et mater Hecto-ri occurrũt

Vxor Hectori mortuo.

lio pater tuus. Propterea eum Troianus populus tota urbe innumeris prosequitur lachrymis. Tu autem mi Hector incredibilē parentibus tuis luctum, & mihi in primis relinquis. Non mihi, extremum spiritum agēs, è lecto dextrā dedisti. Nihil mandasti, nihil monuisti, qui perpetuā tui memoriam mihi in lachrymis agenti reliqueris. Inde cōplorantibus cunctis, Hecuba: Hector inquit filiorū dilectissime, Dijs profecto amicus eras, qui tui curam etiam in morte habuerunt. Alij ab Achille capti filij, trans mare, aut Sami, aut Imbri, aut in Lemno infidi portus uænierūt. Tu nunc impio ferro interemptus, cum te circū Patrocli quē interemisti sepulchrum Achilles distraxisset, neq; eum suscitaßet ad nos recens & incorruptus relatus, iaces in atrio, illi similis, quē arciger Apollo pijs sagittis concitatus interfecit. Tertia Helena fletu suo omnibus in fletū prorumpētibus: Hector, ait, mihi affinium oīm amantissime, siquidē formosus Alexander sponsus mihi est qui me huc aduexit, utinam prius ipsa perijssem. Iam uigesimus annus agitur, ex quo huc applicui, quibus nō modo malum, at ne molestum quidem abs te uerbū audiui. Sed siue sorores tuæ siue fratres, uel socrus, uel socer, in me grauius loquerentur, modestia tua & lenitate contumelias cohibebas. Iccirco ego nunc te defleo, & me miseram relictam doleo. Neq; enim alius mihi benignus aut amicus superest. Omnes à me abhorrent. Hoc pacto & ipsa & alijs lamentantibus, senex Priamus, afferatis nunc inquit Troiani ligna,

Mater Hectori.

Helena Hectori.

neq; formidetis Græcorũ *insidias, siquidẽ* Achilles *cũ me à classe dimitteret, ante duodecimũ diem nihil offensuros* Græcos *mihi pollicitus est.* His *auditis populus iunctis ad plaustrum bobus & mulis, ad portam in unum conueniunt, & nouem diebus inmensam coëgerunt materiam.* Decima *illucescente die, elatum* Hectora *cum eiulatu in summa pyra cõposuerunt, ignẽq; subiecerunt, postridie ad bustum* Hectoris *congregati omnes, ignibus primũ nigro uino extinctis, alba ossa fratres socijq; pijs humectantibus ora lachrymis lecta in aurea urna condiderunt.* Eamq; *purpureis mollibusq; uelis opertam quãprimum defoderunt, & crebris magnisq; munierunt lapidibus.* Interea *exploratores passim, ne quid* Græci *tentarent, speculabantur.* Hoc *perfecto in urbẽ reuersi, unà omnes in* Priami Ioue *geniti regia lautis epulis accipiuntur.* Ita *bellicoso* Hectori *sepulchrum constructum est.*

Hectoris rogus & sepultura

FINIS



INDEX

IN HOMERI ILIADA.

ACtæ 202
Achilles Aeneam aliquando in fugam uertit 218
Achilles Agamemnonē inuasurus gladio, a Pallade ab incepto retrahitur. 6
Achillis arma capta ab Hectore 100
Achillis arma noua a Vulcano facta 210 & 214
Achillis ad matrē querela 9
Achilli arma noua afferuntur a matre 210
Achilles cithara canit 96
Achillis cū Agamēnone controuersia 2.5.6.7.
Achillis cū Agamēnone reconciliatio 211.212.214.
Achillis coma ab ipso incisa. 240
Achillis cum Aenea congressus 218
Achillis clypeus 208
Achillis cassis & thorax 209
Achillēs duodecī iuuenes Troianos deligit, quos mactet ad sepulchrum Patrocli defuncti 229
Achilles de causa pestis ad Græcorū refert cōcilium 3
Achillis equi 179
Achillis equi dolent ac illachrymantur 197
Achilles erepto sibi Hectore, cōplures alios occidit 222
Achilles & mater de morte Patrocli 203.& 204
Achilles Græcorū oīm fortissimus 27
Achilles Hectorem fugat circum urbē Troianam, tandēq; occidit 233.234.235
Achilles Hectorem currui p foratis pedibus alligatum ad naues trahit 236
Achilles Hectorē circum Patrocli trahit sepulchrū 249
Achilles indignabundus sceptrum humi abijcit 7
Achilles in Xantho fluuio plurimos Troianos occidit 223.224
Achilles Myrmidones in bellum hortatur 179.178
Achilles nec muneribus nec precibus legatorum reconciliari potest 99
Achilles Patroclum ad Nestorem mittit 130
Achilles Patroclum mortuū esse audit ab Antilocho 201
Achilles Patrocli mortē deflet 201.206.238

Achilles Patrocli umbram alloquitur 239
Achillem Pallas nectare & ambrosia confirmat 214
Achilles pro fossa se ostendens Troianis timorem incutit 208
Achillē Vulcanus liberat ab inuadente Xantho 227
Achillē Xanthus fluuius siue Scamander ab occidēdis Troianis remoratur 226
Cætera uide in Aenea, Hectore, Patroclo, Priamo &c.
¶ Adulteriorum Iouis catalogus 160
¶ Aegis 61
Aegeon 10
Aemulatione uirtus cognoscitur 146
Aeneas ab Apolline morti subducitur 55
Aneas a matre liberatur, ne Diomedis manu intereat 53
Aeneam cum Achille cōgressum, Neptunus liberat 218.219
Aeneæ cum Idomeneo congressus 148.149
Aeneas & Pandarus Diomedē inuasuri colloquuntur 51
Aeneas fugatus aliquando ab Achille 218
Aeneas genus ac genealogiā suam explicat 219
Aeneas suasu Apollinis in Achillem tendit 219
Aeneam Troiano excidio superesse fato decretū erat 220
Aeneas Veneris filius 28
Aethon equus Hectoris 85
¶ Agamemnonis arma 214
Agamemnonis cum Achille contentio 5
Agamemnonis cum Achille reconciliatio 212.213
Agamemnon cum Nestore & reliquis Græcorum primum noctu consultat 110
Agamemnon complures occidit 121
Agamemnon cupit reconciliare Achillem 87
Agamēnonis descriptio 33
Agamemnon fugam suadet 93.156
Agamemnon Græcorū principes in conuiuiū uocat 22
Agamēnon Græcorum oīm eminentißimus 23
Agamemnon Hippodamanta occidit 123
Agamemnonis in Calchantē ira 4
Agamēnonis iuramētum 212
Agamemnonis oratio ad suos 16
Agamemnon prælium instaurat 86
Agamemnon saucius e pugna discedit 124
Agamēnon somniū suum ad Græcorū refert concilium 15
Agamēnon suos, partim laudans, partim increpās in prælium

lium hortatur, nec ipse interim cessator 42
Agaue 202
Agenoris cum Achille congressus 230
¶ Aiax Thelamonius & Hector in singulare descendunt certamen 76
Aiax & Hector mutuis se honorant muneribus 78
Aiax Hectorē uulnerat 161
Aiax Thelamonius cū Vlysse in Palæstram descendit 247
Aiax multis cæstis tandē aliquando Hectoris interuentu in fugam uertitur 127.128
Aiax post Achillē Græcorū fortissimus 27
Aiacis uirtus in tuendo Patrocli corpore 193
¶ Alcimedon 197
¶ Amathia 202
Amorum lenocinia in baltheo Veneris 158
Amphinome 202
Amphitoe 202
¶ Anchises 219
Andromaches uxoris querula oratio ad maritū Hectorē exeuntem in prælium 71
Andromache Hectorem mortuum deplorat 237
Annuere capite, certum signū apud deos implendi promissi.
Antenor Helenā reddendam censet 78
Antilochus Achilli nunciat mortem Patrocli 201
Antilochus equestri certamine Menelaum uincit, non uirtute tamen, sed astu 243
Antimachus dissuadet restitutionem Helenæ 121
¶ Aper deuastans agrum Calydonium 102
Apollo Agenorem liberat ne occidatur 231
Apollo a Diana reprehensus nihil respondet 229
Apollinis aliquot cognoīa 3
Apollo Aeneam liberat 55
Apollo boues Laomedontis pascit 229
Apollo citharā pulsat in deorum conuiuio 14
Apollo cū Neptuno in singulare prodire certamen recusat 229
Apollo Græcis pestem immittit 3
Apollo Græcis placatur 11
Apollo Hectorē saucium, instauratis uiribus, ad redeundum in præliū hortatur 172
Apollo Troianos ad redintegrandū præliū hortatur 47
Apseudes 202
¶ Aquilæ augurium 137
¶ Ars quid possit 243
¶ Assaracus 219
Ascalaphus Martis filius 165
Asius Hecubæ frater 188
Asij temeritas 136
Asij mors 148

Astyanax patrē Hectorē occisum dolet 138
¶*Ate Iouis nuncia e cœlo deiecta* 211
Athenienses 24
¶*Augurium aquilæ* 137
Auguria Hector contemnit 138
Augurium optimum est, pugnare pro patria 138
Automedon 178

B

Balius equus Achillis 197
Baltheus Veneris in quo amores 158
Bellerophontis fabula 66
¶*Bœotij* 24
¶*Briareus* 10
Bryseis ab Abhille aufertur 9
Bryseis reddita Achilli Patroclum defiet 212
Bryseis cuias fuerit 212

C

Calchas monstrum Græcis uisum interpretatur 20
Calchas uates causam pestis aperit 3.4
Callianißa 202
Callianira 202
Caydonius aper 104
Capys 219
Carrus
¶*Cebriones frater & auriga Hectoris* 188
Cebrionem Patroclus occidit 189
Centimanus 10
¶*Chimæra* 67
¶*Clitus* 219
Clymene 202
¶*Comparatio amnis* 127
Comparatio aquilæ 135
Comparatio asini 128
Comparatio boum 222
Comparatio canis uenatici 201
Comparatio cautis 174
Comparatio Ceruæ 111
Comparatio cicadarum 32
Comparatio equi 233.168
Comparatio Euri & Noti 189
Comparatio foliorum 22
Comparatio fumi 204
Comparatio graculorum 201
Comparatio gruum 30
Comparatio hinnulorū 231
Comparatio ignis 201.222
Comparatio imbris & pluuiæ 183
Comparatio leonis 15.128.183.193.218
Comparatio luporum 182
Comparatio maris agitati
Comparatio muscaru 22.187
Comparatio niuis 136
Comparatio nubis 182
Comparatio opilionum 22

Compa-

Comparatio ouium 45.149
Comparatio piscium minorũ 223
Comparatio procellæ 154
Comparatio riui qui in hortum deducitur 226
Compartio sturnorũ 201
Comparatio suis agrestis 149
Comparatio tauri 23.184
Comparatio torrẽtis 46.201
Comparatio uentorum 17
Comparatio undarũ 21.174
Contentionis siue peruicatiæ descriptio 49
¶Cryseis siue (ut Laurentius inflexisse uidetur) Chryseida capitur, & Agamemnoni datur 2
Chryseis ad patrem remittitur 8
Chryseis patri redditur 11
Chryses Apollinis sacerdos munera pro filia offerens reijcitur 2
Chrysæ ad Apollinem preces 2.11
¶Curetes 104
Cursorum certamen 147

D

Deorum aduersus Iouem coniuratio 10
Deorũ alij contra alios stant in prælio 217
Deorum concio seu concilium 38.82.216
Deorum diuersa studia erga Troianos & Græcos 216
Deorum domus distinctæ 14
Deorum dona nemini obijcienda 30
Deos in concilium uocat Iustitia 216
Deorum inter se pugna & conflictus
¶Dij alij alijs fauent 216
Dij alijs alia conferunt 153
Dij non omnia uni dant 44 153
Dij exangues & immortales 54
Dij complures ab hominibus uulnerati 54
Dij super Hectoris sepultura inter sese contendunt 251
Dexamene 102
Diana aprum immittit in agrum Calydonium 104
Diana Apollinem increpat, et ab Iunone uerberatur 229
Diomedes Agamemnoni fugam suadenti refragatur 93
Diomedes a Paride uulneratus pugna excedit 126
Diomedes Aeneam & Pandarum intrepidus expectat 52
Diomedis & Glauci congressus & armorum permutatio 66

Diomedes

Diomedes & Vlyßes exploratum eunt 113
Diomedes etiam saucios in prælium ire uult neceßitate cogente. 157
Diomedes genus suum exponit 157
Diomedes Palladis auxilio egregiam operam nauat in prælio 47
Diomedes Palladis persuasione & Martē uulnerat 61
Diomedem Pandarus uulnerat 49
Diomedes Pandarum occidit, Aeneam quoq; occisurus, nisi eum occuluisset Venus 52
Diomedes quanquam inultus, tamen Nestoris persuasione in fugam uertitur 85
Diomedes Venerem ipsam uulnerat 53
Diomedes uictor in equestri certamine 243
Disci certamen 248
¶Dolia duo in limine Iouis, alterum bonis, alterum malis, plena 256
Dolon explorator acceßurus ad Græcorum castra ab Vlyße & Diomede intercipitur 114
Dolon Rhesum prodit, & mox ab Diomede interimitur 116
Doris 202
Doto 202
Duo dolia in limine Iouis 256
Dynamene 202

E

Epeus uictor inter pugiles 246
¶Equus Achillis ipsi domino loquitur 215
Equorū Achillis nōia 179
Equi Achillis immortales, lachrymas emittunt 197
Equæ Eumeli uelocißimæ 27
Equorum Hectoris nōia 85
Equæ Dardani, ex Borea uento grauidæ 197
Equestre certamen in honorē Patrocli 242
¶Erichtheus 24
Erichthonius 219
¶Euboici 23
Euphorbus Patroclum uulnerat 190
Euphorbum Menelaus occidit 191.192
Eurybates præco 9.18

F

Factum quod est, nouit & stultus 218
¶Fœdus inter Græcos & Troianos feritur 34
Fœderis percutiendi ritus 33
Fœderis rumpēdi autor Pallas ab Ioue mißa 38
Fœdus a Pandaro rūpitur 39

Frater

Frater fratris necem ulciscitur 163

G

Galatea 202
Ganymedes 219
¶Glaucus & Diomedes congreßuri sese agnoscunt, ac sine cõflictu discedunt 66.67.
Glaucus & Diomedes arma permutant 67
Glauce 202
¶Gratia contubernalis Vulcani 207
Græci peste laborant 3
Græci uolentes redire in patriam, Vlyßis oratione repri muntur 18.20
Græcis in aulide uisum portentum 20
Græcorum ad Troiam auxilia 23
Græcorũ duces enumerati 23
Græci sortiuntur, quis ipsorum cum Hectore in singulare certamen descẽdat 75
Græci castra sua, muro foßa, & uallo muniunt 81
Græci fugiunt 84.85.199
Græcorum castra capiuntur 141.270
Græcorum principes etsi saucij, tamen in prælium redeũt a Diomede persuasi 157
Græci ægide ab Apolline mota in fugam uertũtur 169
Græcorum naues oppugnantur 171
Græcorum nauibus ignis inijcitur 178
Gruum cũ pigmæis bellũ 29

H

Halie 202
Hebe deorũ pincerna 37
Hector ab Apolline deterretur, ne congrediatur cum Achille 221
Hector cum Achille congressus, ab Apolline morti subtrahitur 222
Hector ab Achille fugatur 233
Hector ab Achille occiditur 235
Hector ab Achille currui alligatus ad naues pertrahitur 236
Hector ab Achille circum Patrocli sepulchrum trahitur 249
Hectoris corpus patri redditur, sed soluto precio 257
Hector ab uxore & matre deploratur 259
Hector armis Achillis potitur, occiso Patroclo 193
Hector armis Achillis induitur 194
Hectoris rogus & sepultura 259
Hector ab Aiace uulneratus e pugna

e pugna excedit 161
Hector ab Apolline pristinis uiribus restitutus in prælium reuertitur 168
Hector a Glauco obiurgatur 193
Hector a Minerua decipitur 234
Hector a suis lugetur 238
Hectoris e prælio uenientis redituriq; in prælium, cum matre Hecuba, cum Paride, cum uxore colloquium 68 69.70.71.
Hector cum Paride in prælium urbe egreditur 73
Hector Paridē obiurgat 153
Hector eū qui fortissimus sit inter Græcos, ad singulare certamen prouocat 74
Hectoris & Aiacis Thelamonij singulare certamē 76.77
Hector Diomedi insultat 85
Hector fugit cū cæteris 182
Hectoris equi quæ habuerint nomina 85
Hector in Patroclum tendit, eumq; occidit 188.189
Hectoris ad Patroclum humi stratum morientemq; uerba 190
Hector Polydamantis sententiæ refragatur 132.205
Hector Polydamāti paret 153
Hector auguria contēnit 138
Hector castra Græcorum cepit 141
Hectorem mortuum Græci hastis petunt 238
Hector nauibus Græcorum ignem inijcit 178
Hectori neq; a patre neq; a matre persuaderi potest, quo minus cū Achille congrediatur 232
Hectoris redimendi causa Priamus ad Achillem Iouis iussu accedit 253
Hector in urbē refertur 258
Hector nouē dies cōploratus, decima demū die humatur 257
Hecuba cum cæteris fœminis primarijs Palladem placatura templū accedit 69
Hecubæ lamentatio 237
Helena spectatrix eius certaminis, cuius ipsa præmium futura erat, enarrat Priamo Græcorū ducum noīa 32
Helena fratres suos ad Trotam desiderat 33
Helena ad Paridem in cubiculum introire coacta a Venere ipsum conuitijs proscindit 37
Helena Hectori 70
Helenā reddi suadet, sed non persuadet Antenor 78
Helena Hectorem deplorat 258
Hercules ab inferis redit beneficio Palladis 89
Herculis erumnæ unde ceperint, hoc est, quæ earum fuerit origo 211

Hercu

Herculi murus a Troianis extructus, quo se reciperet, cetum fugiens 218
¶Hippodamia Aeneæ filia 147
Homines alij alijs inuicē multa poßunt obijcere 219
Hominū lingua uolubilis, uerba multa 219
Homines folijs & frondibus similes 66
Hominum oculi nube obducti ut deos ab hominibus discernere nequeant 50
Horæ deæ, portarum cœli custodes 61

I

Iaculatorum certamen 25
Ianaßa 202
Ianira 202
Iæra 202
Idæus præco Troianorū 77
Idomeneus Cretensium dux Othryoneum occidit 147
¶Ilus 219
¶Ira perturbatrix oīm 201
Iris mittitur ad Troianos 27
Iris mittitur ad Achillē 204
Iris mittitur ad Helenā 31
Iris mittitur ad Iunonem & Palladem 89
Iris mittitur ad Hectorē 122
Iris mittitur ad Neptunnum 166
Iris mittitur ad Priamum 250
¶Iuppiter apud Aethiopes conuiuatur 12
Iuppiter cum uxore rem habiturus adulteria sua recenset 160
Iuppiter cum uxore colens somno opprimitur 160.161
Iuppiter fata Græcorum & Troianorum in lancibus posita examinat 83
Iuppiter cæteris dijs dormientibus somnum non capit 14
Iuppiter Iunonem grauiter obiurgat 164
Iuppiter quanto cæteris dijs potentior 82.86
Iuppiter Iunonem in uincula conijcit ac in altum suspendit 164
Iuppiter deos e cœlo deijcit 164
Iuppiter non omnium cogitationes ratas facit 206
Iouis sententia sæpe uariatur 199
Iuppiter de futura filij sui Sarpedonis morte dolet 184
Iuppiter secum de morte Hectoris 194
Iuppiter Thetidi annuit quæ petierat 12
Iuppiter Thetidi mandata dat ad Achillem, ut accepto precio, Hectorem patri restituat 251

Iuno ab Ioue uerberatur 14
Iuno ad somnum deum 159
Iuno cum Ioue expostulat q. confabulatus esset cum Thetide 13
Iunonis cum Ioue altercatio de euertēda urbe Troiana 38
Iuno Dianā uerberat 229
Iuno Palladem ad Achillem mittit 6
Iuno Palladem ad Græcos mittit 17
Iunonis currus 60.61
Iuno cum Minerua in præliū proficiscitur 61
Iuno Herculi tempestatē immittit 159
Iuno Iouē fallit 211
Iuno quas urbes maxime dilexerit 39
Iuno uulnerata 55
Iuno Iouem accessura sese exornat 157
Iuno Venerem blandis mendacijs decipit 158
Iuno a Thetide studiose educata 158
Iuno ab Ioue in carcerem contrusa deinde in altum suspenditur 164
Iuno Apollini & Iridi nūciat ut ad Iouem accedant 165.167
Iuuentus instabilis 31

L

Lampus 85
Lampus frater Priami 219
Laomedon 219
Laomedontis perfidia 229
¶Legati ad Achillem reconciliandum mittuntur 96
¶Limnoria 202
Litæ Iouis filiæ, quas Laurētius preces interpretatur 105
¶Locrenses 24
¶Luporū cōparatio 179
Ludi celebrati in honorē Patrocli defuncti 242
¶Lycaon Priami filius 223
Lycurgus post uiolatas bacchi comites in quæ mala incurrerit 66

M

Machaon 27
Machaon Menelaū curat 27
Machaon e pugna digreditur saucius 228
Mæra 202
Mars uulneratus 54
Martis a Diomede uulnerati clamor 62
Mars Ioui infortuniū suum querulus exponit 62
Martis magnitudo 228
Mars ab Aesculapio curatur 62.63
Mars filij Aesculapij mortē dolet 165.166
Martis & Mineruæ congressus 228
¶Medicus uir multis alijs æquandus

æquandus 228
Meleager aprū occidit 105
Meleagri indignatio ob matris imprecationem 105
Melite 202
Menelaus cum Paride in singulare uenit certamen 31
Menelaus cum Hectore congressurus in singulare certamen a fratre probibetur 75
Menelaus Helenam repetitū uenit 33
Menelai facinora aliquot 151
Menelaus non uocatus, tamē fratris accedit conuiuiū 22
Menelai oratio breuis sed suauis 33
Meneptolemus 28
Mercatura exercetur rerum permutatione 82
Mercurius Priamum ad Achillem ducit & reducit 253
Mercurij uirga et talaria 253
¶Mortem effugere potest nemo 72
¶Minerua Martē uincit 228
Mineruæ auxilio Achilles Hectorem occidit 235
Plura uide in noīe Pallas
Mori pro patria pulchrum est 172
Mortuis non inuidendū 81
Mortuos suos sepeliunt Troiani & Græci 81
¶Munera Achilli ab Agamēnone data 213
Murus Græcorum a dijs destruitur 134
Muri Troiani a quibus extructi 229
Musæ in deorum conuiuio canunt 14
Musas inuocat poeta 24 163. & sæpius.

N

Nauibus Græcorum ignis inijcitur 178
¶Neptunnus auxilio uenit Græcis 142
Neptunnus Ioue dormiente adiuuat Græcos 161
Neptunnus Iouis iussu e prælio discedit 167
Neptunnus Aeneam liberat, ne Achillis manu occumbat 220
Neptunnus Apollinem in singulare certamen prouocat 229
Neptunnus Troianorum muros ædificat 219
Nereidum nomina 202
Nemertes 202
Nesæa 202
Nestor Diomedem noctu somno excitat 111
Nestoris ad Iouem precatio 170
Nestoras decem sibi optat Agamemnon 22
Nestor Diomedis sententiam laudat, dißuadentis fugam, consulens

consulens ut Achilles quoquo modo reconcilietur 94
Nestoris ætas, & melle dulcior oratio, reuocantis ad cõcordiam Achillem & Agamemnonem 7
Nestoris oratio dißuadentis reditum in patriam 21
Nestor Græcis 75
Nestor suam ipse prudentiã & facta prædicat 7.45. 76.130
Nestor somnio Agamẽnonis acquiescendum censet 16
Nestor suos ad prælium instruit, & quid faciendum eis sit edocet 43
Nestor saucius e pugna discedit 128
Niobes liberi ab Apolline & Diana sagittis confixi 257
Nireus omnium Græcorum præter Achillem formosißimus 27
¶Non omnia uni a Dijs donantur 44.153
Nox somnum liberat ab ira Iouis 159

O

Orithyia 202
Oetoli 104
Othryoneus occiditur 148

P

Pallas Martem obiurgat 166
Pallas Martem uincit 228
Pallas Troianarum fœminarum preces non exaudit 69
Pallas Venerem humi sternit 228
Pallas Achillem monet, ne Agamemnonem gladio confodiat 6
Pallas fœderis rumpendi autor 39
Pallas sola Ioui respondet, cæteris dijs præ timore silentibus 83
Palæstritarum certamẽ 247
Pandarus cum Aenea in Diomedem 52
Panope 202
Paris Diomedem ex insidijs uulnerat 126
Paris ab Hectore obiurgatur 30.69.159
Paridis naues a quo ædificatæ 49
Paris cum Hectore exit in prælium
Paridis temeritas & timor, & singulare cum Menelao certamen 29.30.35.
Paris uictus liberatur a Venere 36
Pasithea Charitum una Somno deo ab Iunone despondetur 159
Patroclus Achille senior 133
Patroclus conuiuium parat legatis 98
Patroclus ab Achille ad Nestorem mittitur 130

Patroclus Achilli miseram Græcorum cladē nuntiat 176
Patroclus armatur in Troianos 178
Patroclus Troianos inuadit, plurimosq; occidit 178
Patroclus Troianos in fugā conuertit 182.187
Patroclus Sarpedonem occidit 184
Patroclum ubi interfici uelit secū deliberat Iuppiter 184
Patroclus neglecto mandato Achillis, Troianos ad urbem persequitur 188
Patroclus Troiam cepisset, nisi obstitißet Apollo 188
Patroclus ab Hectore stratus occisusq; 187.188
Patrocli mortui corpus gnauiter a Græcis ne Hector eo potiatur, defenditur 194. 195.196.& deinceps
Patrocli mortem Achilli nuntiat Antilochus 201
Patroclus ad Achillem affertur 205
Patroclus a Græcis, præsertim ab Achille defletur 206 238
Patrocli umbra Achilli se ostendit 239
Patroclus crematur 241
Patroclo defuncto ludos instituit Achilles 242
¶ Pedasus equus Achillis 179
Pelias hasta 179
Percoslus oīm doctißimus 29
Perulcacia dea 46.119
¶ Phegeus 48
Pherusa 202
Philoctetes 27
Phœnicis ad Achillem oratio cum alijs multis 102
Phocenses 24
¶ Pluton uulneratus 55
¶ Præcones hōminum atque deorum angeli 9.77
Præliū cōmittitur 46.83.120
Preces seu litæ deæ Iouis filiæ 103
Princeps solidam dormire noctem non debet 15
Priami genus 219
Priamus Helenam alloquitur 32
Priamus in campum uenit ad percutiendum fœdus 34
Priamus filium Hectorem deflet 217
Priamus iussu Iouis, redimēdi Hectoris causa ad Achillis accedit tentorium 251
Priamus a Mercurio ducitur ad Achillem 252
Priami apud Achillem preces 254
Proto 202
Podargus equus Hectoris 85
Podarge equa 179
Podalirius medicus 27
Polydamas Hectori & reliquis Troianis 137
Polydamas Hectorem obiurgat

gat 153
Polydamas suadet sed non persuadet ut urbem repetant Troiani 205
Polymela a Mercurio compressa 179
Portæ cœli duæ 60
¶Pugilum certamen 246

Q.

Qualia dixeris, talia audies 219

R

Regum est, ut affectus cohibeant 212
Regū indignatio & si in præsentiarum dissimuletur, tamē est timenda in posterum 4
Regum potestas ab Ioue est 8.18
Rhesus Thraeum rex proditur, & ab Diomede occiditur cuius equi abducūtur 116.117

S

Sagittariorū certamen 249
Sarpedon Iouis filius cum Patroclo congressus occiditur 183
Sarpedonis uirtus in capiēdis Græcorum castris 138
Saturni filij tres, qui omnia inter se diuiserunt 166
Saucius prælio inutilis 156
Saxo (quale nunc duro boũes non ferrent) Aeneæ coxam percutit Diomedes 43
Saxum ingens una manu iaculatur Hector 141
Scamander fluuius qui & Xanthus 226
Sceptrum Agamemnonis 18
¶Simoisius 47
¶Somnia ab Ioue 3
Somnium Iuppiter mittit ad Agamemnonem 14
Somnium principis non negligendum 16
Somnus ab Iunone exoratus Iouem soporat 159
Somnus Iouem timens, Noctis intercessione liberatur 159
Somnus Pasitheam adamat 159
Somnus Neptunno nuntiat, ut dormiente Ioue Græcos tutetur 161
Speculatores mittuntur uisum quid agunt Troiani 112
¶Spio 202
¶Stentoris uox 61

T

Talaria Mercurij 253
Taltybius Græcorum præco ad auferendam Bryseida mittitur 9. 78
Tamia ancilla Priami 253
¶Teucer subter fratris scutum delitescens plures occidit, deinde ab Hectore ab incepto compescitur 87.88

Teucri arcus inutilis reddi- tur 171
Tethyomenon 158
¶Thalia 202
Thamyris fabula 25
Themis Iunoni pateram por- rigit 165
Therſitæ importunitas ac lo quacitas ab Vlyſſe compeſci- tur 18.19
Thetis filij querela audita, Iouem accedit 10.12
Thetidis fletus mortuo Patro clo 202
Thetis flens, ad filiũ, et ipſum flentem accedit 201
Thetis filio noua arma ſe ab Vulcano impetraturam pro- mittit 203
Thetis filio arma impetrata affert 206.207.208.209
Thetis Iouem a morte liberat 10
Thoe 202
¶Tydei facinora 62.45
Titareſius fluuius e ſtyge or- tus 27
Titonus Laomedontis filius Priami pater 219
¶Troiani a nauibus repulſi fugiunt 182
Troiani in aciẽ prodeunt 28
Troianorum auxilia 28
Troianorum ducum nomina 28
Troiani uictores caſtra Græ corum inuadunt 135
Troiani Græcorum caſtra ca piunt 141.169
Troianorũ uictoria 169.199
Troiani naues Græcorũ op- pugnant 170
Troianæ mulieres Palladem placaturæ templum adeunt 68
Tros 219

V

Venus Paridem liberat 38
Venus ad Helenam 36
Venus Aeneam liberans, a Di omede uulneratur 53
Venus ſaucia, a Dione matre conſolatur 53
Venus decepta Iunoni bal- theum in quo amores inſunt tradit 158
Venus a Pallade humi ſtrata 228
¶Vinum quam habeat uirtu- tem 68
Virga Mercurij 254
¶Vlyſſes Chryſeidem ad pa- trem reducit 8. 11
Vlyſſis in pugna uirtus 126
Vlyſſes e pugna uulneratus excedit 127
Vlyſſes deſcribitur 33
Vlyſſis legati ad Achillẽ ora- tio 97
Vlyſſis oratio ad Græcos, ne fugiant in patriam 18.20
Vlyſſis quale genus oratio- nis

nis 33
Vlyßes Troiam uenit repetitum Helenam 33
Vlyßes Agamemnoni fugam suadenti refragatur 156
Vlysses cum Aiace in Palæstram descendit 247
Vulcanus e cœlo deijcitur 14
Vulcanus matrem Iunonem consolatur 13
Vulcanus ridetur a dijs alijs ob claudos pedes 14
Vulcanus rogatu Thetidis Achilli arma cudit 206.207
Vulcanum Thetis ab interitu liberat 207
Vulcanus nouem annis apud Thetidem & Eurenomen moratur. 207
Vulcanus Xanthum compescit, ne persequi pergat Achillem 227
Vulneratus qui est, prælio se ne admisceat 156

X

Xanthus Hectoris equus 85
Xanthus equus Achillis 179
Xanthus equus domino suo Achilli loquitur 215
Xanthus fluuius Ioue genitus 223
Xanthus fluuius Achillis conatibus obstat 226
Xanthus Simoenta & ipsum fluuium inuocat, ut adsit sibi in opprimendo Achille 227
Xanthum Vulcanus compescit, ne persequi pergat Achillem 227

FINIS.

APVD IO. GRAPHEVM

MENSE APRILI

ANNO

M.D.XXVIII.

